E. o. 32. pil. 3.
E. o. 32. pil. 3.

R. m. 17.

BIBLIOTHECA RITUALIS.

BIBLIOTHECA RITUALIS

CONCINNATUM OPUS

A FRANCISCO ANTONIO ZACCARIA

AC DUOS IN TOMOS TRIBUTUM

TOMUS II.

DE LIBRORUM RITUALIUM EXPLANATORIBUS.



ROMAE MDCCLXXVIII.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS.

Ex Typographio Octavii Puccinelli.

SUPERIORUM PERMISSU.

JOANNI HENRICO A FRANKEMBERG

ARCHIEPISCOPO MECHLINIENSI

DIVINARVM HVMANARVMQVE DISCIPLINARVM

FAVTORI MVNIFICENTISSIMO

VIRTVTE, ET SCIENTIA DVCE

IN SACRVM R. E. SENATVM

NVPERRIME ADLECTO

QVOD PRVDENTIA RELIGIONE INTEGRITATE

ORTHODOXIS AEQVE ATQVE HETERODOXIS

AVGVSTIOREM EXHIBEAT ROMANAM FIDEM

EJVSQVE CVLTVM

JOSEPHVS ANTONIVS MONALDINIVS BIBLIOPOLA

BIBLIOTHECAE RITVALIS

A CL. VIRO ZACCARIA CONCINNATAE

VOLVMEN II.

PII VI. P. M.

CVI PRIMVM INSCRIPTVM FVERAT,

VOLVNTATI OBTEMPERANS

D. D.

LIBENS MERITO

PRAEFATIO.

Raefaturo mihi in ſecundum hoc Bibliothecae meae Ritualis Volumen duo potiſſimum explicanda eſſe intelligo, quorum alterum ad Auctores ſpectat in eo percenſos, alterum ad rationem, quam in his ipſis enumerandis inire conſtitui. Utrumque non multis expediam.

Atque ad primum quod adtinet, nonniſi illos a me recenſendos eſſe Auctores exiſtimavi, qui res Rituales ſuis lucubrationibus perſequuti ſunt, res, inquam, Rituales, non Chriſtianas ceteras antiquitates (quod alterius loci erit, atque inſtituti), ac ne illos quidem omnes, ſed eos tantummodo, quos ex ipſa Rituali ſcientia in hoc argumento verſatos comperi. Sunt enim alii magno numero Scriptores, qui de *Sanctiſſimo Miſſae Sacrificio*, *de horis Canonicis*, *de Sacramentis*, *aliiſque Ritualibus rebus* docte, ſapienterque egerunt, ſed vel pro Polemici diſputatoris, vel pro Moralis Theologi, vel etiam pro Catechetis, aut Aſcetici Magiſtri munere: quos omnes ab hac Bibliotheca ablegandos fuiſſe, una mecum cordatus quiſque intelliget. Quamobrem non erit, cur DEMOCHARIS exempli gratia, ARCVDII, PASQVALIGI, POVGETI, FRANCIOTTI libros hinc abeſſe quis aut indigne-

tur,

tur, aut doleat; ſunt enim ab hujus Bibliothaecae ratione prorſus alieni; niſi ſi forte (quod a nonnullis factum) aut Polemicas, aut Morales, aut etiam Aſceticas res ita pertractarint ut ritus majorem tamen, aut ſaltem bonam ſibi operis partem vindicent.

Neque id eo a me dicitur, quod effugium quoddam mihi patere velim, ſi de quorumdam Auctorum praetermiſſione me accuſari contigerit. Equidem ex illis ipſis Scriptoribus, qui ad rem noſtram maxime faciunt, non paucos meam omnem diligentiam fugiſſe non diffitebor. Quis enim in tanta, ac paene infinita Auctorum multitudine aliquos a me ignoratos fuiſſe jure miretur, reprehendatve? Ea nempe ejuſmodi commentariorum conditio quum ſit, ut non novorum modo librorum, ſed etiam veterum repente emergentium adceſſione in dies augeri debeant, id multo magis de hac noſtra Bibliotheca ſentiendum eſt, quae & pro argumentorum ad eam pertinentium varietate latiſſime pateat, nec ullo, quum ad illam inſtruendam primus ego adceſſerim, ejuſdem generis opere juvari potuerit. Illud ergo non tam parandae mihi defenſionis, quam injuſtae amoliendae accuſationis cauſſa monitos lectores volui. Ceterum non exiguum ſane laboris mei fructum cepero, ſiquis & multo eruditior, & ampliore inſtructus librorum copia ad idem argumentum cumulate exornandum, meo praeeunte, atque incitante exemplo curas adjecerit.

De ratione nunc dicam, qua Bibliothecam hanc meam adornavi. Ac primum veteres Auctores, qui ad XII. Eccleſiae Chriſtianae Saeculum floruere, a ceteris eo ſaeculo recentioribus ſecernendos eſſe duxi; illos deinde temporum, quibus ſcripſerunt, hos uno litterarum ordine diſpoſui. Quum tamen inter iſtos non pauci ſint e ſectis heterodoxis, quae duobus fere abhinc ſaeculis emerſere, ne aut ſingulis hiſce

haere-

haeretici nota, crebra, eaque typographis gravi iteratione, praefigeretur, aut ſi haec praetermitteretur, incauti homines eorum lectionem ſibi licere falſo exiſtimarent, ceteros omnes Scriptores a Novatoribus ſejungere, hoſque in peculiarem indicem coniicere placuit. Tandem ut Lectorum utilitati magis conſuleretur, extremo operis capite univerſa ſacrorum Rituum Scientia in tenuiſſimas ſuas quaſque particulas adcurate tributa ſummatim exhibebitur, Scriptorum, qui ſingulas illuſtrarunt, adjectis nominibus.

Utinam vero per Bibliopolam licuiſſet (quod initio cogitaveram) huic tomo ἀνέκδοτον magni, ac praecellentis Theologi *Johannis* MALDONATI *de caeremoiis Miſſae* commentarium praefigere. Verum ne magno Bibliopolae de me ſane optime meriti detrimento volumen hocce nimis excreſceret, adquieſcere vel invitus debui, ut luculentus, & quantovis pretio dignus MALDONATI liber praetermitteretur. Locus tamen huic erit in Rituali Onomaſtico, quod veluti Bibliothecae noſtrae Appendix ſtatim praelo ſubiicietur. Hoc unum porro Litteratos Viros vehementer rogo, ut quoniam nihil mihi antiquius eſſe intelligunt, quam ut eorum commodis, atque utilitati ſerviam, meos ipſi viciſſim conatus foveant.

INDEX

Capitum in hoc volumine contentorum.

CAPUT I.

Auctorum, qui de Liturgicis, aliisque sacris ritibus, ac caeremoniis pertractarunt, Collectiones. pag. 1.

CAPUT II.

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, qui a primo ad XII. Aerae Christianae Saeculum de Sacris utriusque Ecclesiae Orientalis, & Occidentalis ritibus aliquid commentati sunt. 5.

ARTICULUS I.

Index Chronologicus, ibi.

ARTICULUS II.

Index Alphabeticus. 86.

CAPUT III.

Index Scriptorum, qui post saeculum XII. ad nostra tempora suis lucubrationibus de Rituali re optime meriti sunt, ad Alphabeti Litteras digestus. 94.

CAPUT IV.

Index praecipuorum recentium Haereticorum, qui de re Liturgica, ac Rituali aliquid scripto tradiderunt. 331.

CAPUT V.

Index rerum omnium Ritualium secundum argumentorum, quae tractari possunt, varia genera. 375.

SECTIO I.

Auctores, qui de ritibus, ac Caeremoniis in universum egerunt. 376.

§. I.

Veteres hujusmodi Auctores. ibid.

§. II.

Recentiores. ibid.

§. III.

§. III.

Lexica, Onomastica, Vocabularia, idque genus librorum. 577.

§. IV.

Generalia quaedam de Ritibus singularum quarumdam Ecclesiarum. 378.

SECTIO II.

Auctores, qui cum Missam, tum Officium suis Commentariis illustrarunt. 179.

SECTIO III.

De rebus ad Missam spectantibus quinam pertractarint. ibid.

ARTICVLVS I.

Liturgiae variae, earum Auctores, Reformatores, Interpretes, Enarratores. ibid.

§. I.

Liturgicorum Librorum Auctores, aut Reformatores cum genuini, tum suppositi. ibid.

§. II.

Liturgicorum Librorum editores. 381.

§. III.

Liturgicorum Librorum Interpretes. 282.

§. IV.

Liturgicorum Librorum enarratores. ibid.

ARTICVLVS II.

Auctores, qui res ad Missam praesertim Romanam *pertinentes generatim persequuti sunt.* 383.

ARTICVLVS III.

Communia quedam Missae, & horis canonicis. 284.

§. I.

De Sacris Christianorum conventibus. ibid.

§. II.

De quibusdam precum formulis tam in Missa, quam in Officio usurpari solitis. 388.

§. III.

De tempore, cui universus cum Missae, tum Officii ritus adcommodatur. 390.

§. IV.

De Ritibus quibusdam, ac Caeremoniis cum in Missa, tum in Officio servatis. 396.

ARTICVLVS IV.

Quae ad Missam singulariter spectant, de illisque Scriptores. 398.

§. I.

Liturgiarum varietas. ibid.

§ II.

Praestantia, valor, tempus, praeceptum, stipendium Missae. 401.

§. III.

De requisitis ad celebrandum. 402.

§. IV.

De partibus Missae. 404.

§. V.

De rubricis, Ritibus, & Caeremoniis Missae. 406.

§. VI.

De casibus, qui in Missa occurrere possunt, itemque de defectibus 407.

§. VII.

Aliqua de peculiaribus quibusdam Missis. 408.

§. VIII.

De Sacri auditione. ibid.

SECTIO IV.

De Officio divino, rebusque ad illud pertinentibus. 409.

ARVICVLVS I.

Librorum ad Officium divinum spectantium auctores, reformatores, editores interpretes, enarratores ibid.

§. I.

§. I.

Graecorum *Libri*. ibid.

§ II.

Libri Orientalium. 411.

§. III.

Breviarium Romanum. 412.

ARTICVLVS II.

De Officio generatim. 413.

ARTICVLVS III.

De variis Officii Romani ritibus. ibid.

ARTICVLVS IV.

De Romani *Breviarii partibus*. 414.

ARTICVLVS V.

Officia varia particularia. 417.

ARTICVLVS VI.

Varii diverſarum Eccleſiarum in recitando Officio ritus. 418.

ARTICVLVS VII.

Miſcellanea de Breviarii reformatione, adcеſſionibus &c. 419.

SECTIO V.

Rituales Libri, ac de rebus ad eos pertinentibus Scriptores. ibid.

ARTICVLVS I.

Ritualium Librorum Auctores, editores, interpretes, enarratores. ibid.

ARTICVLVS II.

De rebus in Romano *praeſertim Rituali contentis, ac primo de iis, quae ad Sacramentorum pertinent adminiſtrationem*. 420.

§. I.

De Sacramentis in genere. ibid.

§. II.

De Baptiſmo. 421.

§. III.

§. III.

De Sacramento Poenitentiae. 424.

§ IV.

De Sanctiſſimo Euchariſtiae Sacramento. 425.

§. V.

De Sacramento Extremae Unctionis, & exequiis. 427.

§. VI.

De Sacramento Matrimonii. 428.

§. VII.

De Benedictionibus in Rituali praeſcriptis. 429.

§. VIII.

De Proceſſionibus, Stationibus, ac Litaniis. 430.

§ IX.

De Exorciſmis. 531.

SECTIO VI.

Pontificalia. 431.

ARTICVLVS I.

Auctores, Editoreſque Pontificalium. ibid.

ARTICVLVS II.

De iis, quae in prima Pontificalis Romani parte continentur. 432.

§. I.

De confirmandis. ibid.

§. II.

De ordinibus conferendis. ibid.

ARTICVLVS III.

In ſecundam Pontificalis partem. 434.

ARTICVLVS IV.

Aliqua ad tertiam Pontificalis partem. 435.

SECTIO VII.

De Caeremoniali S. R. E. 436.

AR-

ARTICVLVS I.

Caeremonialis Auctores. atque Editores. ibid.

ARTICVLVS II.

In Lib. I. Caeremonialis. ibid.

§. I.

De conclavi, electione, & ordinatione Summi Pontificis. ibid.

§. II.

De Beatificatione Servorum Dei, Beatorumque Canonizatione. 437.

§. III.

De pluribus Benedictionibus. 438.

§. IV.

De S. R. E. Cardinalibus. 439

§. V.

De Concilio Generali. 440.

ARTICVLVS III.

Singularia aliqua ad Librum II. & III. ibid

SECTIO VIII.

Caeremoniale Episcoporum.

ARTICVLVS I.

Pauca in librum I. ibid.

ARTICVLVS II.

In II. Caeremonialis librum Auctores consulendi. 443.

SECTIO IX.

Bibliotheca Ritualis selecta. 444.

SECTIO X.

Conspectus Alphabeticus rerum omnium hoc capite indicatarum. 445.

ADDENDA

Tomo I. 454.

ADDENDA

Tomo II. 473.

IM-

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſſimo P. Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. A. Marcucci Epiſc. Montalt. Viceſg.

IMPRIMATUR.

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

BIBLIOTHECAE RITVALIS

LIBER II.

De Auctoribus qui ſacros utriuſque Eccleſiae orientalis & occidentalis ritus ſuis ſcriptis illuſtrarunt.

CAPVT I.

Auctorum, qui de Liturgicis, aliiſque Sacris ritibus ac caeremoniis pertractarunt, Collectiones.

I. Rimam veterum Scriptorum, qui ſacros ritus, caeremoniaſque explanarunt, collectionem *Johanni* COCHLAEO debemus viro apprime Catholico. Inſcribitur illa (1) *Speculum antiquae devotionis circa Miſſam, & omnem alium cultum Dei ex antiquis, & antea nunquam evulgatis per typographos Auctoribus a* Johanne COCHLAEO *laborioſe collectum*. Exiit autem apud S. VICTOREM extra muros *Moguntiae* ex officina *Franciſci* BEHEM MDXLIX. fol. Novem in hoc *ſpeculo* proferuntur Auctores. Sunt ii

1. AMALARIVS, Archiep. quondam *Trevirenſis*, *de officio Miſſae*.
2. *VValafridus* STRABO, de *exordiis, & incrementis rerum Eccleſiaſticarum*.
3. S. BASILIVS M. *de Miſſa* GRAECORVM.
4. *Expoſitio Miſſae brevis*, ex vetuſtis codicibus.
5. *Petri* DAMIANI *Liber, qui dicitur Dominus vobiſcum*.

(1) Agit de ea * ITTIGIVS *in Tract. de cateu. & Bibliotb. PP. cap. XII.*

6. *Gemmæ animæ Liber, de antiquo ritu Missarum.*
7. MICROLOGVS *de Missa rite celebranda.*
8. PETRI *Cluniacensis, Nucleus de Sacrificio* Missae.
9. *Liber de vita* S. BONIFACII *Martyris*, cum catalogo omnium Episcoporum, & Archiepiscoporum Sedis *Moguntinae*.

II. Post COCHLAEVM *Wolfgangus* LAZIVS fragmenta quaedam CAROLI Magni, aliorumque incerti nominis. *de veteris Ecclesiae ritibus, ac caerimoniis, Antuerpiae* MDLX. in 8. evulgavit. In hoc volumine continentur.

1. Epistola CAROLI M. prolixior ad ALCHOINVM, extrema parte mutila, *de caerimoniis Ecclesiasticis.*
2. ALCVINI ad CAROLVM M. epistola scilicet, qua ALCVINVS superiori CAROLI epistolae rescripsit.
3. *Versus de mysterio Missae*, sine auctoris nomine; sunt tamen HILDEBERTI.
4. Fragmentum incerti *de ritibus & caerimoniis Ecclesiae Romanae a Nativitate Domini per hyemem.*
5. RHABANI *Mauri* ad Imperat. LVDOVICVM *Pium de virtutibus, & vitiis.*

III. Interea majus opus *Michael* HITTORPIVS adgressus est, collectionem, inquam, praenotatam: *de Divinis Catholicae Ecclesiae officiis, ac ministeriis varii vetustiorum aliquot Ecclesiae Patrum, ac Scriptorum libri.* Edidit HITTORPIVS *Coloniae* apud *Geruvinum* CALENIVM MDLXVIII. fol. Duodecim heic extant libri.

1. *Ordo Romanus.*
2. BASILIDORI *Hispalensis* Episcopi de *Ecclesiasticis officiis* libri duo.
3. *Albini Flacci* ALCVINI liber de *officiis Divinis*, seu *ordinis Romani expositio.*
4. AMALARII *Fortunati, officiales*, seu, *de divinis officiis* libri IV. Ejusdem de *ordine Antiphonarii* liber.
5. RHABANI *Mauri* Arch. *Moguntini, de institutione Clericorum*, ad *Heistulfum* Libri III.
6. *Walafridi* STRABONIS, *de exordiis, & incrementis rerum Ecclesiasticarum*, liber.
7. BERNONIS Abbatis *Augiensis, de quibusdam rebus ad Missae officium pertinentibus*, liber.
8. MICROLOGVS, *de Ecclesiasticis observationibus.*
9. IVONIS *Carnotensis* Episc. *de Ecclesiasticis Sacramentis, ac officiis, & praecipuis per annum festis*, sermones XXI.
19. HILDEBERTI, *de mysterio Missae* carmen.
11. *Radulphi* de RIVO, *de observantia Canonum*, liber.
12. *Missae expositio brevis*, transcripta ex venerandae antiquitatis codicibus.

In Scriptores ab HITTORPIO vulgatos *Latinus* LATINIVS varias lectiones, animadversiones, & correctiones adnotavit in *Bibliotheca sacra, & profana*. p. 129.

IV. Quartam ejusmodi collectionem ITTIGIO ignoram adornavit F. *Nicolaus* AVRIFICVS *Carmelita*. Recudit ille COCHLAEI *speculum*, sed

sed BASILIO *de Missa Graecorum*, itemque libro *de Vita* S. BONIFACII, qui ad operis institutum vix pertinet, expunctis, aliisque quatuor in horum locum suffectis opusculis. Sunt ea BERNONIS, & HILDEBERTI, quos indicavimus, libri ex HITTORPIO deprompti, tum *ordo Missae pro informatione Sacerdotum quam accuratissime per R. P. Dominum* Iohannem BVRCHARDVM Argentinum &c. *hunc in libellum redactus*; demum ipsius AVRIFICI *de antiquitate, veritate, & caeremoniis Missae* opusculum. Hic vero collectionis universae titulus est: *Speculum Missae ex antiquissimis quibusdam, ac vetustissimis Catholicae Ecclesiae Patribus a* Iohanne COCHLAEO *primum laboriose collectum, nunc vero a* F. Nicolao AVRIFICO Senensi Carmelita *recognitum, auctum, & locupletatum*, Venetiis *apud* Franciscum ZILETTVM MDLXXII. 8.

V. Novam postea, neque in Bibliothecis obviam *Hittorpianae* collectionis editionem in aedibus populi *Romani Georgius* FERRARIVS paravit an. MDXCI. in fol. GREGORIO XIV. inscriptam. Paullulum diversus est ab *Hittorpiani* exempli inscriptione titulus, nempe *de Catholicae Ecclesiae divinis officiis, ac ministeriis varii vetustiorum fere omnium Ecclesiae Patrum, ac Scriptorum libri*. Scilicet *Romana* haec editio *Hittorpiana Coloniensi* auctior est, ac novemdecim opuscula continet, quum illa duodecim tantummodo complectatur. Adesserunt ergo huic editioni.

1. *Petri* DAMIANI liber, *qui appellatur* DOMINVS VOBISCVM Octavum est novae hujus collectionis opusculum, quod sequuntur ex *Hittorpiana* MICROLOGVS (IX) IVO (X) HILDEBERTVS (XI).

2. RVPERTI Abbatis *Tuitiensis, de divinis officiis* libri XII. (XII).

3 *Petri* CLVNIACENSIS *Nucleus de sacrificio Missae* (XIII), quem extremi duo *Hittorpianae* collectionis libri excipiunt, *Radulphi* scilicet de RIVO (XIV), & *Missae expositio brevis* (XV).

4. *Honorii* AVGVSTODVNENSIS, *Gemma animae, de divinis officiis* (XVI).

5. *Hugonis* de S. VICTORE, *speculum de mysteriis Ecclesiae* (XVII).

6. Ejusdem *de caeremoniis, Sacramentis, officiis, & observationibus Ecclesiasticis* lib. III. (XVIII).

7. Idem *in Canonem Missae* (XIX).

VI. *Romanam* editionem *Parisienses* a. MDCX. recuderunt auctarii loco ceteris *Bibliothecae veterum Patrum* tomis adjungendam. Verum *Parisiensis* editio *Romanam* cum ordine, tum locupletiore *Gemmae animae* exemplo antecellit. Etenim in *Romana* variae quaedam in ISIDORVM, & AMALARIVM lectiones ab HITTORPIO collectae ante HVGONIS libros exhibentur; in *Parisiensi* vero ad extremum opus laudabiliore consilio rejectae sunt. Praeterea in illa nonnisi priora IX. capita ex libro primo HONORII inscripto *Gemma animae* invenies; at in hac ad veterem a. MDXIV. *Lipsiensem* editionem quatuor integri ejusdem operis libri proferuntur.

VII. Si quando tamen *Hittorpianum* opus recudendum foret, pluribus angeri opuscula posset. En hujus novae editionis indiculum, asterisco iis libris adjecto, qui apud HITTORPIVM desiderantur.

* NICETIVS *Trevirensis* Archiep. *de vigiliis servorum Dei, ac de bono Psalmodiae*.

ISIDORI *Hispal. de divinis*, sive *Ecclesiasticis officiis*.

* FLORI diaconi *Expositio in Canonem Missae*.

AMALARII Metensis, *de divinis sive Ecclesiasticis officiis*, lib. IV. *de ordine Antiphonarii*, item * *Ecloga in Canonem Missae*.

* ISAACI *Lingonienſis in canonem Missae epistola*.

* REMIGII *Antisiodorensis, expositio Missae*.

* ELDEPHONSI *Hispani, Revelatio de pondere, quantitate, & magnitudine hostiarum*.

RHABANI, *de clericorum institutione, & caeremoniis Ecclesiasticis*, lib. III Item * *de sacris ordinibus, Sacramentis divinis, & vestimentis Sacerdotalibus*.

VVALAFRIDI *Strabonis, de officiis divinis*.

Incerti Auctoris, seu *Pseudo-Alcuini de divinis officiis* liber.

* Anonymorum duorum, quorum alter saeculo IX., alter sub saeculi X. finem floruit, *expositio Missae*.

* ADEMARI supplementum ad AMALARII opus *de divinis officiis*.

* ANONYMI a MARTENIO editi, *expositio Missae*.

Petri DAMIANI liber, qui vocatur *Dominus vobiscum*. Item * *contra sedentes tempore divini officii*.

MICROLOGVS.

* BRVNONIS *Astensis de Sacramentis, Ecclesiae mysteriis, atque Ecclesiasticis ritibus* opusculum.

IVONIS *Carnotensis* Sermones XXII. *de Ecclesiasticis Sacramentis, ac officiis &c.*

HILDEBERTI *de mysterio Missae* carmen. Item * Miscellanea *de sacramentis, de utraque parte altaris, de tribus Missis in Natali Domini*.

RVPERTI *Tuitiensis, de divinis officiis* Libri XII.

Hugonis de S. VICTORE, *speculum de mysteriis Ecclesiae, de canone mystici libaminis, de caeremoniis, Sacramentis, & officiis Ecclesiasticis* lib. III.

PETRI *Cluniacensis, Nucleus de sacrificio Missae*.

* DROGONIS *Ostiensis, de divinis officiis, & Horis Canonicis*.

HONORII *Augustodun., Gemma animae*.

* ANONYMI, qui saeculo XII. floruit, *expositio Missae*, ex GEORGIO.

* *Iohannis* BELETH, *Rationale divinorum Officiorum*.

* *Iohannis* CORNVBIENSIS, *Summa, qualiter fiat Sacramentum Altaris per virtutem S. Crucis, & de septem Canonibus, vel ordinibus Missae*.

* INNOCENTII III, *de mysteriis Missae*.

* S. BONAVENTVRAE, *expositio Missae*.

* GILBERTI *Tornacensis, de officio Episcopi, & Ecclesiae caeremoniis*.

* GVLLIELMI DVRANTIS, *Rationale divinorum officiorum*.

Radulphi de RIVO, *calendarium ecclesiasticum, seu de Canonum observantia propositiones* XXIII.

INCERTI, sed veteris Scriptoris *expositio brevis Missae*.

Appendix addi poterit Scriptorum quorumdam, qui *Graecam* Liturgiam, aut *Latinas*, aut a *Romana* diversas illustrarunt. Hujusmodi sunt.

S. MAXIMVS, qui *mystagogiam*, sive *Liturgiae expositionem* scripsit.

S. Io-

S. Iohannes MARO auctor *expositionis in Missam Hierosolymitanam* ab ASSEMANO vulgatae.

GERMANVS *Iunior CPolit.* cujus exstat *Rerum Ecclesiasticarum Theoria, sive expositio in Liturgiam.*

Nicolaus CABASILAS, a quo *Liturgiae expositionem* accepimus.

SIMEONIS *Thessalonicensis de divino templo, de ejus mysteriis, de sacris eorum vestibus, de sacrosancta Mystagogia, sive Missa.*

PAVLLVS, & GEBEHARDVS Canonici *Ratisponenses*, quorum vulgatae sunt epistolae tres de *ritu Ambrosiano.*

BEROLDVS scripsit *ordinem & caeremonias Ecclesiae Ambrosianae* circa ann. MLXXX. Editus est a MVRATORIO dissert. LVII. inter *Antiquitates Italicas.*

S. GERMANVS *Parisiensis* Episcopus in *expositione Missae Gallicanae.*

CAPVT II.

Index Scriptorum Ecclesiasticorum, qui a primo ad XII. Aerae Christianae saeculum de sacris utriusque Ecclesiae *Orientalis*, & *Occidentalis* ritibus aliquid commentati sunt.

ARTICVLVS I.

INDEX CHRONOLOGICVS.

IESVS Christus Dei Filius Consulibus *Geminis* pro nostra omniumque salute Cruci adfixus, si I. *Michaeli* VANSLEBIO credimus, ab *Aethiopibus* cujusdam apud eos usurpatae Liturgiae auctor haberetur. „ „ Quidquid vero praeseferat VANSLEBIVS, inquit * CAVEVS in *histo-* „ *ria litteraria Basileensis*, qua semper utar, editionis a. MDCCXLI. *T. I.* „ *p.* 3. vix fieri potuit, ut crederet, eam pro Liturgia a Domino no- „ stro compositam venditari: ipsa enim lectio talem opinionem mox re- „ vinceret. Testatur quidem eruditissimus LVDOLFVS (*hist. Aethiop.* „ *lib. III. c.* 4.) inter Liturgias *Aethiopicas* certis diebus festis legi soli- „ tas, haberi *Liturgiam Domini nostri*; subdit vero, istiusmodi inscri- „ ptiones fefelliisse doctos quosdam viros, qui eas een apocryphas, vel „ plane pseudepigraphas infamaverunt: non enim ab auctoribus sic di- „ ctas fuisse satis ostendit ipse textus, quandoque & auctoris nomen ti- „ tulo adjectum, ut adlato specimine manifestum facit. Et in *commen-* „ *tario Aethiopico*, ubi hac de re fusius agit ad *lib. III. cap.* 4. *num. XXXI.* „ *p.* 341. ipsam Liturgiam sub titulo *Orationis Eucharisticae Domini, & Sal-* „ *vatoris nostri Iesu Christi*, *Aethiopice*, & *latine* exhibet, antea quidem „ una cum novo Testamento *Aethiopico*, sed mendose editam *p.* 168. Ex „ cujus contextu vel primo statim intuitu patet, nil aliud esse, quam „ Orationem ad Dominum nostrum factam, a fidelibus tempore Eucha- „ ristiae A. C. XXIX.

Digitized by Google

A. C. „ riſtiae recitari ſolitam. Et *num. ſequenti pag.* 245. hanc praeter alias „ notat cauſſam, cur hae Liturgiae ita inſcriberentur, non quod au„ ctorum nomina deſignarent, ſed ut in eorum feſtis recitarentur, ac „ propterea non ſtatim mendacii, vel fraudis arguendae. Unde VAN„ SLEBIVM graviter arguit, qui in hac inſana, uti vocat, opinione „ fuiſſe videtur, ſextam illam Liturgiam Domino noſtro IESV *Chriſto* „ tanquam auctori inſcribi.„ Hactenus CAVEVS, cui *Robertus* SALA adſentitur.

XXIX. S. PETRVS Apoſtolorum Princeps, & Chriſti Vicarius Liturgiam Chriſtianis tradidit; non eam tamen, quam ejus nomine praenotatam LINDANVS edidit, Sanctiſſimo Apoſtolo procul dubio ſuppoſitam. Vide librum I.

XXIX. S. IACOBVS primus *Hieroſolymorum* Epiſcopus ab Apoſtolis conſtitutus. Liturgiam ejus nomine inſcriptam habemus, de qua ſatis diximus libro I.

XXIX. S BARNABAS genere *Cyprius* unus e LXX. diſcipulis cum PAVLLO Chriſti juſſu in opus miniſterii ſegregatus ab ALEXANDRO Monacho in *Encomio*, quod circa ann. DVIII. S. Apoſtolo contexuit, Liturgiae cujuſpiam auctor (ſi BONAM audimus *lib. I. cap. VIII. §.* 4.) dicitur. Revera tamen id unum ALEXANDER tradit BARNABAM, *quum Panem, & calicem ſumpſiſſet, & divini miniſterii ordinem totum complevisſet, una cum fratribus participem factum eſſe Euchariſtiae myſteriorum.* Id autem BARNABAM quidem ſacram Liturgiam peregiſſe ſignificat; num vero ſuam, an PAVLLI potius, alteriuſve Apoſtoli uſurparit, in incerto relinquit. Hoc exploratum eſt, nullam Liturgiae ab ipſo conſtitutae mentionem apud alios Scriptores exſtare. Quod enim *Joſeph* VICECOMES (*lib. I. de ritibus Miſſae*) ritus *Mediolanenſes* a S. BARNABA inſtitutos, a S MIROCLETE auctos, a S. AMBROSIO illuſtratos ſcribit, aeque incertum, nec niſi *Mediolanenſem* Eccleſiam a S. BARNABA conditam ſolidioribus, quam quae SORMANNIVS & SAXIVS adtulerunt, argumentis confirmetur, in alio Veterum ſcriptorum, atque adeo ipſius AMBROSII hac de re ſilentio, id cuipiam rectae critices perſuadebitur. Ceterum de Liturgiis, quae ſub aliorum quoque Apoſtolorum nomine circumferuntur, praeter *Natalem* ALEXANDRVM, DVPINIVM, COTELERIVM conferre poteris * MOYNIVM, * ITTIGIVM, & * I. A. FABRICIVM *in Codice Apocrypho novi Teſtamenti.*

XXIX. MATTHAEVS PASTOR. In Codice *Vaticano Syriaco* num. VIII. exſtat Liturgia, quae in Miſſali quoque *Chaldaico Maronitarum pag.* 146. MATTHAEI PASTORIS nomine praenotatur: ſed in extrema ejus Codicis pagina haec leguntur: *Explicit Liturgia* S. MATTHEI PASTORIS, *qui &* HERMA *unus ex* LXX. Cave tamen, haec credas. *Stephanus* EDENENSIS *de orthodoxis Liturgiarum Scriptoribus* (*cap.* 2. *n.* 6.) ex *Syrorum* monumentis *Haſſaſſinitarum* Patriarcham fuiſſe ſcribit *Matthaeum* quemdam cognomento PASTOREM; an vero is idem ſit hujus Anaphorae auctor, an ejuſdem cognominis alter, non adfirmat; eumdem eſſe exiſtimat ASSEMANVS (differt. *de Monophyſitis* praefixa tomo II. *Biblioth. Orient.* ubi de *Haſſaſſinitis*,) nedum ex ejuſdem nomi-

nominis conjectura ductus, verum etiam ex ſtylo ipſius Anaphorae, & ex more *Syrorum* illius aetatis Epiſcoporum, Liturgias ſcilicet condendi; *at hae*, inquit SALA (*in* BONAM *T. I. p.* 174.) *merae conjecturae ſunt, quibus nihil certi affirmari poteſt.* A. C.

S. MARCVS Evangeliſta *Alexandrinam* ſedem conſtituit. De ejus Liturgia ſatis egimus libro primo. XL.

S. CLEMENS I. *Romanus* Pontifex. Exſtant ſub ejus nomine *Conſtitutionum Apoſtolicarum* libri VIII. *Graece* primum editi a *Franciſco* TVRRIANO *Venetiis* MDLXIII. 4. *latine* a *Carolo* BOVIO *Pariſiis* MDLXIV. 8. *Gr. latine* a *Frontone* DVCAEO ad calcem commentariorum ZONARAE *Pariſiis* MDCXIX. fol. unde LABBEVS illos in tomum primum Conciliorum a ſe collectorum tranſtulit. Ae falſo illas quidem CLEMENTI I. adſcribi nemo eruditorum virorum hodie dubitat; eas tamen EPIPHANIO, atque adeo NICAENO Concilio vetuſtiores eſſe non ſolum ex Catholicis doctiſſimi quique adſentiuntur, *Johannes* FRONTO (*in praenot. ad Kalend. Rom.* § 5.) *Johannes* MORINVS (P. II. *de ſacr. ordinat. pag.* 20.) *Petrus* de MARCA (*lib. III. Con Cap* 2.) Card. BONA (*Rer. Liturg. lib. I. cap. VIII* §. 4.) SCHELESTRATVS (*Antiq. illuſtr. p.* 11. *diſſ* 11 *cap.* 2.) PAGIVS in *critica* (ad ann. C. num. 10.) ſed & ex hereroduxis aequiores * *Henricus* HAMMONDVS, * CAVEVS, & * *Thomas* BRETT in ſua *Anglica collectione praecipuarum Liturgiarum Eccleſiae Chriſtianae*. In his porro libris, ut ut paullo diverſi ab iis, quos EPIPHANIVS vidit, & aliquibus in locis aut librariorum oſcitantia, aut etiam haereticorum fraude corrupti ad nos pervenerint, trium priorum ſaeculorum diſciplina, ritusque continentur. Liturgia autem eum primis, quae *lib. VIII.* deſcribitur, inſigne quoddam eſt ſacrae antiquitatis monumentum, ut GRANCOLASIVS, poſtquam illam *Gallice* reddidit *in antiquis Liturgiis*, vere ſcripſerit (p. 96.) *Voila une de plus belles, & de plus grandes Liturgies, qui ſe trouve dans l'antiquité*. CLEMENTIS nomine inſcripta *Syriace* exſtat apud *Joſephum Simon.* ASSEMANVM (*T. I. Bibliotb. Orient.* ex Codice *Nitrienſi III. cap.* 562.) quam e *Graeco* Conſtitutionum exemplo tranſtuliſſe dicitur *Thomas* HERACLEENSIS in Catalogo *Anaphorarum Syriacarum* apud SCHVLTINCIVM. *Latine* dedit RENAVDOTIVS (*T. II. Liturgiar. Orientat. p.* 186.) itemque *Joſeph Aloyſius* ASSEMANVS (*Cod. Liturg lib. IV p II. pag.* 102.) XCI,

S. IGNATIVS cognomento *Theophorus Antiochenus* Epiſcopus ab anno LXVIII. ad CVII. quo *Romae* martyrio adfectus eſt. Huic *Orientalium* plerique, praeſertim vero *Syri* Liturgiam quamdam adſcribunt, de qua haec * I. A. FABRICIVS *Bibl. Gr. T. V. pag.* 41. ubi de IGNATIO *Juniore* Patriarcha *Antiocheno* agit: *In Catalogo Liturgiarum* Chaldaicarum, *quem habuit idem Patriarcha, memoratur Liturgia S.* IGNATII Graece *compoſita* Antiochiae *anno vigeſimo ſeptimo poſt Aſcenſionem Domini, quam Chaldaeam fecit S.* IACOBVS *Epiſcopus* Robenſis, *ſive* Edeſſenus: Haec FABRICIVS. Exſtat haec Liturgia apud ASSEMANVM (*T. I. Bibliotb. Orient. pag.* 562. & 574.) Ipſius initium: *Deus Pater Sancte &c.* Prodiit *Latine* a RENAVDOTIO edita (*Tomo II. Liturg. Orient. pag.* 215.) cujus judicium de eadem placet heic deſcri- CI.

A. C. CI. deſcribere. „ Longa ratione (inquit *ibid. pag.* 226.) non opus eſt ad „ ipſius Liturgiae novitatem probandam, quia ſatis ipſa ſe prodit; „ ſtylus enim ſynonimis, & epithetis inflatus ultra modum natae in„ felicibus ſaeculis eloquentiae magis convenit, quam primaevae Apo„ ſtolicorum temporum ſimplicitati, quam genuina IGNATII Marty„ ris ſcripta repraeſentant.„ Et paucis interjectis.„ At nulla praeter „ *Jacobiticam Antiochenam* Eccleſiam (adde & *Maroniticam*) habuit hanc „ hucuſque Liturgiam IGNATIO adtributam, neque de iſta quidquam „ aliud cogitare poſſumus, niſi quod ab aliquo ſcripta, quum ſingula„ rem titulum non praeferret, eſſetque *Antiochenae* Eccleſiae propria, „ IGNATII nomen, tamquam illius inſignis Epiſcopi adceperit. Po„ tuit enim ab aliquo IGNATIO ſcripta fuiſſe, qui illam ſedem te„ nuerit, aliquot enim ita appellati ſunt inter *Jacobitarum* Patriarchas, „ & Librariorum culpa ad Martyrem referri, quae novi hominis fo„ ret.„ Haec RENAVDOTIVS. Huic adſentiuntur idem ASSEMANVS (*T. III. Biblioth. Orient. pag.* 17.) ubi Liturgiam hanc & ipſe IGNATIO Martyri tributam ſuſpicatur, quod ejuſdem nominis, & Eccleſiae Epiſcopus fuerit ejus auctor; quemadmodum enim ad DIONYSIVM *Areopagitam* relata fuit in Miſſali *Chaldaico* impreſſo ann. MDXCII. Liturgia *Dionyſii* BARSALIBEI, & ad IOHANNEM CHRYSOSTOMVM Liturgia IOHANNIS Epiſcopi *Haran*, *Niſibis*, & *Chiborae*, ita & haec IGNATII ab aliquo hujus nominis Epiſcopo *Antiochено* compoſita, potuit ad Martyrem referri. Nimirum ſolemne *Jacobitis* fuit, non Liturgica modo, ſed etiam Theologica opera Sanctis Patribus tribuere, ut liquet ex iis, quas citant, homiliis, Epiſtoliſque XISTI, IVLII, ac CAELESTINI Summorum Pontificum, quibus & Anaphoras *Syriacas* ſuppoſuere, quae *Latine* prodierunt per RENAVDOTIVM (*Tomo citato pag.* 104. & 227.). Vide quae de hac re notat laudatus ASSEMANVS (*Tom.* 2. *ejuſdem Biblioth. Orient. pag.* 289.)

CL. S. IVSTINVS Martyr ANTONINO *Pio*, M. AVRELIO, & L. VERO ejus filiis, S. P. Q. R. primam pro Chriſtianis Apologiam (ſecunda in antiquioribus editionibus eſt) offert, in eaque Sacramentorum ritus, & praecipuas Liturgiae partes exponit. Mirum eſt, eo audaciaene dicam, an inſaniae? * *Joſephum* SCALIGERVM, & * RIVETVM deveniſſe, ut quum hanc Apologiam diſerte memorent EVSEBIVS (*Lib. IV. hiſt. Eccleſ. cap.* 16. & 17) S. HIERONYMVS (*de vir. illuſtr. cap.* 23.) PHOTIVS (*Biblioth. Cod.* 125.), eam tamen ille S. Martyri plane abjudicare, hic in dubium vocare veritus non ſit.

CLXX. MELITO *Aſianus Sardenſium* Epiſcopus plura ſcripſit. Ad rem noſtram pertinent *de Paſchate* Lib. II. occaſione controverſiae de die Paſchatis celebranda conſcripti, quorum etiam CLEMENS *Alex.* in *opere* ſuo *Paſchali* mentionem fecit. Fragmentum habetur apud EVSEBIVM (*lib.* 4. *c.* 26.) quo MELITO teſtatur, ſe hos libros condidiſſe quo tempore SERVILIVS PAVLLVS *Aſiae* erat Proconſul, & *Sagatis* Epiſcopus *Laodicenus* martyrium perpeſſus eſt, magnaque *Laodiceae* controverſia de Paſchali ſolemnitate excitata eſt.

Item de Die Dominica.

CXCII. T. FL. CLEMENS Eccleſiae *Alexandrinae* Presbyter inſignia ſcripſit volu-

volumina, *plena*, ut ait S. HIERONYMVS (*de vir. ill. cap.* 38.) *eruditionis & eloquentiae, tam de divinis Scripturis, quam de faecularis litteraturae instrumento*. Inter opera, quae etiamnum supersunt, & a * POTTERO *Oxoniae* MDCCXV. vulgata, *Venetiis* autem nuper recusa habemus duobus tomis in fol., nostri argumenti est. A. C. CXCII.

Hymnus *in laudem D. N. J. C.*

Perierunt I. liber de *Paschate*, in quo apud EVSEBIVM (*l. VI. cap.* 13.) testatus est, se a suis familiaribus coactum, ut quas traditiones ab antiquioribus Presbyteris adceperat, eas scripto posteris mandaret.

2. *Disputationes de jejunio*.

Q. SEPT. FLOR. TERTVLLIANVS *Carthagine* paullo ante medium saeculum secundum natus, *Carthaginiensis* deinde Ecclesiae Presbyter in MONTANI haeresim sub ejusdem saeculi exitum miserrime prolapsus fuit. CXCII.

Praeter alia a nostro instituto aliena scripsit.

De jejuniis.

De Virginibus velandis.

De cultu feminarum lib. II.

PAMELIVS, LACERDA, RIGALTIVS, & *Ph.* PRIORIVS TERTVLLIANI opera cum scholiis, & notis evulgarunt; nec tamen satis adcuratam, ac Scriptore, quo nihil *eruditius*, nihil *acutius*, HIERONYMO judice (in *Ep. ad* MAGNVM) , omnino dignam eorum editionem habemus.

VICTOR ab anno CXCIII. *Romanus* Pontifex Epistolas ad plurimos per *Orientem*, & *Occidentem* Episcopos scripsit, ut quid de Paschatis celebratione moris apud eos esset, diligenter exponerent. Praeterea ad POLYCRATEM EPHESIVM litteras dedit, quibus eum, nisi a celebrando cum *Judaeis* Paschate abstineret, anathemate percellendum admonebat. CXCVI.

S. IRENAEVS LVGDVNENSIS Episcopus. Ceteris ejus operibus missis, plures mota inter VICTOREM & *Asianos* Episcopos super Paschate celebrando quaestione scripsit epistolas, quarum EVSEBIVS meminit. Has inter synodica ad eumdem VICTOREM. Hujus fragmentum exstat apud eumdem EVSEBIVM, quod etiam CONSTANTIVS (*T. I. Epistolar. RR. PP. col.* 101. *seqq.*) exhibet, illustratque. CXCVI.

THEOPHILVS *Caesareae Palaestinae* Episcopus, IRENAEO, & VICTORI aetate par, claruit circa annum CXCII. Scripsit nomine Synodi *Caesariensis* epistolam valde utilem super quaestione Paschali, quae tunc temporis vehementius exagitabatur, cujus mentionem faciunt EVSEBIVS (*l. V. c.* 23.) & HIERONYMVS (*de Script. c.* 23.). Habentur apud BEDAM (lib. *de aequinoct.*) & BVCHERIVM (*Comment. in* VICTORII *Canon. Pasch.*) sub PHILIPPI cujusdam nomine *Acta Synodi* Caesariensis *circa quaestionem paschatis celebrandi* a THEOPHILO anno CXCVI. habitae. Quis fuerit hic PHILIPPVS, sibi ignotum esse profitetur BVCHERIVS, sed probabile est, in Codice *Bucherian*o mendum cubasse. & pro *Epistola* PHILIPPI legendum *Epistola* THEOPHILI. Et ita quidem habet i. in MS. Codice *Oxoniensi* monet * CAVEVS. CXCVI.

A. C. CXCVI. POLYCRATES EPHESIORVM Episcopus e synodo sua epistolam dedit ad VICTOREM *Romanum* Pontificem super eadem *de Paschate* controversia, cujus fragmentum ab EVSEBIO servatum CONSTANTIVS (*l. c. col.* 95.) adfert, ac notis enarrat.

CXCVI. ATHENOGENES, cujus nulla apud EVSEBIVM, HIERONYMVM, vel PHOTIVM mentio. Unus ejus memoriam conservavit BASILIVS (*de Spirit. Sanct. c.* 29. *pag.* 359.) Martyr erat celeberrimus, CLEMENTI *Alexandrino* συγχρονος, & igne obiisse martyrium videtur: τὸν διὰ πυρὸς τελειωσιν, BASILII verba sunt, *vitam per ignem consummavit*. Huic nonnulli adscribunt *Hymnum matutinum*, qui sic incipit, Δόξα, & *hymnum vespertinum*, incipientem, Φῶς, quos ad martyrium festinantem tanquam valedictionis munus discipulis suis reliquisse volunt, BASILIVMQVE ejus rei testem adducere solent. De hymno matutino ne verbulum quidem habet BASILIVS; meminit quidem hymni ἑσπερινοῦ καὶ ἐπιλύχνου εὐχαριστίας, qui & hodienum exstat. Quisquis vero BASILII locum serio perpenderit, facile videbit, BASILIVM hymnum vespertinum ab ATHENOGENIS hymno aperte distinguere. Interim inquit * CAVE (*T. I. p.* 94.) luce clarius constat, ATHENOGENEM ad Martyrium festinabundum hymnum quemdam, quo Spiritus S. divinitas confirmabatur, *quasi aliud quoddam munus valedictorium* discipulis suis reliquisse. Sed, ut videtur, jamdudum periit.

CCXX. S. HIPPOLYTVS Episcopus, & Martyr S. IRENAEI discipulus, de cujus *Portuensi* sede exstat *Constantini* RVGGERI dissertatio postuma *Romae* a. MDCCLXXI. SALOMONII typis evulgata, *rationem Paschae, temporumque Canones scripsit*, usque ad primum anni *Alexandri* (SEVERI) *Imperatoris, & sexdecim annorum circulum, quem* Graeci Ἐξαεικαιδεκαετηρίδα vocant, *reperit*, ut ait S. HIERONYMVS (*de vir. illustr. cap.* LXI.) Ejus statua marmorea, cui hic Canon *Graecis* utrimque litteris insculptus erat, ex *Agro Verano* a. MDLI. effossa fuit, atque a *Marcello* CERVINO S. R. E. tunc Cardinali in Bibliothecam *Vaticanam* translata. *Aegidius* BVCHERIVS *latine* Paschalem hunc Canonem reddidit, atque erudito commentario explicavit. * CAVEVS quoque, NORISIVS, VIGNOLIVS, *Franciscus* BLANCHINIVS & * *Jo. Alb.* FABRICIVS in *Hamburgensi* S. HIPPOLYTI editione de illo pluribus disseruerunt.

CCXLVII. DIONYSIVS in sede *Alexandrina* HERACLAE successor multa in *Deciana*, ac *Valeriana* persequutione pro Christi nomine perpessus, tandem a. CCLXV. decessit. Praeter Paschales aliquot litteras epistolam scripsit ad *Romanos* (*de officio Diaconi*), epistolam *de Sabbato*, & epistolam *Canonicam ad* BASILIDEM *Episcopum*, de quo mox, *de diversis capitibus*. Cetera, quae edidit, nostri non sunt instituti.

CCXLVIII. THASCIVS CAECILIVS CYPRIANVS *Carthaginiensis* Episcopus, & Martyr, cujus acta PONTIVS ejus Diaconus conscripsit, ad rem nostram edidit.

De habitu Virginum Libr.

Primus * FELLVS in *Oxonienſem Cyprianicorum* operum editionem a. MDCC. *Amſtelodami* recusam *de Paſcha computum* ex Codice *Cottoniano* intulit, Tractatum vetustum, & si non CYPRIANI, ejus saltem aevo supparem.

NOVA-

NOVATIANVS Presbyter *Romanus* auctor schismatis adversus CORNELIVM Papam. S. HIERONYMVS (*de vir. ill.*) indicat ab eo scriptos libros. A. C. CCLI.

De Pascha (sic enim veteres loquebantur).
Et de *Sabbatho*.

BASILIDES *Pentapolis* in *Lybia* Episcopus DIONYSIO ALEXANDRINO apprime carus, ad quem scripsit *de tempore Dominicae Resurrectionis, & qua hora illius diei jejunium antepaschale solvendum erat*. Perierunt hae BASILIDIS litterae; supersunt vero DIONYSII responsoriae, quibus hac de re accurate agit, *Graece*, & *Latine* cum commentariis BALSAMONIS, & ZONARAE inter opera ejusdem BALSAMONIS *Paris.* MDCXX., & in *Synodico Magno* * *Beveregii* (T. II. p. 1.) CCLVI.

XISTVS II. *Romanus* Pontifex. Huic, nisi SIXTO primo quis malit, *Syri* Anaphoram tribuunt, non posteriori certe, quum illum non solum IVLIO I. conjungant, sed & ordine anteponant. Praestat autem audire SALAM de hac anaphora (T. 1. *Rer.* BONAE *Liturgic. p.* 170) differentem. „ Quum apud *Orientales Syros* praesertim, ut eruditissime, „ observat ASSEMANVS (*Bibl. Orient. T.* 1. *cap.* 31. *pag.* 429.) ex EVAGRIO (*Lib.* 3. *cap.* 21. *Hist. Eccl.*) consuetum sit, vel bona, vel mala fide, pleraque Catholicorum, Haereticorumque opera sub speciosis „ *Graecorum*, & *Latinorum* Patrum nominibus venditare, sexto saeculo „ XISTVM, qui *Syrus* fuisse videtur, ut stylus ejusdem declarat, ex „ incertae Sedis Episcopo iidem *Romanum* Pontificem fecere, non alia, „ ut fertur, ratione, quam propter nominis similitudinem. Hinc apud „ *Iohannem* APAMENSEM, quem sexto saeculo floruisse conjicit laudatus ASSEMANVS (*loc. cit. cap.* 32.) & in nonnullis codicibus *Syriacis* „ *Episcopus Romae* appellatur, quem etiam titulum reliqui Anaphorarum „ descriptores Liturgiae sub ejus nominae editae praefigere solent. Et quidem SIXTVM Episcopali dignitate praeditum fuisse colligitur, tum ex „ *Episcopi* titulo, quo passim decoratur, tum ex eo, quod Liturgiam, seu „ Anaphoram condiderit, quae solis Episcopis nedum apud *Syros*, ut recte „ observat RENAVDOTIVS (*T. II. Liturg. Orient. pag.* 398., sed & apud „ reliquos *Orientales*, praesertim orthodoxos, tribuitur, etsi apud *Nestorianos*, „ & *Iacobitas* NARSETIS Presbyteri, & alterius fortasse *Matthaei* PASTORIS (de hoc supra) Anaphorae legantur. *Romanum* autem Pontificem hunc XISTVM nequaquam fuisse suadet *Graecorum*, *Latinorum*- „ *que* altum de hac, quae sub ejus nomine circumfertur, Liturgia silentium. Forte exstitit hujus nominis aliquis Episcopus *Constantinopolis*, quae quum *nova Roma* a plerisque dicta fuerit, potuit & iste hu- „ jusmodi *Romae Episcopus* appellari. Ut ut sit, haec Anaphora, seu Liturgia sub XISTI nomine apud Christianos *Orientales* celeberrima est, „ ejusque initium: *tranquillitatem*, *& pacem*: prodiit *Syriace* in Missali „ *Maronitarum* anno MDXCIV. & *latine* per RENAVDOTIVM (*T.* „ 11. *p.* 134.) Exstat autem MS. in omnibus fere codicibus Liturgicis. E- „ jusdem meminit etiam *Stephanus* EDENENSIS (*Cap. II. de Cathol.* „ *Anaphorarum Scriptoribus num.* 10.) ubi ex communi *Syrorum* opinione „ XISTO Papae eam adjudicat. *Iohannes* MARO, vel quisquis est Au- CCLVII.

A C. CCLVII. „ ctor Expositionis Missae *Syrorum*, opinionem RENAVDOTII (*T. II. pag.* 142.) ubi loquens de hac XISTI Liturgia existimat, *Iacobitas sententias quasdam ex pseudepigraphis transtulisse in Collectanea sua, ex quibus commodas aliquot suis erroribus animadvertere sibi visi sunt*; confirmat cap 3. in haec verba: *Liturgias* XISTI, & IVLII *Patriarcharum* Romae *quidam ajunt* latine *ab iis primum conscriptas*, & Syriace *postea translatas fuisse. Alii rectius asserunt, illos quidem Patres regulas tantum, & praecepta nonnulla de ordine oblationis sacrificii tradidisse, quosdam vero ex Patribus traditae ab iis doctrinae inhaerentes Liturgias illas ordinasse, & sub gloriosis eorumdem nominibus publicasse*. Haec auctor Expositionis Missae *Syrorum* de Anaphoris XISTI, & IVLII *Romanorum* Pontificum, quas porro Liturgias refert memoratus RENAVDOTIVS (*Tom. II. pag.* 134. & 227.)

CCLXX. ANATOLIVS *Alexandrinus* oriundus, Episcopus *Laodiceanus*, scripsit volumen de *Paschate*, sive *Canones Paschales*. Praeclarum hujusce operis fragmentum exhibet EVSEBIVS *lib. 7. cap.* 32. Opus vero integrum ex prava, ut dicitur RVFINI versione, forsan exscribentium vitio depravatiori facta, doctissimo commentario illustratum cum VICTORII *Canone Paschali* primus evulgavit *Aegidius* EVCHERIVS *Antuerp.* MDCXXXIV. Genuinum esse tum quae ex ejus ferme initio EVSEBIVS, tum quae ex fine citat BEDA, liquido ostendunt. Interim mirari subit Cl. DVPINIVM hujus opusculi fidem vellicare, nulla ratione reddita, nullis codicibus MSS. Patrumve testimoniis in hanc rem adductis; nec ad locum ab EVSEBIO citatum, aliud quod responderet, habet, quam facile fieri potuisse, ut aliquis impostor locum ab EVSEBIO adlatum, quum facile potuit inveniri, operi suo inseruerit. Videant vero, inquit CAVEVS licet heterodoxus, criticae sacrae Magistri, quo tendat haec argumentandi ratio, qua semel admissa, actum erit de plerisque antiquorum monumentis, quae hoc praecipue argumento, genuina esse demonstrari solent, quod loca ex illis a veteribus citata, in iis reperiantur. Certe integrum ANATOLII opusculum ejusdem commatis, & coloris est, & ab una eademque manu profectum esse videtur.

CCCI. S. PETRVS THEONAE in *Alexandrina* Sede successor, atque egregius Catholicae Fidei Martyr scripsit quarto *Diocletianeae* persequutionis anno, eorum, qui in praedicta persecutione lapsi essent, causa, librum de *Poenitentia*, ex quo supersunt hodie Canones XV. variis poenitentium casibus accommodati, exstantque *Graece*, & *Latine* cum Conciliorum Tomo I. tum *Beveregiani Synodici*, seu *Pandect. Canon.* Tom. II. cum BALSAMONIS, & ZONARAE scholiis. Scripsit etiam tractatum *de Paschate*. Testantur id, quae habemus hodie, hujus operis fragmenta. Quin forte ipsum opus adhuc supereſt. Exstitisse certe tum in Bibliotheca Scorialensi, tum in Bibliotheca Collegii Soc. Jesu Caesarauguſtae in *Hispania*, Petri *Alexandrini* sermonem *περὶ τὸ Πάσχα, καὶ τῶν ἁγίων ζυμωμάτων*, fidem nobis facit nobilissimus DVFRESNIVS Praefat. *ad Chron. Pasch.* num. 7.

CCCXV. EVSEBIVS CAESARIENSIS Episcopus, magnus *Arrianorum* patronus, cui tamen plurimum debet Ecclesiastica historia, scripsit, quae tamen perierunt, opuscula duo, nempe

descriptionem Basilicae Hierosolymitanae
& de festo Paschali librum

CA-

CAVEVS praeterea testificatur, apud GALEVM codicem exstitisse, in quo inter alia Graeca EVSEBII nomine praenotata scripta uni titulus est *de die Dominica*. A. C.

EVSTATHIVS primum *Beroeae in Syria*, deinde *Antiochiae* Episcopus Concilio *Nicaeno* interfuit. Celebris est non apud *Jacobitas* modo, sed & apud orthodoxos ejus memoria. „ Ut igitur, inquit SALA (*in* „ *Bon. T. I. pag.* 171.) PETRO Apostolo, qui illam Ecclesiam fundavit, Li„ turgias duas, unam IGNATIO Martyri; ita facile fuit, ut EVSTA„ THIO unam quoque adscriberent *Syri*, eo quod maxime insignis *Ni„ caenae* fidei defensor fuerit, cujus in odium calumnias, depositionem, „ & exilium ab *Arrianis* passus sit. Edita est hujus Liturgia in Missali „ *Maronitico*; sed interpolata, ut observat RENAVDOTIVS cujus sin„ ceram lectionem se restituisse putat (*pag.* 235.) Exstat eadem in Co„ dice *Syriaco Vaticano num. XIX.* quem cum aliis ASSEMANVS ex *O„ riente* detulit „. CCCXXIV.

IACOBVS sub *Maximino* Imp. ad patriae suae *Nisibis*, unde *Nisibenus*, Episcopatum evectus fuit, ubi S. EPHRAEMVM auditorem habuit. Cum eodem Concilium *Nicaenum* adiit. Obiit anno CCCXXXVIII. quemadmodum tradunt DIONYSIVS *Iacobitarum* Patriarcha in *Chronico Syriaco* ad annum ALEXANDRI DCXLVI. & Auctor Chronici *Edes. ſini*. Praeter aliqua *de jejunio*, & *de delectu ciborum*, de quibus vide ANTONELLIVM clariss. Cardinalem in splendida *Iacobitarum* sermonum editione, *Abraham* ECHELLENSIS in notis ad Catalogum HEBEDIESV (p. 134. Liturgiam *Iacobo* NISIBENO adscribit; sed haec auctorem habet *Iacobum* SARVGENSEM, de quo infra; nemo autem *Syrorum* de Liturgia *Nisibenum* Episcopo adjudicanda somniavit. Confer *Iosephum*. ASSEMANVM. (*T. I. Bibl. Orient. cap.* 5. *pag.* 24. CCCXXV.

S. ATHANASIVS *Alexandrinus* magnus *Nicaenae* fidei vindex. Orientales nonnulli anaphoram illi tribuunt, cujus initium est: *Deus fortis Domine*. Confer SCHVLTINGIVM in Catalogo Liturgiarum (*T. III. n.* 15.) & EDENENSEM in suo Elencho (*num.* 11.) Haec perperam ad ANTHIMVM *Alexandrinum* refertur in Codice *Nitriensi* 3. *Vatic.* apud ASSEMAN. (*T. I. pag.* 562.) nullus enim ANTHIMVS fuit, qui *Alexandrinum* vel Catholicorum, vel *Iacobitarum* sedem occupaverit. CAVEVS praeterea apud GALEVM inter alia Sancti Praesulis Graeca, opuscula epistolam exstitisse ait *T. I. pag.* 198. *de Festis*. Spuriis adcense ATHANASII operibus *de ratione Paschae* libellum, qui in ejus editionibus circumfertur. Commentum est *Latini* Scriptoris, qui ut scripto suo auctoritatem quamdam conciliaret, ATHANASII illud nomine praenotavit. CCCXXVI.

S. IVLIVS I. *Romanus* Pontifex. De Liturgia illi perperam tributa vide dicta a. CCLVII. ubi de XISTO II.. CCCXXVII

S. CYRILLVS *Hierosolymitanus* Ecclesiae ab anno circiter CCCL. Episcopus, quum esset presbyter, Catechetis munere perfunctus egregias habuit Catecheses, quae saepe excusae sunt, nuperrime autem a TOVTTAEO Congreg. S. MAVRI viro eruditissimo. RIVETVS eadem, & OVDINVS conjecturis quibusdam ducti illas CYRILLO abjudicare conati sunt; verum CAVEVS illius exceptiunculas *vix cassa* CCCXLVII.

nuce

A. C. *nuce dignas* (*T. I. pag* 212.) caſtigavit; ego hujus nihilo graviores conjectationes in diſſertatione de *inventione S. Crucis* (edita eſt *ſymbolarum Florentinarum* GORII *vol.* IX.) *cap.* 4. refelli. In his CYRILLI Catecheſibus multa ad Sacramentorum praeſertim ritus ſpectantia exſtant: Liturgia vero traditur catecheſi *myſtagogica* quarta. Quare *Joſephus Aloyſius* ASSEMANVS illam inter *Hieroſolymitanae* Liturgiae monumenta retulit (*Cod. Liturg. lib. IV. p. II. pag.* 123.)

CCCLIV. S. HILARIVS *Pictavienſis* Epiſcopus librum *Hymnorum*, & *myſteriorum* ſcripſit teſtibus HIERONYMO (in libro de *vir. Illuſtrib. cap.* 100.) & ISIDORO *Hiſpalenſi*. Excidit utrumque opus, de quo confer COVSTANTII Prolegumena ad HILARIVM (§. 20.). Hymnos HILARII viderat HIERONYMVS, ex quo diſcimus, *in hymnorum carmine* GALLOS INDOCILES ab HILARIO *vocari*, ut ipſe HIERONYMVS teſtatur in Praefatione libri II. commentarii ad *Galatas*. Unus ex his integer hymnus inter HILARII opera nobis reliquus eſt, jambicis verſibus conſtans, qui filiae ejus ABRAE miſſus dicitur. In eo hymno fit mentio *Matutinae*, cui horae is aptatus eſt. Alios HILARII hymnos ediderunt CASSANDER, & *Gregorius* FABRICIVS; nempe I. Hymnum, qui in noſtris quoque Breviariis legitur: *Beata nobis gaudia*. 2. *Jejunantium*, cujus initium: *Jeſu quadragenariae dicator abſtinentiae*. 3. de Epiphania: *Jeſus refuſſit omnium, pius Redemptor gentium*. Ac mirum ſane, *Conſtantium*, de tribus his hymnis, dum HILARII opera recognovit, ſiluiſſe. Magis tamen fortaſſe mirandum, neſcio quem barbarum poſterioris aevi Rhythmum in eo hymno vidiſſe, quem idem CASSANDER integrum, ſed nullo Auctoris nomine, dederat, ipſe vero mutilum exhibuit, recitandum fortaſſis ad Galli cantum, vel ad Nocturnas preces, qui incipit: *Hymnum dicat turba fratrum*. Hunc enimvero HILARIO omnino tribuendum pluribus confirmabit, qui eum eruditiſſimo Commentario illuſtraturus eſt, Cl. *Vitus Maria* GIOVINAZZI. Hymnus *Gloria in Excelſis* ab eodem HILARIO *auctus*, & *conſummatus* dicitur in vulgato ALCVINO.

CCCLXI. DIONYSIVS vulgo *Areopagita*. Circa haec tempora, nempe ante quarti ſaeculi finem doctiores critici SIRMONDVS, PETAVIVS, *Joh.* MORINVS, *Nicolaus* le NOVRRY, ut heterodoxos VSSERIVM, CAVEVM, OVDINVM omittam, floruiſſe exiſtimant auctorem operum, quae vulgo DIONYSIO *Areopagitae* S. PAVLLI diſcipulo adſcribuntur. Auctor eſt *ſane lectu digniſſimus*, ipſo CASAVBONO apud CAVEVM (*Tom. I. p.* 225.) judice, qui tamen ſplendide mentitur, dum e veſtigio ſubdit, eum *Pontificiorum cauſſam aperte in multis jugulare*. P. Le QVIEN, qui *Monophyſitam* quemdam horum operum auctorem fuiſſe contendit, a cl. P. de RVBEIS invicte confutatus eſt. Multas in his libris ad omnigenam Eccleſiaſticam diſciplinam, Liturgiam, Sacramentorum adminiſtrationem pertinentia invenies, praeſertim in libris de *Eccleſiaſtica hierarchia*. Confer MORINVM (*de ſacr. ordinat.*) & BONAM (*Rer. Liturgic. lib. I. cap. VIII.* §. 5.) In lib. *de Coeleſti hierarchia* (*cap. VIII.*) humit auctor, ſe ſcripſiſſe *de hymnis divinis*, quod opus intercidit.

CCCLXX. PACIANVS *Barcinonis* Epiſcopus ſcripſit libellum *de Baptiſmo ad Catechumenos* a TILIO editum Pariſiis MDXXXVIII. 4. deinde cura *Petri*

tri GALESINII a *Paullo* MANVTIO cum SALVIANO, MAXIMO ec. *Romae* MDLXIV. fol. A. C.

S. EPHRAEM gente *Syrus* a *Iacobo* NISIBENO in Catechumenorum collegium adſcitus, & baptizatus, a S. BASILIO *Caeſarienſi* diaconus inauguratus *Edeſſam* haereſibus praeſertim *Bardeſanitarum* purgavit, atque ibi tandem deceſſit a. CCCLXXIII. vel quod alii malunt CCCLXXV. Haec de eo SOZOMENVS (*Hiſt. Eccleſ. lib. III c.* 16.) EPHRAEM *virum* Syros, *& verborum elegantia, & numeroſis modis concentus mire delinitos, atque eo pacto ad ſimiliter cum* HARMONIO (erat is *Bardeſanis* filius VALENTINI haereſi, uti Pater, infectus) *ſentiendum aſſuefactos, quamvis* Graecae *litteraturae eſſet expers, tamen in numeris verſuum* HARMONII *comprehendendis, ſe adtente deſixit, & ad modos carminum ejus alia carmina doctrinae Eccleſiaſticae conſentanea compoſuit, cujus genera ſunt ea quidem, quae hymnos divinos, & laudes virorum, qui vitam a perturbationibus animi vacuam degebant, complectuntur. Ex quo quidem tempore* Syri *modos ab* EPHRAEM *fuſos juxta concentum* HARMONII *obſervantes canunt. Syri* EPHRAEMO duodecim millia carminum tribuunt, *Copti* quatuordecim millia: idque non de verſibus intelligendum, ſed de hymnis. Falluntur tamen, qui EPHRAEMO adjudicant omnes hymnos, qui in divinis *Syrorum* officiis ſub ejuſdem nomine occurrunt: nam hi non ſemper EPHRAEMI ſunt, ſed ad normam rythmi *Ephraemitici*, qui ſeptem ſyllabis frequentius conſtat, elaborati. Errant etiam, qui EPHRAEMVM adſerunt excogitaſſe verſus heptaſillabos, eoque dumtaxat carminum genere uſum fuiſſe. Nam ejuſdem hymnos modo quatuor, modo quinque & ſex, vel ſeptem. & interdum duodecim ſyllabis conſtare patet ex Codd. *Nitrienſibus* Bibl *Vatic.* adjectis. Praeterea longe ante EPHRAEMVM Auctores *Syri* hujuſmodi carminibus utebantur, ut BARDESANES, & HARMONIVS. Tribuuntur itaque verſus heptaſyllabi EPHRAEMO, quia hoc metri genere frequentius uſus eſt. CCCLXX.

Haec igitur ejus ad rem noſtram exſtant Syriace *De nativitate D. N. J. C. hymni* 15. Exſtant *Syriace* in Cod. *Nitrienſi* 8. (an. DLI. ut dicitur exarato) In quo revera ſunt 27. ſed 15. dumtaxat dicuntur, qui totidem tonis cantantur.

In Cod. *Nitrienſi* 7. & 8 habentur 15. *hymni de Paradiſo* in Cod. quidem 7. dividitur opus in 15. hymnos, qui diverſis etiam tonis exeunt. At in Cod. 8. nulla apparet hymnorum diviſio, & undecim dumtaxat numerantur, uti adnotatur fol. 38. a tergo.

Hymni 52. *de fide, & Eccleſia* habentur eod. Cod. *Nitrien.* 7. (an. Chriſti DXXIII. exarato). Horum meminit HEBEDIESV ſub titulo *Epiſtolarum, & librorum de fide Eccleſiae*. Inſcribuntur de *Eccleſia*, quia 7. priores Hymni de Eccleſia ſunt, reliqui vero de aliis rebus. Octavus de *Libero arbitrio*, legitur ex parte in officio feriali *Maronitarum* ad finem Nocturni feriae quartae.

De Virginitate hymni 51. in eod. Cod. Titulus a librario additus eſt: nec enim huic titulo hymnorum argumenta reſpondent, ſi 3. priores & 24. excipias.

De fide hymni 87. contra *Arrianos*, & *Eunomianos*, in eod. Cod., & in Cod. Nitr. 9.

Hymni

A.C. *Hymni 56. adversus haereses*, speciatim autem BARDESANIS, MARCIONIS, & MANICHAEI. Quandoque etiam in Ecthicos, & Astrologos insurgit.

De defunctis Odae, *Cantus*, *& carmina*, quae HEBEDIESV vocat *cantus omnes defunctorum*, seu, ut vertit Abr. ECCHELLENSIS, *officia omnia defunctorum*. *Cantus* 31. quos *Syri* partim officio defunctorum, partim feriali inseruere; exstant in Cod. *Nitrien.* 16. a fol. 1. usque ad fol. 28. ubi cantus primus, & pars secundi desiderantur. *Odae* 49. habentur in Cod. eod. a fol. 31. & in Cod. *Nitrien.* 17. *Hymnus de Clericis*, qui in Cod. 16. vicesimum tenet locum, tribuitur ISAACO in Cod. 17. fol. 173. *Carmina* 15. exstant in Cod. 16. & 17.

Duo praeterea *carmina de defunctis* sub EPHRAEMI nomine circumferuntur, quae tamen in aliis Cod. ISAACO tribuuntur. Primum *de Peregrinis* in Cod. *Nitrien.* 17. fol. 180. quod ISAACO tribuitur in Cod. *Nitr.* 16. fol. 40. Alterum *de Sacerdotibus*, Cod. *Nitr.* 5. fol. 150. a tergo, quod ad eumdem ISAACVM refertur Cod. *Nitr.* 16. fol. 27.

Hymni Paraenetici 15. (quos HEBEDIESV vocat *orationes metricas*, *adhortationes*, *& Cantica*) exstant in Cod. *Nitr.* 17. Inter hos 2. sunt *de negatione Simonis* PETRI, quorum posterior legitur ad nocturnum feriae sextae in Parasceve. Oratio etiam Pentasyllaba, quae 12. occupat locum, exstat in officio feriali *Maronitarum*.

Demum in eodem Cod. *Nitr.* 17. fol. 79. habetur *oratio Pentasyllaba*; quae tamen in Cod. ASSEMANI 5. *num.* 22. ISAACO tribuitur. Legitur autem in officio feriali *Maronitarum*.

Canticum EPHRAEMI *de Nativitate Domini*, *& dialogum* B. MARIAE cum *Magis*, quae exstant *Syriace* in officio festivo *Maronitarum*, *latine* edidit *Abraham* ECCHELLENSIS *Romae* MDCXLV.

De his omnibus consule luculentissimam *Ephraemianorum* operum editionem a cl. AMBARACHIO, seu P. de BENEDICTIS, & Illustrissimo ASSEMANO *Romae* curatam.

CCCLXX. S. BASILIVS *Magnus* in *Caesariensi* Sede EVSEBII, qui illi vicariam in ejus Ecclesiae curam detulerat, jam demortui successor scripsit praeter libros *de Baptismo* tres celebrem Liturgiam. Exstat illius *Graecus* codex *Romae* in Bibliotheca *Barberina* ante annos plus mille descriptus, quo nullum exstare antiquiorem MONTFAVCONIVS oculatis testis adfirmat (*Diarii Italici* p. 210.) Sunt & alii Codices in *Vaticana*, quos *Petrus Alaysius* CARAFA illuc intulit. In eadem Bibliotheca eadem Liturgia *Arabice* habetur, *Coptice*, & *Copto-Arabice*. Liturgia, cujus initium: *Aeterne Deus, qui in principio homines creasti*, exstat in *Vaticana* Bibliotheca Cod. ASSEMANI *Syriaco* 20. Hanc edidit primum *Andreas* MASIVS; iterum RENAVDOTIVS (*T. II. Liturgiar. Orientat. pag.* 548.) tertio *Joseph* ALOYSIVS ASSEMANVS (*Missal. Alex. P. I. pag.* 212.) Idem RENAVDOTIVS alteram BASILII Liturgiam ex *Arabico Istine* versam a *Victorio* SCHIALACH ex *Coptico*, & *Arabico* recudit (*ibid. p.* 1.) & (*p.* 57.) novam ejusdem Liturgiae editionem ex Codice *Graeco-Arabico* fecit. *Copticam* quoque exhibuit idem ASSEMANVS (*Missalis Alex. P. II. pag.* 47.), qui *Graecam* dederat (*ejusdem Missalis p.* 1. *pag.* 45.) Exstat & Liturgia BASILII altera, ex *Graeco* in *Syria-*

riacum converſa Cod. ASSEMANI *Syriaco* 40. Eadem eſt, quae prior *Syriaca*; poſteriorque *Coptica*, & *Arabica*, ſed uberior, & in ordine precum diverſa. Orationem inſignem ex BASILII Liturgia citat PETRVS diaconus, quae in tribus editis Liturgiis *Graeca*, *Syriaca*, & *Coptica* minime reperiitur. A.C.

S. GREGORIVS NYSSENVS Magni BASILII frater, ſcripſit *epiſtolam Canonicam ad* S. LETOIVM *Metilenes Epiſcopum* editam *Venetiis* MDLXXXV. interprete *Maximo* MARGVNIO Epiſcopo *Cytherenſi*, & deinde ex *Gentiani* HERVETI verſione in *Graeco-latinas Gregorianorum* operum editiones illatam. Exſtat quoque in his epiſtola *de iis, qui aiunt Hieroſolymam*, de qua non erat, cur Proteſtantes tantopere ſibi plauderent, ut eam *Magdeburgenſes* in ſuis *Centuriis* vulgarent, ſeorſum ederet P. MOLINAEVS *Hanoviae* MDCVII. & pro ejus veritate apologiam ſcriberet *Joh. Henricus* HEIDEGGERVS ad calcem diſſertationis *de Peregrinationibus religioſis Tiguri* MDCLXX. Confer BELLARMINI controverſias (*lib. III. de Sanctis cap.* 8.) & TILLEMONTIVM (*T. IX. in vita* S. GREGORII NYSSENI *artic. VIII.*) CCCLXX.

Liturgiam *Syriacam* a Liturgiis BASILII, GREGORII Theologi, & CYRILLI diverſam apud *Coptos* exſtare teſtatur ABVL. BARCATVS in libro *de divinis officiis* c. 7. n. 4. ubi & NYSSENI Liturgiam ad *Filium* memorat.

Arabice ſub nomine S. GREGORII NYSSENI *Canones* 5. exſtant in Tom. 2. Canonum Eccleſiae *Alexandrinae* Cod. ASSEMANI Arab. 3.

S. GREGORIVS NAZIANZENUS BASILII M. aequalis, atque adeo ſocius & amicus, Triplex illi tribuitur Liturgia, *Graeca*, quam poſt RENAVDOTIVM cum latina interpretatione exhibet *Joſeph Aloyſius* ASSEMANVS (*Miſſal. Alexandr. P.* 1. *pag.* 87.) Altera *anaphorae* nomine praenotata exſtat in pluribus Codicibus Vaticanis, eamque ex Miſſali libro *Coptitarum* idem ASSEMANUS (*l. c. p.* 134.) *Latinam* dedit. Tertia a *Syris* S. Epiſcopo adjudicatur, de qua vide EDENENSEM (*cap.* 11. *n.* 16.) & SCHVLTINGIVM in catalogo *Anaphorarum Syriacarum* (*num.* 10.) Ejus initium: *Deus Pater beatiſſime*. Habes illam ab eodem ASSEMANO (*l. c. p.* 185.) ex MSS. Codicibus *Syriacis Nitrienſibus Vaticanis* 3. & 4. primum *latine* vulgatam. CCCLXX.

APOLLINARIVS *Junior* APOLLINARII Presbyteri filius, & *Laodiceae*, ubi natus fuerat, primum lector, tandem Epiſcopus ob ſuas haereſes a DAMASO in *Romana* Synodo damnatus, *hymnos, & cantica ſacra* edidit *ad Laudem divini numinis ſpectantia*, quae cum viri tum mulieres quovis tempore, & quavis occaſione pſallere conſueverant. CCCLXXX.

S. AMBROSIVS *Mediolanenſis* Epiſcopus, de quo praeter omnes de *Scriptoribus Eccleſiaſticis* tractatores conferri poſſunt TILLEMONTIVS in ejus vita, SAXIVS *de Epiſcopis Mediolanenſibus*, & MAZZVCHELLIVS *de Scriptoribus Italiae* (T. I.) plura in rem noſtram ſcripſit, quae in *Pariſienſi Maurinorum* editione a. MDCXC. Tomo II. proſtant. Sunt autem. CCCLXXIV.

De officiis vel (ut habent Codices MSS.) *de officiis miniſtrorum libri* 3. forſan circa annum CCCXCI. ſcripti.

De Virginibus ad MARCELLINAM ſororem, libri 3. anno CCCLXXVII. *Ambroſianarum* lucubrationum erant primitiae.

A. C. CCCLXXIV. *De vitiis liber I.* ab AMBROSIO in LVCAM citatus.

De Virginitate libellus, pro ultima parte libri 3. *de Virginibus* hactenus habitus.

De mysteriis, sive *de iis, qui mysteriis initiantur* liber I. anno CCCLXXXVII. quem contra BVLINGERVM, COCVM &c. AMBROSIO adierunt editores.

De Sacramentis libri sex. Prolixe de hoc opere agunt clarissimi editores. Argumenta in utramque partem adcurate expendunt. Nec tamen an AMBROSII sint, certo definiunt, relicto cuivis suo judicio. Etiam Cardinalis BONA (*Rer. Liturg. lib. I. cap. 7. §. 4.*) valde dubitat, num genuinum AMBROSII opus sint ejusmodi libri; nec repugnat nuperus BONAE editor SALA (*T. I. pag. III. seq.*) Mihi tamen, qui cum *Natali* ALEXANDRO *hist. Eccles. Saec. IV. cap. 6. art. 27. §. 2.* eos S. AMBROSIO adscribunt, sentire rectius videntur; remque in clarissima luce, nisallor, collocavit in suo *Kalendario Neapolitano* (T. III.) acerrimi judicii, & selectioris cujusdam eruditionis vir Canonicus *Alexius Symmachus* MAZOCHIVS.

Hymni 12. quos AMRROSIO adjudicari posse censent clarissimi editores, veterum auctoritate hac in parte nixi. Ab hoc tamen censu hymnum *Te Deum laudamus* relegant, qui AMBROSII esse nullo idoneo testimonio probari potest.

CCCLXXVIII. DIODORVS *Tarsensis* Episcopus a MELETIO constitutus, sed NESTORII, quem discipulum habuerat, erroribus implicitus Liturgiam condidit, quemadmodum ex EBEDIESV in *catalogo Abrahae* ECCHELLENSIS, multoque disertius ex *Diamperitana* Synodo a. MDXCIX. colligit illustris *Iosephi Simon* ASSEMANVS (*Biblioth. Orient. T. III. p. 1. pag. 29.*) etsi RENAVDOTIVS repugnat. Vide etiam SALAM (*in* BONAE *lib. I. cap. IX. §. 5. pag. 156.*)

CCCLXXVIII. S. HIERONYMVS *Stridonensis* Doctor Maximus, de quo vere PROSPER in libro de *ingratis*.

Tunc etiam Bethlaei praeclari nominis horper,
Hebraeo *simul* & Grajo, *latioque venustat*
Eloquio, morum exemplar, mundique magister,
HIERONYMVS *libris valde excellentibus hostem*
Dissecuit, noscique dedit, quo turbine veram
Vellent exortae lucem obscurare tenebrae

Ei tribuitur liber *Comitis* ut lib. 1. vidimus. Olim fuere quoque illi adscripti *Canones poenitentiales* ad Episcopos &c., opusculum *de communione Eucharistiae in sacrificio*, aliud *de observatione Vigiliarum*; quae omnia MARTIANAEVS T. V. novae *Hieronymianorum* operum *Parisiensis* editionis inter spuria ablegavit.

CCCLXXXV. THEOPHILVS *Alexandrinus* periodum Paschalem condidit, non centum annorum, inquit SOLLERIVS in *Patriarch. Alexandrin. hist. chronol. n. 267.* (ut perperam se legisse in epistola S. LEONIS Magni ad MARCIANVM putavit SCALIGER,) sed quadringentorum & triginta septem annorum, in qua omnia Paschata adnotarat, quae ab anno Christi CCCLXXX. deinceps erant sequutura. Ex ea porro centum observationis annos decerptos summo Pontifici obtulit, quorum in epistola

illa

illa S. LEO meminit, unde crediderim SCALIGERVM errandi occasionem sumpsisse. Cyclum autem illum ad XCV. annos CYRILLVS, THEOPHILI nepos, & successor, contraxit. Huc spectat liber *de Cyclo Paschali* a THEOPHILO Imp. THEODOSIO dicatus, cujus fragmentum profert THEODORETVS (*dial.* 3.) Exstant hodie *epistolae Paschales* tres ab HIERONYMO latine redditae, una cum prologo ad THEODOSIVM Imp. *de Paschate anni* CCCLXXX. (qui habetur etiam *Gr. lat.* non integer tamen, ad calcem PETAVII *de doctr. Temp. T. II.*) *in Biblioth. Patrum* (*Tom. 5.*) *Epistolarum Paschalium quinctae & sextae* fragmenta exstant Concil. Ephes. *Act.* 1. (*pag.* 512.) Scripsit etiam THEOPHILVS librum *de sacris mysteriis, sive de sacris supellectilibus Ecclesiae Dei*, quod opus HIERONYMVS *latinum* fecerat. In Codice Theol. LVIII. Biblioth. *Vindobonensis* (*num.* 16. *fol.* 135.) legitur sub THEOPHILI *Alexandrini* nomine *Graeca* oratio *de causa ejus casus, & ovorum tempore jejunii*, quam tamen CAVEVS THEOPHILI cujusdam *Alexandrini* multo recentioris opus, ac THEOPHILO nostro suppositam habet. A. C. CCCLXXXV.

NICEAS, seu NICETAS *Romatianae*, quae *Dacorum* urbs erat haud procul *Stridone* (BARONIVM tamen sequutus CAVEVS *Aquilejam* hoc nomine a GENNADIO *de Script. Eccles. cap.* 22. designari existimavit) *Competentibus ad Baptismum* institutionis libellos sex composuit, quorum primus continebat, ut idem GENNADIVS ait, *qualiter se debeant habere Competentes, qui ad Baptismi gratiam cupiunt pervenire*. Vi. de infra ad ann. DXXVII. NICETIVM *Trevirensem*. CCCXCI.

AVRELIVS AVGVSTINVS *Tagastae*, quae *Numidiae* urbs est, natus, VALERII *Hipponensis* Episcopi, a quo fuerat a. CCCXCI. Presbyter inauguratus, in Episcopali sede primum Coepiscopus constitutus, deinde successor datus plura, eaque praestantissima acerrimi ingenii sui, atque incredibilis pro Catholica fide studii monumenta posteris reliquit. Ad rem nostram spectant. CCCXCV.

De catechizandis rudibus Liber. I.
De cura gerenda pro mortuis ad PAVLLINVM Liber I.
De Symbolo ad Catechumenos

Exstant haec Tom. VI. *Maurinae* editionis.

Q. IVLIVS HILARIANVS qui & HILARION dicitur in Cod. *Vindob.* apud LAMBECIVM (T. II. p. 853.) CAESARIO, & ATTICO Coss. a. scilicet CCCXCVII.) recognovit, & emendavit, quod superiore anno scripserat, opusculum *de Paschali circulo*, sive *expositum de die Paschae, & mensis non cum* IVDAEIS, *sed die Dominica primi ab aequinoctio mensis lunaris celebrando*. Prodiit ex Regiae Biblioth. *Taurinensis* Codice curante *Christophoro Matthaeo* PFAFFIO Paris. MDCCXII. ad calcem *Epitomes Institution. divinar.* LACTANTII. CCCXCVII.

S. IOHANNES ab aurea eloquentia CHRYSOSTOMVS appellatus *Antiochiae* ad *Orontem* fluvium natus, *Antiochenae* Ecclesiae post quinque annos in diaconatu peractos Presbyter a. CCCLXXXVI. ordinatus, ac tandem mortuo NECTARIO *Constantinopolitanae* Ecclesiae datus fuit Episcopus a. CCCXCVIII. De eo consule TILLEMONTIVM; MONTEFALCONIVM nuperum *Chrysostomianorum* operum editorem, cum primis vero *Bollandianum Iohannem* STILTINGVM, qui luculentis- CCCXCVIII.

A. C. simo Commentario res a CHRYSOSTOMO gestas illustravit. Quae ad CHRYSOSTOMI Liturgiam spectant, libro primo indicavimus.

CCCCI. SEVERIANVS *Gabalorum* in *Syria* Episcopus *de Baptismo & Epiphaniae Solemnitate* libellum scripserat, qui intercidit.

CCCCVII. THEODORVS DIODORI *Tarsensis*, CARTERII, & NESTORII in Theologicis Magister Ecclesiae *Antiochenae* presbyter fuit, tum *Mopsvestiae in Cilicia* Episcopus. Ejus Liturgia a RENAVDOTIO *latine* reddita exstat (*T. II. Liturgiar. Orientat. pag.* 616.) Vide librum I.

CCCCVIII. MARVTHA *Tagritensis* in *Mesopotamia* Episcopus doctrina, & miraculis clarus, cujus memoriam *Latini* in Martyrologio *Rom.* celebrant pridie nonas Decembris, ideſt die 4. *Graeci* vero in *Menaeis* 14. Februarii, quem etiam eximie laudat *S. Johannes* CHRYSOSTOMVS (*epist.* 14. apud BARONIVM ad *ann.* 408. *num.* 4.) de ipso item SO-

CCCCVIII. CRATES (*Hist. Eccles. lib. VI. cap.* 15. *& lib.* 7. *cap.* 8.) SOZOMENVS (*lib.* 8. *cap.* 16.) atque ex his accurate TILLEMONTIVS (*hist. Eccles. T. XI. pag.* 286., *& 610.*) postque ipsum fusius ASSEMANVS (*Tom. I. Bibl. Orient. cap.* 12. *pag.* 174.) Ejus *anaphora*, seu Liturgia exstat in omnibus fere Missarum Codicibus. Prodiit *Syriace* in Missali *Maronitarum* an. MDXCIV. (pag. 172.) & *Latine* per RENAVDOTIVM (*Tom. II. Liturg. Orient. pag.* 261.) Ejusdem meminit *Stephanus* EDENENSIS supra laudatus (*cap.* 2. de Orthodoxis Anaphor. Auctoribus *num.* 7.) ubi ait: MARVTVS *Episcopus* Tagritensis Johannis CHRYSOSTOMI *familiaris*, *quem* THEODOSIVS *minor* Romanorum *Imperator ad* Persarum *Regem pro pace Ecclesiarum ablegavit*, *scripsit anaphoram*, *cujus initium*: Deus, *qui ex natura bonus*. Haec etiam Liturgia laudatur a SCHVLTINGIO (*T. III. pag.* 106. *num.* 23.) Eamdem vero Liturgiam turpiter a quodam recentiore *Jacobita* interpolatam fuisse observat RENAVDOTIVS (*loco citato pag.* 273.), quod & confirmat ASSEMANVS, C. ibid. *pag.* 180.) In ea siquidem obtruduntur sub MARVTHAE nomine haec verba: *fermentatum panem adcepit in manus suas*: quae utique MARVTHAE sensui repugnant, ipse enim, qui itidem in Symbolorum consecratione adtendendam esse docet Christi institutionem, & exemplum, id ne somniavit quidem, quum praesertim, saltem usque ad annum Christi DCCLXXV. Azymum in Eucharistia adhibere consueverint *Syri* in *Mesopotamia* teste DIONYSIO *Jacobitarum* Patriarcha in *Chronico* (*ad ann.* DX.) apud ASSEMANVM (*Tom. I. pag.* 409) ubi plura in hanc rem vir eruditissimus notat.) Haec ex SALA (in notis *ad lib. I.* BONAE *pag.* 172.)

CCCCX. SYNESIVS *Cyrenaeus Ptolemaidis* a THEOPHILO *Alexandrino* Episcopus constitutus inter alia hymnos X. scripsit, qui non solum in *Graecis*, & *Graeco-Latinis* ceterorum ejus operum editionibus exstant, sed etiam *Turnoni* seorsum prodierunt MDCIII.

CCCCXII. CYRILLVS *Alexandrinus*, qui *Ephesino* Concilio CAELESTINI *Romani* Pontificis legatus praefuit, orationem habuit *adversus eos*, *qui dicunt*, *non offerendum esse pro iis*, *qui in fide obdormierunt*. Hujus orationis fragmentum citat EVSTRATIVS *Constantinopolitanus de statu animarum post hanc vitam* (a *Leone* ALLATIO lib. *de Purgatorio* editus) *p.* 571. Liturgia CYRILLO inscripta ex *Arabico* sermone in *latinum* con-

converſa a *Victorio* SCIALAC prodiit *Auguſtae Vindelicorum* MDCIV. 4.; recenſa item fuit a RENAVDOTIO. Apud ASSEMANVM quoque (*Miſſalis Alex. P. I. p.* 157.) exſtat *Anaphora* S. MARCI *Apoſtoli, quam collegit, & ordinavit beatiſſimus Sanctus* CYRILLVS. A. C.

LVPVS gente *Gallus*, ortu nobilis, *Tulli Leucorum* natus, EPIROCHII filius, VINCENTII LIRINENSIS frater, S. GERMANI *Autiſſiodorenſis* ex ſorore nepos. Anno CCCCXXVII. Epiſcopus *Trecenſis* factus eſt; & biennio poſt, GERMANO avunculo in *Britanniam* ad profligandam haereſim *Pelagianam* miſſo, ab Epiſcopis *Gallicanis* comes datus. Eum *patrem patrum, Epiſcopum Epiſcoporum, alterum ſui ſaeculi* IACOBVM, *omnium toto, qua patet, orbe Pontificum proculdubio primum, normam morum, & columnam virtutum* vocat *Sidonius* APOLLINARIS. Exſtat epiſtola, ſui ac EVPHRONII *Auguſtodunenſis* nomine ad TALATIVM *Andegavenſem Epiſcopum de Clericis bigamis &c.* Concil. Tom. IV. pag. 1048. CCCCXXVI.

NESTORIVS DIODORI *Tarſenſis*, ac *Theodori* MOPSVESTENI auditor, quum haereſim, quae ex ejus nomine *Neſtoriana* dicta eſt, propalaſſet, a Patribus Synodi *Epheſinae* an. CCCCXXXI. damnatus, periit in exilio circa an. CCCCL. ſi fides habenda eſt XENAIAE in epiſtola *ad Monachos Senunenſes*, & ZACHARIAE Rhetori in *Hiſt. Eccleſ.* Conf. *Bibl. Orient.* (*tom.* 2. *p.* 40. & 55.) quibus & EVAGRIVS (*lib.* 2. *cap.* 2.) quod ad annum ſpectat interitus NESTORII, conſentire videtur. De hujus Liturgia diximus Libro I. Ea *Latine* prodiit edita a RENAVDOTIO (*T. II. Liturg. Orient. pag.* 626.) Qui vero eam a *Greco* in *Syriacum* tranſtulere, MARABAS *Neſtorianorum* Patriarcha fuit, & *Thomas* EDESSENVS ejuſdem MARABAE praeceptor, de quibus infra ſuo loco. Porro obſervandum cum dicto ASSEMANO, quod RENAVDOTIVS (*Tomo ſupracit.* diſſert. de *Neſtorianorum Liturgiis n.* 28. *pag.* 582.) vel calami, aut memoriae lapſu, dum *Graeca* LEONTII *Byzantini* verba adverſus NESTORIVM de ejus Liturgia recitat, ea de *Theodoro* MOPSVESTENO, non de NESTORIO intelligit, quare hac etiam in parte emendatione dignus eſt, inquit SALA (*T. I. pag.* 174.) CCCCXXVIII.

PROCLVS *Conſtantinopolitanus* Epiſcopus tractatum ſcripſit *de traditionibus Miſſae divinae* a *Vincentio* RICCARDIO cum ceteris ejus operibus *Romae* recuſum MDCXXX. 4. quum antea *Graece* prodiiſſet in collectione Liturgiarum *Pariſiis* MDLX. *Gabriel* SIONITA in epiſtola ad NIHVSIVM inter *Symmicta Leonis* ALLATII, *Stephanus* EDENENSIS in *expoſitione Miſſae Syriacae* (*Cap. II. num.* 22.) & Auctor Catalogi Anaphorarum *Syriacarum* apud SCHVLTINGIVM (T. III. p. 106. *num.* 20.) PROCLO Liturgiam tribuunt; ſed perperam, & contra aliorum omnium, qui de *Syrorum* Liturgiis aliquid commentati ſunt, fidem. CCCCXXXIV

S. LEO M. Sacramentarium ei a BLANCHINIO adjudicatur. Vide Librum I. CCCCXL.

SALVIANVS *Maſſilienſis* Presbyter clariſſimus *homilias Epiſcopis factas multas, Sacramentorum vero, quantas nec recordor*, ait GENNADIVS, *compoſuit*. Quo in loco, inquit MABILLONIVS (*de Liturg. Gallic. lib. I. cap.* 4. *pag.* 29.) *Sacramentorum homiliae* intelliguntur vel ſermones de CCCCXL.

My-

A. C. mysteriis sacris, inter Missarum sollemnia quondam ex more *Gallicano* recitari soliti, vel orationes seu Præfationes ad Missam.

CCCCXLIII. PASCHASINVS *Lilybetanus* in *Sicilia* Episcopus, qui in *Chalcedonensi* Concilio primus legationis vices pro S. LEONE M. sustinuit, ad eumdem LEONEM epistolam scripsit *de Paschatis observatione*, quae non solum inter LEONIS epistolas exstat, sed etiam a BVCHERIO (*de doctr. temp. p. 75.*) emendatior prodiit.

CCCCXLV. PHILOXENVS ita dictus post *Petrum* CNAPHAEVM, seu FVLLONEM appellatum, qui eo nomine eum nuncupari voluit, quum *Hierapolis*, seu *Mabugi* nondum baptizatum antistitem constituit; XENAIAS idem antea vocabatur. Vide *Nicephorum* CALISTVM (*Hist. Eccles. lib. 6. cap. 27.*) De hoc *Monophysitarum* antesignano plura ASSEMANVS (*T. II. Bibl. Orient.* in Catalogo *Scriptorum Jacobitarum*, seu de *Script. Syris Monophysitis cap. 19. pag. 123.*) Hujus Liturgia habetur inter Codices *Syros Ecchellen. num. 5.* apud eumdem; & incip. *Deus vita omnium*: quae etiam in aliis Codicibus ad SYMEONEM *Persam* refertur. Hujus meminere SCHVLTINGIVS, & EDENENSIS, quam & *Latine* edidit RENAVDOTIVS (T. II. pag. 301.), estque in ordine prima; aliam enim ejusdem item edidit (*pag. 310.*) quae incipit *Domine Deus potens*; hujus vero aliud initium exprimit ASSEMANVS (*loco citato pag. 24.*) videlicet: *Domine Deus fortis, & incomprehensibilis. Joseph Aloysius* ASSEMANVS (*T. II. Cod. Liturg. pag. 307.*) ex Codice Vaticano *Ecchellensi 4.* edidit brevissimum *ordinem Baptismi pro iis qui morti proximi sunt* ab eodem PHILOXENO conditum. De hoc Auctore iterum recurret sermo, ubi de *Simone* BETH-ARSAMENSI.

CCCCXLVI. MICHAEAS *Barsumae Nisibeni*, ACACII, NARSETIS, aliorumque *Nestorianorum* in schola *Edessena* socius, & aequalis, postquam inde ejectus fuisset, in *Assyriam* commigravit, & *Lasciumae Garmaeorum* urbis Episcopatum obtinuit circa saeculi quincti finem. Scripsit ut (*cap. 94.*) refert EBEDIESV.

Quinque causas sessionum.

CCCCXLVI. NARSES cognomento *Garbana* seu *leprosus* in schola *Edessena* litteris operam dedit, inde vero cum sociis sub *Rabula* Episc. *Edesseno*, ut BARCHEDRAEVS scribit, vel sub CYRO, ut vult BETHARSAMENSIS, *Nisibin* petiit. Ibi quinquaginta omnino annos commoratus, *Nestorianorum* errorum magister tandem obiit a. CCCCXCVI. edidit autem teste EBEDIESV in *Catal.* (cap. 53.)

Liturgiam.

Expositionem Sacramentorum.

Baptismum scilicet, vel Rituale.

CCCCXLIX. ANATOLIVS in *Ephesino* latrocinio a DIOSCORO, cujus apud *Constantinopolim* apocrisarius erat, S. FLAVIANO in *Constantinopolitana* sc. de per summam vim suffectus, de quo *Bollandiani* ad diem III. Julii. Huic QVIRINVS (*diatr. III.* in offic. *Quadrag. Graecor. p. 177.*) *Sticheras* tribuit, quae in quibusdam *Octoechis* ad vesperas primi toni ANATOLII Patriarchae inscribuntur.

CCCCL. ISAAC cognomento *Magnus* presbyter *Antiochenus*, claruit medio quincto saeculo, & praeceptorem habuit non S. EPHRAEMVM, sed ZENO-

ZENOBIVM S. EPHRAEMI diſcipulum, uti ex *Johanne* BARSVSAN *Jacobitarum* Patriarcha ad Calc. Cod. ASSEMANI *Syriaci* 4. adnotavit *Abr.* MARDENVS presbyter: idque etiam colligitur ex carmine illo, quo ruinam *Antiochiae* planxit. Nam S. EPHRAEM deceſſit juxta *Syros* an. CCCLXXIII. vel juxta alios an. CCCLXXVIII. ISAAC autem ſupervixit ruinae *Antiochiae*, quae contigit an. CCCCLIX. ut teſtatur *Job.* MALELA, DIONYSIVS Patriarcha in *Chronico*, & COSMAS Presbyter in vita SIMEONIS STYLITAE. Igitur ſi EPHRAEMVM ipſum audiſſet ISAAC, XC. an. eum ſupervixiſſe Magiſtro ſuo neceſſe eſſet, atque adeo centenario majorem obiiſſe; quod non ita facile eſt admittendum. Hinc erroris arguitur CAVEVS, dum ſcribit ISAACVM deceſſiſſe an. CCCCLVI. CAVEO fortaſſe impoſuit, quod in vulgatis GENNADII editionibus ISAAC obiiſſe dicitur LEONE, & MARCIANO imperantibus: Sed GENNADIVS non MARCIANVM, ſed MAIORANVM habet in vetuſtiſſimo Cod. MS. *Vaticano*; MAIORANVS autem una cum LEONE imperium tenuit ab an. CCCCLVII. ad an. CCCCLXI. Mors igitur ISAACI nec ante an. CCCCLIX. contigiſſe poteſt, quo corruit *Antiochia*, nec ultra an. CCCCLXI. differri, quum eo anno obierit MAIORANVS, quo imperante ISAACVM mortuum eſſe teſtatur GENNADIVS. A. C. CCCCL.

In officio *Syriaco* majoris hebdomadae, quo *Maronitae* utuntur, duo exſtant *hymni* ſub nomine S. ISAAC: alter ad ſecundam *ſtationem*, ſeu nocturnum feriae V. in Paraſceve: alter ad matutinum ejuſdem feriae; in utroque agitur de Paſſione Domini.

Exſtat quoque in Vaticano Codice *Syr.* 5. *num.* 22. *deprecatio*, quae legitur ex parte in officio feriali *Maronitarum*. Opus exſtat integrum in Cod. *Nitr.* 17. *fol.* 79. ubi EPHRAEMO adjudicatur. Videtur tamen neutrius eſſe, quum metro penraſyllabo conſtet, atque adeo probabilius BALAEO *Syro* tribuendum. Vide ASSEMANVM (*T. I. Bibl. Orient. pag.* 214.)

PROTERIVS anno CCCCLI. depoſito a Synodo *Chalcedonenſi* DIOSCORO, communi Patrum ſuffragio in ſede *Alexandrina* ſufficetus. Scripſit anno CCCCLV. *Epiſtolam* ad LEONEM *Papam*, *qua* THEOPHILI *deceſſoris calculum defendens Paſchatis feſtum eo anno in* 8. *Cal. majas differendum eſſe* contendit. Exſtat lat. apud. BVCHERIVM (*de doctrina temporum pag.* 82.) & in editionibus operum LEONIS *Queſnelliana*, & *Ballerinlana*. CCCCLVIII.

VICTORIVS, ſive ut alii VICTORINVS, gente *Aquitanus*, domo *Lemovicenſis*, calculis mathematicis perquam exercitatus, claruit anno CCCCLVII. quo anno ad HILARIVM *Romanae* Eccleſiae Archidiaconum ſcripſit *Canonem Paſchalem* duabus quaſi partibus conſtantem: prima ſupputandi Paſchatis methodum adcuratam tradit; ſecunda ſupputationem annorum CCCCXXX. Paſchalem ab an. ſc. Chriſti XXVIII. ad an. CCCCLVII. in tabulas redactam adjunctis anno cuique Conſulibus exhibet. *Canonem* iſtum tanti habuit Eccleſia *Occidentalis*, ut in Synodo *Aurelianenſi* IV. anno DXLI. ſanctum Paſcha ex illius calculis ab omnibus Sacerdotibus deinceps celebrandum decerneretur. Primus hunc *Canonem* in lucem protraxit, & ampliſſimis commentariis illuſtratum CCCCLVII.

A. C. tum edidit *Aegidius* BVCHERIVS *Antuerp.* MDCXXXIV. fol.

CCCCLVIII. MVSAEVS, seu (ut pervetustus Codex praefert) MASEVS, qui *hortatu* Sancti VENERII *Episcopi* (*Massiliensis* scilicet, non *Mediolanensis*, ut perperam censuit Iac. GRANCOLAS (T. I. *antiq. Liturgiar. p.* 324.) *excerpsit ex Sanctis Scripturis lectiones, totius anni festivis aptas diebus, responsoria etiam, & Psalmorum capitula, temporibus, & lectionibus congruentia, quod opus tam necessarium a Lectore in Ecclesia comprobatur, ut expeditum & sollicitudinem tollat, & moram; plebique ingerat scientiam, & celebritati decorem. Sed & ad personam Sancti* EVSTASII *Episcopi successoris praedicti hominis Dei, composuit Sacramentorum egregium, & non parvum volumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum, & temporum, pro lectionum textu, psalmorumque serie, & decantatione discretum. Sed supplicandi Deo & contestandi beneficiorum ejus solicitate sui consentaneum.* Ubi *contestandi* vocabulum respicit primaevum morem *Gallicanum*, in quo *contestatio* in usu erat ad significandam, quam hodie vocamus, Missae, seu Canonis Praefationem. MVSAEVS ergo, qui post medium saeculum quintum e vivis excessit LEONE & MAIORANO Imperatoribus, scripsit Librum *Sacramentorum*, quo nomine veteres passim sacra Eucharistiae mysteria designabant. *Lectiones* totius anni ab eo collectas apud *Bernardum* GVIDONEM haberi monet *Hubertus* MIRAEVS. Doctissimus autem Card. THOMASIVS conjicit, Missale *Gothicum* a se editum illud ipsum esse *Sacramentorum egregium volumen*, quod MVSAEO GENNADIVS adscribit. Quod licet concesserimus, non omnium tamen Missarum, quae ibi descriptae sunt, inquit SALA (in *lib. 1.* BONAE *p.* 257.) MVSAEVM conditorem esse posse dicemus; quum enim MVSAEVS eodem GENNADIO teste mortuus sit LEONE, & MAIORANO regnantibus, hoc est circa an. CCCCLX. Missas in triduo Rogationum ipse profecto exarare non potuit, siquidem Rogationum institutio, quae primo in *Galliis* fuit, ad ann. CCCCLXIX. S. MAMERTO *Viennensi* Episcopo tribuitur, atque haec a *Galliarum* Ecclesiis nonnisi circa finem saeculi, adeoque post MVSAEI obitum recepta, uti ostendit GRANCOLAS (*Comment. in Breviar. Roman. cap.* 74.) Praeterea post tertiam Missam Rogationum in dicto Codice apud THOMASIVM (*pag.* 357.) habentur duae orationes de Sancto GREGORIO Magno Papa I. obiit autem GREGORIVS anno DCIV. quare Collectae istae ab aliquo circa octavum saeculum adiectae sunt; multo minus S. LEODEGARII Missa, quae (ibi *pag.* 375.) descripta est, vel ipsi MVSAEO, vel alteri aequali tribui poterit, LEODEGARIVS enim anno DCLXXVIII. non DCLXXXVII. (uti ex calami, vel potius typographi errore Ven. Card. THOMASIVS) Christi Martyr occubuit.

CCCCLX. VOCONIVS, seu ut aliis dicitur, BVCONIVS natione *Afer*, *Castellani Mauritaniae* oppidi Episcopus, GENNADIO teste (*cap.* 78.) composuit *Sacramentorum egregium volumen*, quod periit.

CCCCLXII. CLAVDIANVS MAMERTVS (perperam aliis *Mamercus*) gente *Gallus*, presbyter *Viennensis* Ecclesiae & *Mamerti*, qui Rogationes instituit, ejusdem Ecclesiae Episcopi frater, atque adjutor fuit. Nam, ut ait *Sidonius* APOLLINARIS in nostri *Claudiani* epitaphio (epist. lib. IV. ep. 11.) *De*

De Pontificis tenore ſummi A. C.
Ille Inſignia ſumpſit, hic laborem

Hymnos, porro, *Pſalmos*, ac *lectiones* quibuſque annis feſtis diebus congruas in uſum eccleſiae *Viennenſis* in ordine digeſſiſſe CLAVDIANVM aperte ſatis innuit SIDONIVS in indicato illius epitaphio. Hos inter hymnos SAVARO, SIRMONDVS, & CAVEVS hymnum cenſent *Pange lingua*. „ Et quidem, inquit appellatus SIRMONDVS in adnotationibus ad SIDONII epiſtolam III. *lib. IV.*, hylum redolet (hic hymnus) culriorem, quam FORTVNATI eſſe ſoleat, cui tamen illum tribuunt antiqui etiam Scriptores, & codices. In eum praeterea ſcite cadunt omnia, quae laudantur a SIDONIO. Scriptus eſt verſibus trochaicis, quibus inſerti aliquando pyrrichii numeri, commaticus eſt, crebris, aptiſque commatiis incitus, ſententiis non interruptis, ſed molliter cum verſu cadentibus. Denique CLAVDIANO carmen hoc vindicat non ſolum vetus ſcholiaſtes (ad eum SIDONII locum) verum etiam GENNADIVS, non quidem ut editus eſt, ſed prout in codice Coenobii S. MICHAELIS *de Tumba* vulgatis auctior in CLAVDIANI mentione legitur his verbis: *Scripſit & alia nonnulla: inter quae & hymnum de Paſſione Domini, cujus principium eſt, Pange lingua glorioſi. Fuit autem Frater* MAMERTI *Viennenſis Epiſcopi*.

THEOCTISTVS, unde ortus incertum, S. EVTHYMII archimandritae *Paleſtini* ſocius familiariſſimus (trado haec cum CAVEO ex conjectura *Lambeciana*) claruit circa annum CCCCLXXII. Exſtant *Graec.* MSS. Biblioth. *Vindob.* Cod. *hiſt.* juxta LAMBECIVM 12. juxta *Nſſel. 66. Canones*, ſive *cantica ſacra in ſanctos totius menſis Aprilis*, opus vaſtum, quodque folia 201. continet. CCCCLXXII.

C. SOLLIVS APOLLINARIS SIDONIVS gente *Gallus*, domo *Lugdunenſis*, illuſtri genere, patre APOLLINARE, avo cognomine, utroque praefecto praetorio *Galliarum*, ortus anno, ut videtur, CCCCXXXI. demum anno CCCCLXXII. invitus fere ad *Arvernorum* Epiſcopatum a tribunali raptus eſt. Haec de eo S. GREGORIVS TVRONENSIS (*lib. II. hiſt. cap.* 22.) „ Sanctus vero SIDONIVS tantae facundiae erat, ut plerumque ex improviſo luculentiſſime, quae voluiſſet, nulla obſiſtente mora componeret. Contigit autem quadam die, ut ad feſtivitatem baſilicae monaſterii, *ſcilicet beati* CYRIACI invitatus adeederet: ablatoque ſibi nequiter libello, per quae ſacroſancta ſolemnia agere conſueverat, ita paratus a tempore cunctum feſtivitatis opus explicuit, ut ab omnibus miraretur, nec putaretur ab adſtantibus ibidem hominem loquutum fuiſſe, ſed Angelum. Quod in praefatione libri, *ſubdit* GREGORIVS, quem de Miſſis ab eo compoſitis conjunximus, plenius declaravimus. „ CCCCLXXII.

BARSVMA. Hunc NISIBENVM Epiſcopum *Neſtorianum* perdiiſſimis moribus hominem Liturgiam compoſuiſſe adſerit quidem HEBEDIESV in ſuo Catalogo cap. 54. Verum apud alios nulla mentio. HOTTINGERVS in ſuo *Bibliothecario quadripartito* (pag. 251.) ſcripta BARSVMAE recenſens librum quemdam, cujus nulla apud dictum HEBEDIESV mentio, commemorat, Liturgiam vero, & alia ab illo relata omittit. Vixit iſte nequiſſimus hominum ſaeculo quincto exeunte, de quo CCCCLXXII.

A. C. ASSEMANVS (T. I. *Bibl. Orient. in Simeone* BETHARSANIENSI *pag.* 351. & fusius *Tom.* 3. *pag.* 66.)

CCCCLXXXIV. SABAS ex *Mutalasca* vico apud *Cappadocas* satis obscuro, nobilioris conditionis parentibus IOHANNE, & SOPHIA ortus, claruit anno CCCCLXXXIV. Natus erat anno CCCCXXXIX. Puer adhuc institutum monasticum in patria sua amplexus, 18. annum quum ageret in *Palaestinam* venit. Mansit in coenobio annis 17. Anno CCCCLXXXIV. aetatis 45. presbyterii Ordinem, & *magnae Laurae* praefecturam in se suscepit. Obiit anno post consulatum LAMPADII & ORESTIS secundo, IVSTINIANI 6. aetatis suae 92. non 94. ut habet CYRILLVS *Scythopolitanus*, qui Anno Christi DXXXII. historiam ejus contexuit reliqua ab eo gestas, mores, totamque vivendi rationem plenissime persequutus est. Scripsit SABAS in usum Monasterii sui *Typicum*, sive *ordinem recitandi officium ecclesiasticum per totum annum* capita 59. complectentem, qui in omnibus monasteriis *Hierosolymitanis* mox obtinuit. Barbarorum incursionibus depravatum, & pene deperditum *Iohannes* DAMASCENVS magno studio postea restituit & renovavit. De hoc confer a nobis dicta lib. I.

CCCCXCII. GELASIVS Papa. De ejus Sacramentario egimus lib. I. Perierunt a GELASIO scripti, teste GENNADIO, hymni in *Ambrosianorum* similitudinem compositi.

CCCCXCIII. IOHANNES S. R. E. Diaconus HVNNERICO Catholicos persequente, quemadmodum CL. MVRATORIVS invictis argumentis ostendit in dissertatione *de Rebus Liturgicis* (*T. I. Liturg. Rom. col.* 31.) epistolam scripsit *ad* SENARIVM *Virum illustrem de variis rebus ad Baptismum pertinentibus, & aliis observatione dignis* a MABILLONIO vulgatam (*T. I. Mus. Ital. p.* 11. *pag.* 69. *seqq.*) Alii, ut FABRICIVS, eam tribuunt IOHANNI diacono, de quo *Mellicensis Anonymus* (*Cap. LX.*) IOHANNIS VIII. temporibus vita functo.

D. S. ROMANVS gente *Emesenus*, *Beritensis* Ecclesiae Diaconus, cujus memoriam Kalendis octobris *Graeci* celebrant, clarus in primis fuit scriptor Contaciorum, seu Canticorum in Contaciis, voluminibus scilicet baculo circumvolutis exaratorum. An vero ROMANVS genus id Canticorum, quae *contacia* nuncupantur, primus adinvenerit, quod HABERTVS, MORINVS, GRETSERVS, & post eos alii viri eruditi passim affirmant, in controversiam jure ac merito vocari posse reor; nec enim quidquam habeo, inquit QVIRINVS (*ad Offic. Quadragesim. Graec. diatr. III. p.* 172.) quod opponam *Nicolao* RAYABO observanti, *Menaeorum* verba de ROMANO indicare quidem ab eo conscripta fuisse contacia quamplurima, sed eadem ab ipso fuisse primum inventa non indicare: praeterea in epigraphe, quae ibidem ROMANI festum indicit, illum κοντακίων *conditorem Contaciorum*, non vero εὑρετὴν *inventorem* appellari.

DIII. PAVLLVS Episcopus *Callinici in Osrhoena*, a IVSTINO Imp. quod Synodum *Chalcedonensem* rejecerat, sua sede pulsus *Edessam* se contulit. *Oftoechum* SEVERI, ideft cantus tonis octo expressos ex *Graeco Syriacos* fecit, correxitque. De eo ASSEMANVS (*Bibl Orient. T.* 2. *cap.* 3.)

DVII. FVLGENTIVS genie *Afer*, domo *Leptitanus*, illustri familia ortus, a plebe Catholica a. DVII. ad *Vitorum* Episcopatum capessendum quaesitus,

situs, dignitatem fuga susceptæ devitavit ; inopinato tamen paullo post repertus *Ruspes*-Episcopus ordinatus est. Doctrinam ejus sic laudat ISIDORVS (*de Script. cap.* 14.) *in confessione fidei clarus, in Scripturis divinis copiose eruditus, in loquendo dulcis, in docendo, ac differendo subtilis*. Inter deperdita ejus opera numerantur. A. C.

De jejunio & oratione ad PROBAM *Virginem* libri II.

SIMEON Episcopus *Betharsamensis*. Hunc Liturgiam scripsisse testatur pluries memoratus Stephanus EDENENSIS in expositione Missæ *Syrorum* (*cap. 7. de Hæreticorum Anaphoris num.* 12.) apud ASSEMANVM (*T. I. Bibl. Orient. pag.* 345.) his verbis: SIMEON Persa *edidit Anaphoram, cujus initium: Deus vita omnium, & lux*: exstat sub nomine PHILOXENI *Mabugensis* in Codice *Ecclellensi* 5. p. 56. & in Codice *Colbertino* 39. 32. teste RENAVDOTIO (*T. II. Liturg. Orient. pag.* 301.) qui eam *latine* edidit. Ejusdem exordii alteram Liturg. *Josepho* XENAIAE *Iacobitae* adscribit idem EDENENSIS (*ibi num.* 18.) sed accum ista SIMEONIS in reliquis conveniat, necne, haud exprimit; quare suspicandum profecto videtur, ex Amanuensium incuria, vel immoderato in *Iacobiticae* sectae Doctores affectu unam, eamdemque Liturgiam sub plurium Auctorum nomine venditari; id enim familiare *Orientalibus* esse recte observat RENAVDOTIVS (*ibidem pag.* 400.) Quare laudatam anaphoram SIMEONI potius tribuendam, quam PHILOXENO censet ASSEMANVS; PHILOXENVS enim aliam habet Liturgiam apud eumdem RENAVDOTIVM (*pag.* 310.) cujus initium: *Domine Deus potens*: sed & EDENENSIS, qui Liturgicos codices gentis suæ adcurate versavit, unam tantum PHILOXENI anaphoram agnoscit, alteram SIMEONI praefato constanter adjudicat. Vixit porro SIMEON iste sæculo sexto, fuitque Episcopus ab anno DX. ad annum DXXV. DX.

TIMOTHEVS homo variae, seu potius nullius religionis ex presbytero, & Scevophylace *Constantinopolitanæ* Ecclesiae, ejusdem (pulso MACEDONIO) Episcopus constitutus, scripsit, dum presbyter adhuc erat (ejus enim opus esse nullus dubito) ad IOHANNEM presbyterum & scevophylacem S. DEIPARAE in *Chalcoprateis* librum *de differentia eorum, qui adcedunt ad purissimam nostram fidem, seu de variis haereticis, eorumque in Ecclesiam recipiendi formulis*. *Latine* exstat in prioribus *Bibliothecae Patr.* editionibus, *Graece* inter Ioh. MEVRSII *varia divina* Lugd. Bat. MDCXIX. 4. *Graec. lat.* apud *Combefis.* (*Auctar. Nov. Tom.* 2.) Codicem denique ab editis haud parum diversum nactus COTELERIVS, non indignum duxit, quem *Gr. lat.* cum votis evulgaret (*Monum. Eccl. Gr. To.* 3. *pag.* 377.) Nil mirum enim, tantopere variare exemplaria MSS. istius *libelli*, qui in Ecclesiarum ritualia receptus, prout uniuscujusque consuetudo ferebat, immutatus, auctus, aut diminitus fuit. Habetur exemplar MSS. editis multo auctius & integrius *Biblioth. Vindob. Cod. Theol.* 306. ad quod novam editionem recognosci non abs re foret. DXI.

MAGNVS FELIX ENNODIVS *Ticinensis* Episcopus, cujus opera primum *Andreas* SCHOTTVS, deinde *Iacobus* SIRMONDVS illustravit. Ex his nostri sunt instituti DXI.

Benedictiones cerei Paschalis II.

A. C. *Dictio V. incipientis Episcopi*, ubi precatio Missarum, seu Praefatio, & oratio ante Missam.

Hymnus vespertinus
Hymnus in tempore tristitiae
Hymnus de Pentecoste
Hymnus de Ascensione Domini, aliique VII. de S. MARIA, ac de Sanctis.

DXIV. MAGNVS AVRELIVS CASSIODORIVS SENATOR post alia amplissima munera ad Consulatus honorem sine Collega evectus a. DXIV. inter alia digessit *computum Paschalem seu de Paschate*, indictione, Epacta, &c. adinveniendis tractatum.

DXV. IOHANNES *Bar-Aphtonius* Abbas Monasterii *Seleuciae*, *& Thomae* quod juxta urbem *Cassirium* situm est. PHILOXENI & SEVERI partes confectatus edidit *cantus Syriacos de Nativitate Domini*, *& de laudibus* ejusdem SEVERI, qui exstant in Cod. *Clement. Vaticano* 15. Vide ASSEMANVM (*T. II. Bibliotb. Orient.* Cap. 67.

DXVIII. SEVERVS nefarius haeresiarcha ab *Antiochena*, quam invaserat, sede dejectus pro Patriarcha deinceps haberi quidem ab orthodoxis desiit, at neutiquam ab *Antichalcedonensibus*, seu *Monophysitis*, qui deinde a *Jacobo* BARADAEO, sive ZANZARO indefesso istius haereseos per Orientem instauratore, *Jacobitae* dicti sunt; neque id in *Syria* tantum, atque apud Subditos aut gregem suum, qui dum ille vixit, alium ipsi, licet absenti, patriarcham non suffecerunt, appellantque in diptychis SEVERVM MAGNVM; verum etiam apud *Alexandrinos* ejusdem sectae patriarchas, qui illum exulem ac profugum non minori, quam nuper *Antiochiae* sedentem honore prosequuti sunt, immo etiam post mortem, quam a. DXLII. oppetiit, a suis ut sanctus coli coepit. Apud *Alexandrinos* singularis est ejus Solemnitas VII. Mensis *Tobi*, sive IV. *Septembris* teste RENAVDOTIO *in hist. Patriarch. Alexand.* (*pag.* 129.) ubi & de SEVERI scriptis agitur, quorum etiam plurima recenset ASSEMANVS in indice codicum *Orientalium* Bibliothecae suae *Clementino-Vaticanae*. Confer de eo etiam Cl. *Petrum* BOSCHIVM *in histor. Chronol. Patriarch. Antiochen.* (n. 466. seqq.) Huic SEVERO adjudicandus liber est *de Ritibus Baptismi & S. Synaxeos apud Syros Christianos receptis*, quem *Syriace*, *& Latine* edidit *Guido Fabricius* BODERIANVS *Antuerp.* MDLXXII. 4. Diximus libro primo, eumdem FABRICIVM hunc librum sub nomine SEVERI Patriarchae *Alexandrini* edidisse. Verum in codice ipso *Syriaco* non aliter, quam *Mar-Severus Patriarcha* nuncupatur. Quid quod codex MS. in Bibliotheca Cl. HARDII *Parisiensis* nomen SEVERI *Patriarchae Antiochoni* diserte praefert, teste, qui inspexit, *Richardo* SIMONIO (*not.* ad Gabriel. Philadelph. *Opusc. p.* 290.) Nec alia forsan FABRICIO errandi occasio fuit, quam quod SEVERVS noster diu *Alexandriae* vixerit, ibique pro sectae suae Patriarcha se gesserit. Legesis *Iosephum Aloysium* ASSEMANVM, qui (*Cod. Liturg. lib. II. & lib. III.*) ex Codice *Syriaco Vaticano* 31. *Apostolicum Baptismi officium*, quod idem SEVERVS ordinaverat, variantibus ex *Fabriciano* ordine nonnihil diverso lectionibus adscriptis eruit. Exstat apud eumdem ASSEMANVM (*lib. II. p.* 300.) alter *brevis ordo sacri Baptismatis* auctore

SEVE-

SEVERO, ex Codice *Vaticano Ecchellenſi* 4. deſcriptus. A. C.

IACOBVS SARVGENSIS, natus Chriſtianis parentibus, anno CCCCLII. patriam habuit *Curtamum* pagum ad *Euphratem* ſitum. Sermones & homilias coepit in Eccleſia componere, quum annum 22. ageret. Poſtea anno Chriſti DXIX. creatus eſt Epiſcopus *Sarugenſis*, ſeu potius *Batnarum* urbis in regione *Sarugenſi*; poſtquam autem annos 2. cum dimidio in Epiſcopatu exegerat, obiit 29. Novembris an. DXXI. Hinc reijcienda ſententia NAIRONI, & CAVEI, qui IACOBI aetatem ad annum Chriſti DCC. protrahentes, eumdem *Iacobo* EDESSENO aequalem faciunt; quum tamen IACOBVS ipſe EDESSENVS in praefatione ad ſecundum tomum *Homiliarum* SEVERI Patriarchae *Antiochени*, *Sarugenſem*, Scriptoribus quinti ſaeculi adcenſeat. RENAVDOTIVS (*tom. II. Liturg. Orient.*) *Sarugenſem* haereticorum *Monophyſitarum* anteſignanum fuiſſe pronunciat. Sed Catholicam IACOBI fidem cumulate vindicat ASSEMANVS. Plurima ſcripſit tam ſoluta, quam metrica oratione. In his. DXIX.

Anaphora. Initium: *Deus Pater, qui es tranquillitas*. Exſtat in Cod. *Nitr.* 3. *fol.* 260. & Cod. *Echell.* 5. *pag.* 356. Ejuſdem meminit *Cor.* SCHVLTINGIVS (*tom.* 3. *pag.* 106. *num.* 24.) ubi pro *Sarugenſi* perpeperam habet *Scrugenſem*. Inter *Aethiopicas* anaphoras eamdem recenſet *Iob.* LVDOLPHVS in *Comment. Aethiop.* (*Lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 31. *pag.* 340.). *Liturgiam alias*, (Pr. *Deus univerſorum conditor*) Iacobo SARVGENSI ex quorumdam MSS. fide tribuit *Stephanus* EDENENSIS (*cap.* 2. *de orthodoxis Anaphorarum Auctoribus*, *num.* 22.) Sed SEVERO *Antiochено* potius adjudicanda videtur; iiſdem enim verbis incipit Anaphora SEVERI apud MASIVM.

Ordo Sancti Baptiſmi. Exſtat in Cod. *Syr. Vat.* 39. & in Cod. *Amidenſi II.* Edidit e MS. *Syrorum Maronitarum* Rituali *I. Aloyſ.* ASSEMANVS (*Cod. Liturg. lib. II. pag.* 309. *& lib. III. p.* 184.). Complures ſermones ſub IACOBI nomine in Ritualibus & Eccleſiaſticis *Syrorum* libris paſſim leguntur, quibus tamen recenſendis ideo ſuperſedet ASSEMANVS (*T. I. Biblioth. Orient.*) quod ii vel non integri ſint, vel ad metrum IACOBI dumtaxat efformati, non ab eodem editi. *Steph.* EDENENSIS (*lib.* 3. *Apologiae* pro *Maronitis c.* 3. *in reſponſione ad quintam objectionem*), SARVGENSIS *ſermonem*, in Elencho *P. Iohannis Baptiſtae* ELIANI *libro* 10. laudatum, producit, cui titulus: *de utilitate ſacrificiorum pro defunctis in altera vita, quae pro illis a vivis in hac vita offeruntur*.

ELISAEVS poſt *Silae* mortem Patriarcha *Cteſiphonte* contra antiquam conſuetudinem ordinatus cum NARSETE, qui a IOZACHO *Huzitarum* Epiſcopo *Seleuciae* fuerat inauguratus, duodecim annis de Patriarchali ſede contendit. Defuncto autem a. DXXXV. NARSETE a Patribus in Synodo dejectus eſt. Plura ſcripſerat, ut DXX.

De cauſſis ſeſſionum (in Pſalmodia) & *de cauſſa commemorationis* Martyrum.

Gratiarum quoque *actionem*, quae in fine Liturgiae recitari ſolent.

ELPIS (ut pleriqne recentiores cenſent, *Tiraboſchio* tamen repugnante *T. III. hiſtor. litter. Ital. p.* 49. *ſeq.*) uxor BOETHII a. DXXIV. DXX.

inter-

A. C. interfecti, erudita, & virtute ac fide in maritum praeſtantiſſima femina compoſuiſſe traditur *hymnum duplicem in SS.* PETRVM, & PAVLLVM Apoſtolos, ex quibus alter incipit, *aurea luce, & decore roſeo*, alter: *Felix per omnes feſtum mundi cardines*. Virumque *Georgius* CASSANDER inter hymnos Eccleſiaſticos a ſe delectos edidit a. MDLVI. Vide etiam *Thomaſii hymnarium*.

DXXVII. SIMEON *Stylites* ab habitaculo, *junior* ab aetate, qua vixit. *Thaumaſiorita* denique (i. e. ὁ ἐν τῷ Θαυμασίῳ ὄρει) a virae inſtituto, dictus, gente *Syrus*, a teneris unguiculis monaſticam vitam coluit. Puerum adhuc miraculis enituiſſe ferunt: puerum certe adhuc, quippe antequam dentes commutaſſet, aut pardum a feli dignoſceret, in columnam ſuam prope *Antiochiam* ſitam anno DXXVII. recepit, ac vitae ſocium ſibi delegit Eremita quidam ſenex Sanctiſſimus. Ab eo tempore SIMEON partim in illa partim in altera in montis vicini vertice poſita columna vitam degit, orationibus, vigiliis, & ſeveriſſimis ἀσκήσεσι eremiticae inſtitutis vacans. Acerrimus *Eutychianorum*, & *Neſtorianorum* hoſtis, quos angue & cane pejus odit. Varios illius tractatus hactenus ineditos in Bibliotheca Vaticana & alibi adſervatos memorat *Leo* ALLATIVS diatrib. *de* SIMEONVM *ſcriptis* p. 22. videlicet 1. *Troparia* in S. DEMETRIVM *Martyrem*. 2. *orationem ſive precem ad Filium pro repellendis obturbantibus cogitationibus*. 3. *Orationem ad Chriſtum recitandam, quum inſurgunt cogitationes fornicationis*. 4. *orationes ad* S. DEIPARAM *contra pravas cogitationes*.

DXXVII. NICETIVS gente *Gallus*, primum Monachus, ac deinde Abbas; maximae ſanctitatis fama inclaruit: adeo ut THEODORICVM *Mediomatricum* Regem, & filium ejus THEODEBERTVM vitiorum libere coarguere non vereretur. Quapropter ſumma viri veneratione tactus THEODORICVS anno DXXVII. cum APRVNCVLO *Trevirenſi* Archiepiſcopo defuncto ſucceſſorem dari curavit. Anno DXXXV. Concilio *Arvernenſi* I. anno DXLIX. *Aurelianenſi* V. & *Arvernenſi* II. anno DLI. *Pariſienſi* II. NICETIVS interfuit. Inflexo animi rigore in conſervanda diſciplina Eccleſiaſtica ſemper uſus, CLOTHARIVM Regem ob ineeſtas nuptias ſaepius excommunicavit. A CLOTHARIO eapropter in exilium miſſus, demum a. DLXV. a SIGEBERTO CLOTHARII filio poſt patris mortem ſedi ſuae reſtitutus eſt. Obiit anno DLXVIII. Nonis Decembris, vel ut alii volunt, Calendis Octobris. Scripſit

De Vigiliis Servorum Dei tractatus.

De Bono Pſalmodiae tractatus. Uterque dia NICETAE *Dacorum* Epiſcopo tributus eſt. Eos vero NICETIO noſtro vindicavit DACHERIVS, atque edidit *Spicil. tom.* 3. *p.* 1. *&* *p.* 7. (HIERONYMO enim primus ille tractatus olim tributus fuerat): Codices tamen MSS. a LABBEO indicati *p.* 26. *Bibl. nov. MSS.* utrumque ad NICEAM, ſeu NICETAM *Dacorum* Epiſcopum referunt. RVINARTIVS in Itinere litterario in Alſat. & Lotharing, T. III. oper. Mabill. & ejuſdem RVINARTII poſtumorum pag. 467. narrat ſe in Bibliotheca Monaſterii Vallis Gregorianae Martyrologium vidiſſe annorum DC. in quo die *nonas Decembris* legitur: TREVIRIS *Sancti* NICETII Epiſcopi, qui compoſuit hymnum TE DEVM LAVDAMVS. *Tho-*

Thomas EDESSENVS *Nestorianus* : teste EBEDIESV scripsit *I. de* causſa Nativitatis, & Epiphaniae . 2. Epiſtolam adverſus Tonos , qua cantus diverſis tonis in *Syrorum* Eccleſiis exeuntes minus probat. A. C. DXXX.

DIONYSIVS EXIGVVS , natione *Scytha* , profeſſione Monachus, & Abbas *Romanus* , CASSIODORIO familiaris ejuſque in dialectica addiſcenda condiſcipulus . Claruit anno DXXXIII. Obiit ante annum DLVI. quo CASSIODORIVS librum *de divinis lectionibus* ſcripſit : ac in eo DIONYSIVM jam jam , uti ait , defunctum impenſe laudat. Cyclum Paſchalem annorum XCVII. qui ab anno DXXVII. initium ducit, compoſuit. In hoc Cyclo annos a Chriſti Incarnatione numeravit DIONYSIVS : atque iſtam aeram primus omnium annis ſupputandis adhibuit , Ejus fragmentum habes in MARIANI SCOTI chronico ad ann. DXXVII. idemque cum Praefatione ad PETRONIVM , & epiſtola Paſchali DIONYSII , & PROTERII , praemiſſa hiſtoria Cycli Dionyſiani edidit *Iohannes Gulielmus* IANVS VVittembergae MDCCXVIII. 4. DXXXIII.

MARABAS *Thomae* EDESSENI diſcipulus , & *Neſtorianorum* Patriarcha ab anno DXXXVI. ad DLII. NESTORII Liturgiam a *Graeco* in *Syriacum* tranſtulit : Regulas quoque de Pſalmis in Eccleſia recitandis perſcripſit . Vide ASSEMANVM T. II. Biblioth. Orient. p 411. ſeq. DXXXVI.

IACOBVS a *Graecis Zuzalus* propter ſummam tenuitatem , a *Syris Bardaeus* dictus non ab urbe *Bardae* , utpote quae longe poſt IACOBVM condita eſt , videlicet circa annum Chriſti DCCV. teſte Gelaleddino ASIVTENSI in *Chron. Chalipharum* , *Cod. Arab. Clem. Vat.* 46. *fol.* 80. ſed ab *Arabica* voce *Bardaa* , quae *clitellam* , *lacerumque panuum* ſignificat . Monachum prius egerat in Monaſterio *Phaſiliensi* , an. Chriſti DXLI. Poſt ADAEI mortem *Edeſſenae* incubavit Eccleſiae . Praerat tum orthodoxis *Antiochenus* Patriarcha EPHRAEM *Amidenſis* ; *Monophyſitis* vero SERGIVS , quorum partes acerrime propugnavit , adeoque eoſdem in varias factiones ſciſſos , diverſaque nomina ſortitos , in unam ſectam colligere , de ſuoque nomine *Iacobitas* appellare potuerit. Obiit an. Chriſti DLXXVIII. poſtquam *Edeſſenam* ſedem per annos XXXVII. tenuiſſet. Scripſit *Antiphonam* cujus initium : *Deus Pater pacis ſanctiſſime* . Exſtat Syriace MS. in *Cod. Nitr.* 3. *fol.* 153. Prodiit lat. per RENAVDOTIVM *Lit. Orient. tom.* 2. *p.* 333. DXLI.

VICTOR Epiſcopus *Capuanus* , & latine doctus ſcripſit *Cyclos Paſchales* , quibus VICTORII *Canonem Paſchalem* impugnavit , & Paſcha anni CCCCLV. non 15. Cal Maii celebrandum fuiſſe demonſtravit . Habentur fragmenta aliquot apud BEDAM *lib. de temp. cap.* 49. & *de Aequinoct. vernali* tom. 2. DXLIV.

MAXIMIANVS *Ravennas* Archiepiſcopus, libros Eccleſiaſticos *Ravennatis* Eccleſiae, cum primis Miſſalia digeſſit, atque emendavit. Hujuſmodi libri etiam AGNELLI aetate exſtabant , ut ipſe in MAXIMIANI vita teſtatur *Cap. VII.* DXLVI.

GERMANVS, gente *Gallus* , ELEVTHERII filius , in territorio *Auguſtodunenſi* natus , ab AGRIPPINO *Auguſtodunenſi* Epiſcopo Diaconus anno DXXXIII. deinde Presbyter anno DXXXVI. ordinatus a NECTARIO AGRIPPINI ſucceſſore Abbas S. SYMPHORIANI. DLV.


image
not
available

A.C.

Crux fidelis, inter omnes
Arbor una nobilis &c.

Quem poſt *Polycarpum* LEYSERVM pag. 168. *hiſtor. Poetar. med. ævi* FABRICIVS veluti rarum quoddam Chriſtianae Poeſeos monumentum nobis obtruſit *T. II. Bibl. med. & infim. latin. p.* 181. Hymnum FORTVNATI ad Baptizatos edidit *Edmundus* MARTENE *de ant. Eccleſ. ritib.*, & ex eo idem FABRICIVS *l. c.*

Codex Eccleſiae *Biſuntinae* ſaeculo XI. perſcriptus, quem praeclariſſimus Praeſul *Stephanus* BORGIA adſervat, *Fortunato* hymnum tribuit in Chriſmatis benedictione cani ſolitum; doctiſſimus autem P. D. *Iob. Chryſoſtomus* TROMBELLIVS, qui primus (*de Conſirm. T. II.* p. 234.) id cum litteratis viris communicavit, integrum Lectoribus voluit, *quis ſit* FORTVNATVS iſte, an *Amalarius* FORTVNATVS *magni nominis ſub initium ſaeculi VII.* (IX. ſcribendum fuerat) *Eccleſiaſticus Poeta*, *an alter quiſpiam*, dijudicare. Liceat igitur mihi, hunc hymnum FORTVNATO, de quo nunc agimus, adſcribere; hic enim vere ſuo aevo *magni nominis Eccleſiaſticus Poeta* audiit, & *Fortunati* nomine fere deſignatur, quum contra AMALARIVS FORTVNATVS (ut ut eum poetica facultate claruiſſe concedamus; quod tamen difficillimum erit oſtendere) non *Fortunati*, ſed AMALARII nomine denotari conſueverit.

IOHANNES *Beth Rabanenſis* NARSETIS, de quo antea, diſcipulus compoſuit. DLXV.

Tonos cantuum,

qui apud *Chaldeos* ſunt duodetriginta, & in tres ſupra quadraginta alios iternum dividuntur.

ANANVS *Adiabenus* Scholae *Edeſſenae* Magiſter praefuit circa ann. DLXX. ſub EZECHIELE Patriarcha, ut in hujus vita AMRI perhibet. Scripſit autem inter alia. DLXX.

De cauſſa ſolemnitatis Hoſannarum

De cauſſa Feriae ſextae Auri, ſcilicet feriae ſextae infra octavam Pentecoſtes dictae *auri*, quod in ea legitur ex Actibus Apoſtolorum illud PETRI ajentis: *argentum, & aurum non eſt mihi*.

Item *de cauſſa Rogationis*, publicarum nempe ſupplicationum, quae ſub EZECHIELE indictae fuiſſe videntur.

Et *Inventionis*, ſcilicet S. Crucis.

GEORGIVS FLORENTIVS GREGORIVS patria *Arvernus*, nobili genere ortus, patre FLORENTIO, matre ARMENTARIA S. GREGORII *Lingonenſis* Epiſcopi nepti, natus eſt anno DXLIV. a GALLO Epiſcopo *Arvernenſi* bonis litteris inſtitutus anno DLXVI. in *Turones* ſeceſſit; anno DLXIX. Diaconus ordinatus, ac demum anno LXXIII. 10. Cal. Septembr. Epiſcopus *Turonenſis* ab EVPHRONIO Epiſcopo ante obitum ſucceſſor ſibi deſignatus. Obiit a. DXCV. SVRIVS ad 8. Junii & ex eo RVINARTIVS in egregia *Gregorianorum* operum Pariſienſi editione a. MDCXCIX. brevem antiphonam protulit de *Sanctis* MEDARDO, & GILDARDO *Epiſcopis*, & *fratribus*. Exſtat etiam ejus edit. pag. 1140. *Proſa* de S. MARTINO; incertum tamen, an GREGORII ſit. Id conſtat intercidiſſe librum *de curſibus Eccleſiaſticis*, cujus ipſemet in extremo capite libri ultimi hiſtoriarum meminit. DLXXIII.

A. C. DLXXX. ISAAC *Syrus* natione, urbis *Ninives* Epiſcopus, claruit ſexto ſaeculo ad finem vergente. De ejus aetate conſtat ex ipſius ſcriptis. Nam in libris de *inſtitutione monaſtica*, IACOBI *Sarugenſis* teſtimonium ab ipſo uſurpatur; & inter ejuſdem ſermones a PATRICIO, & ABRAHAMIO monachis e *Syriaco* in *Graecum* verſos, poſtremum locum occupat ipſius ISAACI *Epiſtola ad* S. SIMEONEM *Stylitam juniorem*, cognomento *Thaumaſioritam*, qui obiit circa an. DXCIII. Vitae ſolitariae amore ductus ISAAC abdicavit ſe Epiſcopatu, & eremum petiit, ubi ad obitum uſque commoratus, ad ſummum ſanctimoniae culmen pervenit; ut narrat Anonymus auctor ISAACI vitae in praefatione ad ejuſdem opera, quae Arabico quidem ſermone, litteris tamen *Syriacis* exſtant *Cod. Nitr.* 20. Hinc NAIRONI imprimis ſententia reijcienda, qui *Euopl. Part. I. c.* 2. *num.* 22. Ninivitam hunc ISAACVM cum altero S. EPHRAEMI diſcipulo confundit. CAVEI inſuper, & LAMBECII conjectura nequaquam admittenda, qui exiſtimant ISAACVM, poſt abdicatum Epiſcopatum, ex eremo in Italiam veniſſe, & prope *Spoletum* in Aſcetterio ab ipſo condito vixiſſe; ac proinde unum eumdemque fuiſſe cum ISAACO, cujus mores & miracula S. GREGORIVS *Magnus* deſcribit, *dial. l.* 3. *c.* 14. Scripſit 7. tomos *de regimine ſpiritus*, *de divinis myſteriis*, *de judiciis*, & *politia*, ut teſtatur HEBEDIESV Catal. pag. 63.

DLXXX. IESVIAB hoc anno *Catholicus* Neſtorianorum renunciatus ſedem obtinuit ad annum 596. quo vita deceſſit. Scripſit inter alia *quaeſtiones XXII. de Sacramentis Eccleſiae*. Hujus tractatus fragmentum de modo Euchariſtiae infirmis adminiſtrandae, de hoſtiae Euchariſticae confectione, de Baptiſmo in Eccleſia, ubi Baptiſterium deſit, conferendo, de Liturgia a ſolo Sacerdote non celebranda exſtat in *Cod. Syr.* 3. de quo vide ASSEMANI *Biblioth. Orient. Tom.* 2. *pag.* 487.

DLXXX. IOSEPH patria *Huzita*, dignitate Presbyter, tertiuſque a NARSETE Scholae *Niſibenae* Rector, ac Magiſter magnam doctrinae laudem editis, ut ferunt, mille nongentis tractatibus apud *Syros Neſtorianos* conſequutus eſt. Unus ex his tractatibus inſcribitur apud EBEDIESV in *Catal. cap.* 68.

De cauſſis celebriorum feſtivitatum

DLXXXII. IOHANNES non natione *Cappadox*, ſed uti *Graecorum* Menaea habent, natus *Conſtantinopoli* a. DLXXXII. BVTYCHIO ſubrogatus eſt. Conſule CVPERVM, qui multos CAVEI errores caſtigat in *hiſt. Chronol. Patriarch.* Conſtantinopolitanorum *a num.* 383. Inter ejus opera cenſentur.

Libellus poenitentialis, ſive ordo erga eos, qui peccata confitentur, obſervandus Gr. lat. a MORINO editus in appendice ad lib. *de Poenitentia p.* 77.

Tractatus, ſive ſermo de confeſſione, & poenitentia, Gr. lat. ibid. p. 91. de quo nonnihil dubitare videtur MORINVS, an IOHANNIS noſtri revera ſit, an potius ex ipſius Poenitentiali expreſſus. Codicis vero MS. titulus *Iohannis jejunatoris* nomen praetulit: nec in eo juſta deprehendi potuit falſi ſuſpicio.

Collegit etiam ibidem MORINVS varia ex IOHANNIS noſtri *Poenitentiali* excerpta, quae apud veteres reperiuntur, ibid. p. 98. Canon ejus de diverſis perturbationibus, quae poſſunt incidere, qui quidem Poenitentialis pars eſſe videtur, habetur Gr. MS. in Biblioth. *Auguſta-*

guſtiana, *Plut.* 2. *cod.* 30. teſte *Ant.* REISERO in Indice *Biblioth. Auguſt.* p. 29. A. C.

De Sacramento Baptiſmatis liber ad LEANDRVM *Epiſcopum Hiſpalenſem*, in quo Patrum ſententias de trina merſione collegit. Interiit opuſculum; ſupereſt memoria tantum apud ISIDORVM *de Script. cap.* 26.

LICINIANVS, ſive LVCINIANVS *Spartariae Carthaginis in Hiſpania* Epiſcopus Epiſtolam ſcripſit hodie deperditam, ſed a S. ISIDORO *Hiſpalenſi* memoratam. DLXXXIV.

De Sacramento baptiſmatis.

LEANDER gente *Hiſpanus*, domo *Carthaginenſis*, SEVERIANI (cujus ſororem SANCTIAM in uxorem duxit THEODORICVS *Oſtrogothorum* Rex) ac TVRTVRAE filius, ISIDORI *Hiſpalenſis* frater natu major, poſt diuturnam vitae monaſticae profeſſionem *Hiſpalenſis* Eccleſiae Archiepiſcopus factus eſt. Scripſit Epiſtolam *de Baptiſmo*. Praeterea *in Eccleſiaſticis officiis*, ut ait ejus frater ISIDORVS, *non parvo elaboravit ſtudio, in toto enim Pſalterio, duplici editione, orationes conſcripſit, in ſacrificio quoque, laudibus, atque pſalmis, multa dulci ſono compoſuit*. Nimirum, inquit LESLAEVS Praef. in Miſſale Mozarab. p. LXXIII. S. LEANDER *orationale* ſcripſit, quod bis edidit, librum quoque *Sacrificiorum*, Antiphonarum ſcilicet, quae canebantur, dum populus offerebat, librum *Ludum*, quae lecto Evangelio canebantur, & *Pſalmorum* librum, eorum ſcilicet, qui in Miſſa canebantur, compoſuit. In his autem nullus eſt liber Miſſalis, quem profecto S. ISIDORVS non omiſiſſet. Hinc egregie falluntur, qui cum GAVEO ex adlatis ISIDORI verbis, LEANDRVM Miſſae *Mozarabicae* auctorem fuiſſe ſibi perſuadent. DLXXXV.

BABAEVS *Magnus* celebris in monte *Iſla* apud *Niſibin* coenobii Monachus, quum poſt obitum GREGORII Patriarchae *Choſroes* HORMISDAE filius Chriſtianos vetuiſſet ſibi quemquam Patriarcham praeficere, vacuam rexit Sedem uſque ad ann. DCXXVIII. quo SIROES interfecto CHOSROE Regnum *Perſarum* occupavit, & SESVIABVS *Gadalenſis Neſtorianorum* Patriarcha dictus fuit. DLXXXIX.

Librum ſcripſit de cauſſa *Hoſannarum*.

Item de *cauſſa Feſti Crucis*

Librum quoque, *in quo ordine diſpoſuit per anni circulum triumphos Sanctae* MARIAE, & IOHANNIS, *& reliquas ſolemnitates, & commemorationes*, nempe hymnos per anni circulum de laudibus DEIPARAE, S. IOHANNIS, ceterorumque Sanctorum, nec non de Dominicis, & Feſtis diebus juxta Ordinem officii Eccleſiaſtici *Chaldaeorum*.

S. GREGORIVS MAGNVS *Romanae* Eccleſiae Pontifex hujus nominis primus, *tanto*, inquiebat S. ISIDORVS, *per gratiam S. Spiritus ſcientiae lumine praeditus, ut non modo illi praeſentium temporum quiſquam doctorum, ſed nec in praeteritis quidem illi par fuerit unquam*. De ejus Antiphonario, Sacramentario, ac ceteris ejuſmodi libris plura, quae dicenda heic eſſent, libro primo occupavimus. Pauca addimus. DXC.

Ac 1. quod ad *Sacramentarium* adtinet, plura ſe eſſe ex MSS. Codd. additurum MENARDI editioni pollicitus fuerat LABBEVS *Bibl. nov. MSS. pag.* 32. *ſeq.*

2. *Benedictionale* MAVRINI Tom. III. noviſſ. Pariſ. edit. MDCCV.

A. C. ex editione LAMBECII T. II. pag. 300. & MENARDI vulgarunt, addito *Benedictionum Epiſcopalium* ſupplemento ex MSS. S. THEODORICI prope *Remos*.

3. Eodem Tom. III. invenies librum *Reſponſalem*, ſeu *Officialem* ex MSS. *Compendienſi*.

DXCV. S. ISIDORVS LEANDRI fratris in *Hiſpalenſi* ſede ſucceſſor. Exſtant ejus *de divinis, ſive Eccleſiaſticis officiis* libri II. ad FVLGENTIVM fratrem circa ann. DCX. ſcripti. Prodierunt *Paris*. MDLXIV. 8. *Orthodoxogr.* pag 1736. item una cum ceteris ejuſdem argumenti Scriptoribus *Romae* MDXCI. fol. ac *Pariſ.* MDCX. fol. pag. 182. Suppoſitium eſſe opus iſtud cenſet BARONIVS. Verum a BRAVLIONE, & ILDEFONSO inter opera ejus recenſetur; & a BEDA, FVLBERTO *Carnotenſi*, & FRECVLPHO *Lexovienſi* citatur. Ex hoc ISIDORI opere, ex libri ſcilicet primi cap. 36. decerptum eſt *de inſtitutione jejunii Quadrageſimalis*, quod in notis ad *Clodium Albinum Spartiani Boxhornius* ſe editurum promiſerat, uti & *Exegeſis in Miſſae Canonem Pariſiis* MDXLVIII. 8. Hinc etiam quae in Anonymi tractatu *de Benedictione Dei* ad BATHERIVM Epiſcopum *Ratiſbonenſem* exſtare dicuntur apud STEVARTIVM p. 799. & in *Baſnagiana Lectionum Caniſianarum* editione T. II. p. 38. repetita ſunt. Adde his hymnum duplicem in laudem S. AGATHAE *T. I. Februar. Bolland. p. 595.* Inter Sancti Doctoris Epiſtolas exſtat ad REDEMPTVM Epiſtola *de uſu panis azymi in occidentali Eccleſia*; ſed eam LABBEVS ſuppoſititiam habet.

Errant porro, qui ISIDORVM Miſſalis *Mozarabici* auctorem volunt; qua de re conſule PINIVM in *Tract. de Liturg. Hiſp.* & LESLAEVM *Praefat. in Miſſal. Mozarab.*

DXCIX. EVTROPIVS, gente *Hiſpanus*, primum Abbas Monaſterii *Servitani*, deinde Eccleſiae *Valentinae* Epiſcopus, claruit anno DXCIX. Scripſit ad LICINIANVM *Carthaginis* Epiſcopum valde utilem, nunc vero deperditam *Epiſtolam, qua de chriſmatis unctione baptizatis infantibus conceſſa* LICINIANVM *conſuluit*.

Addit his CAVE *T. I. p. 551.* duos incertae aetatis Scriptores. Sunt hi METRODORVS, qui *Calculum Paſchalium ſtorum ex novem decennalibus cyclis viginti octo invicem multiplicatis* confecit. *Quartodecimanorum* autem conſuetudinem in figendis terminis Paſchalibus ſequutus eſt; & a DIOCLETIANO exorſus calculum in DCCCIII. annos promovit. Unde forſan non male conijci poſſit, METRODORVM iſtum circa finem ſaeculi tertii claruiſſe. Verum id parum certum. Vide PHOTIVM *Cod.* 115.

ANONYMVS auctor, qui *de ſacro Paſchatis feſto* volumina aliquot conſcripſit luculento ſermone. Ex iis tertium octo libris conſtans, & THEODORO cuidam nuncupatum, perlegit PHOTIVS. Plurima de HEXAEMERO admiſta ſunt ad Theologiam ſpectantia; & in eo METRODORVS paſſim reprehenſus eſt. Vide plura apud eumdem PHOTIVM *Cod.* 116.

DCII. IOHANNES PHILOPONVS a ſtudiorum aſſiduitate dictus, genere *Alexandrinus*, arte Grammaticus, in PLATONIS juxta, ac ARISTOTELIS Philoſophia verſatiſſimus, & ut Philoſophi haereticorum

ut

ut plurimum fuerunt patriarchae, quod recte olim notavit TERTVLLIANVS; ita IOHANNES noſter ex philoſophorum ſchola prodiens in fidem mox impegit, quum ad quaeſtiones theologicas tractandas animum adjunxit. *Tritheitarum* nempe ſectae auctor, & anteſignanus fuit. Diſputationem ejus *de Paſchate* CORDERIVS edidit *Viennae* MDCXXX. 4. cum ejuſdem in *Hexaemeron* Libro. A. C.

CYRIACVS Epiſcopus *Niſibis* florebat, ac mortuo GREGORIO Patriarcha *Neſtorianorum* auctor fuit BABAEO Archimandritae, ut Eccleſiam regeret, dum novum Praeſulem eligere liceret. Anno autem DCXXX. cum IEIVSABO *Gadalenſi* Patriarcha, aliiſque Epiſcopis a SIROE Perſarum Rege pro pace cum *Romanis* ineunda legatus fuit. Scripſit. DCVIII.

Expoſitionem Sacramentorum & cauſſam Nativitatis & Epiphaniae.

CONANTIVS ab a. DCIX. ad DCXXXIX. PALENTINAE Sedis Epiſcopus *melodias*, inquit S. IDELPHONSVS *de Script. Eccl. cap.* 11., *ſonis multas noviter edidit*, ſive, ut *Nicolaus* ANTONIVS interpretatur *Bibl. Vet. Hiſp. T. I. pag.* 238., ad Eccleſiaſtica officia formavit hymnos, eoſque muſicis adaptavit modulis, ut in Eccleſia canerentur. *Orationum quoque libellum de omnium decenter conſcripſit proprietate Pſalmorum*, preces nempe pſalmis ſingulis, & hymnis in Eccleſia decantandis congruas. DCIX.

ELBODVS *Venetenſis* Epiſcopus in *Southvallia Angliae* a *Baleo*, & *Piſeo* ſcripſiſſe dicitur. DCX.

De celebratione Paſchatis.

THOMAS *Heracleenſis*. Nonnulli enm cum THOMA GERMANICIAE, qui ob haereſim *Monophyſitarum* a IVSTINO pulſus in vivis erat a. DXXXIII., obiitque *Samoſathae*, perperam confundunt. GIAMARCHITA a quibuſdam appellatur, eadem forte de cauſſa, quod enm *Germanicienſem* Epiſcopum habuerint. Ut ut eſt, exſtat ejus Liturgia apud RENAVDOTIVM *T. II. Liturg. p.* 389. DCX.

IOHANNES gente *Hiſpanus*, primum Monaſterii cujuſdam Abbas, deinde Eccleſiae *Caeſaraugustanae* poſt MAXIMVM Praeſul factus circa annum DCXV. Obiit anno circiter DCXXVII. In Eccleſiaſticis Officiis quaedam eleganter & ſono & oratione compoſuit; & *de inveſtigandis Paſchalis feſti calculis libellum* exaravit. DCXV.

IOHANNES *Biſorae*, ſeu *Boſtrorum* in *Arabia* Epiſcopus, obiit an. DCL. & in urbe *Amida* in templo S. IOHANNIS BAPTISTAE ſepultus fuit. Edidit *Anaphoram*, quam RENAVDOTIVS latine vertit T. II. p. 421. Meminerat hujus *Anaphorae Stephanus* EDENENSIS cap. 7. ubi *de haereticis Liturgiarum Auctoribus*. In *Coptica* S. BASILII Liturgia *oratio fractionis*, ſeu Praefatio ad *Pater noſter* ex IOHANNIS Anaphora prompta eſt. De eo ASSEMANVS *T. II. Bibl. Orient. cap.* 15. DCXVII.

S. PROTADIVS *Veſuntionenſis* Archiep. hoc anno vita ceſſiſſe dicitur. Haec porro de eo Auctor Vitae apud BOLLANDVM ad d. XII. Februarii memorat: *quod dubitantibus Clericis inter ſe de diverſis Eccleſiarum uſibus, rogante bonae memoriae* STEPHANO *Sanctae Matris Eccleſiae beati* IOHANNIS *Evangeliſtae*, & HAYMINO S. STEPHANI *ejuſdem civitatis decano, libellum ediderit, in quo ad ſeparandum omne ambi-* DCXXVI.

guum

A. C. *guum haec ſcripta reliquerit: quid in conventu fratrum agi conveniat: quid tenere Eccleſiam, quid vitari oporteat. Quot ſacri Ordinis Miniſtros feſtivi dies habeant: quo & quando proceſſiones fiant: quo tempore congregationes ad matrem Eccleſiam conveniant: quid etiam agendum ſit per anni circulum in Eccleſia, ſancta ejus docuit poſteros induſtria.*

DCXXXV. ANDREAS, *Damaſco* oriundus primo Monachus *Hieroſolymitanus*, deinde ex Diacono & Orphanotropho *Conſtantinopolitano* Archiepiſcopus *Cretenſis*, claruit circa ann. DCXXXV. ac din poſtea. Certe de illius aetate inter eruditos non bene convenit. Alii eum ad annum DL. vel DLXX. perperam referunt. Alii, & in his CASIMIRVS OVDIN, neſcio tamen qua auctoritate ducti, ad annum DCCXX. deprimunt. Verum ut annum ei DCXXXV. aſſignemus, facit *Graecorum* triodii auctoritas, in quo SOPHRONIO Patriarchae *Hieroſolymitano* συγχορεύειν fuiſſe dicitur. Vitam tamen ultra annum DCLXXX. eum protraxiſſe, patet ex Iambis Euchariſticis ad AGATHONEM Diaconum Concilii 6. ſcribam, pro commodatis ſibi ad exſcribendum Actis Synodalibus. Confer Cl. *Angeli Mariae* QVIRINI tunc Monachi *Benedictini* poſtea S. R. E. Cardinalis *Diatribam II.* ad priorem partem veteris officii Quadrageſimalis *Graeciae Orthodoxae* pag. 102. ſeqq. Inter ANDREAE opera a nobis percenſenda ſunt.

Triodia, ſive Idiomela, ſeu *Canones* 9. Videlicet *in Conceptionem* S. ANNAE, *in* MARIAE *Nativitatem*: *Magnus Canon* SOPHRONIO nuncupatus; *in* LAZARVM; *in* 4. *ferias majoris hebdomadis*; *in mediam Pentecoſten*.

Idiomela quaedam brevicula *in varios dies Feſtos* hinc inde collecta. *Idiomelon in Feſtum Adnunciationis*.

Computus Paſchalis a PETAVIO Gr. Lat. evulgatus tom. 3. *de doctr. temp.* p. 393.

DCXLV. MAXIMVS *Conſtantinopolitanus* ſtrenuus Catholicae fidei pugil adverſus *Monothelitarum* haereſim a. DCLXII. obiit exilio, aliiſque aerumnis vexatus. Ex plurimis ejus operibus huc ſpectat.

Myſtagogia, ſive Liturgiae expoſitio a Davide HAESCHELIO Gr. Lat. edita *Auguſt. Vindel.* MDXCIX. exinde in Auctario *Ducaeano* tom. II. pag. 166.

Computus Eccleſiaſticus libris 2. comprehenſus, ſive enarratio *Chriſtiani Paſchatis cum brevi temporum ſuppputatione* Graece notis illuſtrata a SCALIGERO lib. VII. *de Emendatione temporum* pag. 736. ſeq. Genev. edit. MDCXXIX. a DIONYSIO autem PETAVIO Gr. & Lat. evulgata *in Uranologio Pariſ.* MDCXXX.

DCXLVI. EVGENIVS II. *Toletanus* Epiſcopus ad ann. DCLVII. *cantus*, teſte ILDEPHONSO *de Script. Eccleſ. cap.* 14. *paſſivis uſibus vitiatos correxit*. Officiorum remiſſos ordines, curamque diſcrevit. Miſſam quoque S. HIPPOLYTI *Martyris* compoſuiſſe dicitur; ſed de hac vide *Nicolai* ANTONII *Bibliothecam Vet. Hiſp.* §. 259.

DCLI. IACOBVS dictus *Commentator*, tum quia Canonicos Sacrae Scripturae libros commentariis illuſtravit; tum quia plurimas Catholicorum, atque haereticorum lucubrationes e *Graeco Syriacas* fecit, labente ſaeculo ſeptimo florere coepit. Adoleſcens abdicatis ſaeculi honoribus, & divitiis

divitiis monasticam vitam professus est. Inde ad Episcopatum Eccle- A. C.
siae *Edessenae* adsumptus fuit, an. Christi DCLI. & obiit DCCX. te- DCLI
stibus DIONYSIO in Chronico, & auctore Chronici *Edesseni*. Hinc emendandi *Cornelius* SCHVLTINGIVS, & *Iohannes* SELDENVS, qui circa aetatem & patriam IACOBI hallucinantur. Hic dum in Commentariis de originibus Ecclesiae *Alexandrinae* p. 179. pro *Al-Rabavi* seu *Edesseno* (*Arabibus* enim *Edessa* binomia est, *Raba* vel *Al Raba* cum articulo, & *Orpha*, unde provincia *Edessena* corrupto nomine *Graecis*, & *latinis Osrhoena*, & *Orrhoena* appellatur) *Rheavienſis* substituit: Ille, dum *Bibl. Eccles. tom.* 3. *num* 30. *pag.* 106. scribit, *Anaphoram* S. IACOBI *Aehavii Chaldaice* compositam fuisse in urbe *Aeha* an. a Nativitate Domini DCCLXXXIII. Ubi *Edessa* male redditur *Aeha*, & *Edessenus Aehavius*.

Hinc etiam corrigendi *Aud.* MASIVS, Praefat. in *Barcephan*, & ex eo HOTTINGERVS in *Bibl. Orient.*, & BRITIVS in *Epitome Annalium* BARONII, qui *Iacobum* EDESSENVM cum *Iacobo* NISIBENO, vel SARVGENSI confundunt. Hinc etiam NAIRONVS, dum in Chronologico Auctorum Indice *Euophiae* suae praemisso, SARVGENSIS opera eidem perperam adtribuit: & CAVEVS, dum NAIRONVM transcribit, additque, de IACOBO *Zanzalo* loquens: *Hunc* IACOBVM *Scriptores nonnulli Orientales eumdem cum Iacobo* EDESSENO *faciunt: Verum* Iacobus *ille* EDESSENVS, *qui a Syris Doctor appellatur, integro fere saeculo junior erat*. Ubi eum ad ann. Christi CCCCL. revocat, nescio quo argumento, quave auctoritate confisus, inquit ASSEMANVS.

Syri eum non modo ut Catholicum Scriptorem, sed etiam ut Sanctum veneruntur, quo titulo a *Maronitis Iacobitarum*, & *Nestorianorum* perpetuis hostibus passim celebratur. Et orthodoxam ejus fidem contra RENAVDOTIVM, qui tom. 2. *Liturg. Orient.* p. 380. eum haereticum *Monophysitam* fuisse pronunciat, prolixe vindicat ASSEMANVS *T. I. Bibl. Orient. pag.* 470. Haec inter plurima sunt ejus opera.

Anaphora, cujus initium: *Deus universorum Pater*. Edidit lat. RENAVDOTIVS *Tom. II. Liturg. Orient. p.* 371. Exstat *Syriace* in Cod. *Nitr.* 3. fol. 171. & Cod. *Nitr.* 4. fol. 163., ejusdem meminit SCHVLTINGIVS, *tom.* 3. *pag.* 106. *num.* 30. qui *num.* 9. testatur Liturgiam S. IGNATII Martyris e *Graeco* in *Syriacum* sermonem ab eodem EDESSENO translatam fuisse. In Cod. *Syr. Vat.* 35. habetur etiam *Anaphora* S. IACOBI *Apostoli* a Iacobo EDESSENO *recensita*, & *suae integritati restituta*.

Ordo Sancti Baptismi. Exstat in libris Ritualibus *Syrorum* cum *Maronitarum*, tum *Iacobitarum*. Ejusdem meminit MS. Cod. *Arabicus* Collegii *Maronitarum* de Urbe *pag.* 414. *Opus* Iacobi EDESSENI *de Baptismo*, quod cum nostro Baptismi ordine idem esse videtur, exstat in Bibl. publica *Tubingensi*, teste HOTTINGERO *Bibl. Orient. c.* 3. *pag.* 292.

Epistola in THOMAM *Presbyterum*. Describitur in ea ritus Missae *Syrorum* ab Apostolorum aevo, ad aetatem usque IACOBI nostri. Citatur a *Dionysio* BARSALIBAEO in *Expositione Missae*, *Cap.* 3. a *Steph.* EDENENSI in *septimo Candelabro mystico cap.* 7. & ab *Abr.* ECHELLENSI

A. C. LENSI in not. ad Catalogum EBEDIESV *pag.* 138. Integram Lat. & Syr. exhibet ASSEMANVS *p.* 479.

DCLI. *Epiſtola ad* IOHANNEM *Styliſtam*. Fragmentum ejus exſtat in ordine Benedictionis aquae in nocte Epiphaniae in Rituali *Iacobitarum*, *pag.* 274. Cod. *Echellens.* 4. In eodem Codice pag. 180. habetur ex eadem IACOBI Epiſtola Canon *de foribus Eccleſiae, dum ſacra celebrantur, occludendis*.

Epiſtola ad ADAEVM *Presbyterum*, de variis Eccleſiae ritibus. Integra habetur in veteriſſimo MS. Codice *Mediceo*, teſte RENAVDOTIO, tom. 2. *Liturg. Orient.* pag. 381. Laudatur & in Rituali *Iacobitarum* Cod. *Echell.* 4. p. 274.

Cantus 10. *in feſtum Palmarum*. Exſtant in Cod. *Syr.* ASSEMANI 15. fol. 26. In eod. Cod. IACOBVS dicitur correxiſſe *Octoechum Syrorum*, ſeu cantus SEVERI Patriarchae *Antiocheni* 8. tonis expreſſo, numero 295.

Cantus, cujus initium: MARIA *Virgo ad Chriſtum Dominum dixit, dum ipſum genuit*, Iacobo EDESSENO tribuitur in ſermone *de laudibus* Iacobiticae *fidei*, qui exſtat in MS. *Arabico* Coll. *Maronitarum* p. 62.

DCLI. IESVIAB *Adiabenus* ex Schola *Niſibena Ninivis* Epiſcopus, deinde *Moſuli*, & *Abelae* Metropolita, demum Patriarcha *Neſtorianorum* obiit a. DCLX., poſtquam annis 9. menſibus 3. ſederat, ſepultuſque fuit in Coenobio S. IACOBI in *Bet-habe*, quo exagitatus a Praeſide *Modainae*, ſeu *Seleuciae* ſe receperat: *Ordinavit*, teſte AMRO, *officium per anni circulum*. Confer ASSEMANVM ad Cap. LXXIV. EBEDIESV T. III. *Bibl. Orient.* p. 139.

Ritum quoque adminiſtrandi Baptiſmum praeſcripſit. Exſtat Cod. *Amid.* 12. T. I. *Bibl. Orient.* p. 584.

Item *indulgentiam*, ut ait idem EBEDIESV, ſeu *ritum adminiſtrandi Sacramentum Poenitentiae* ordinavit. Huc ſpectat *ordo abſolutionis Apoſtatarum* in Cod. MS. *Syriaco* Vat. 28.

Ordinationes etiam *ſingulorum ordinum*. Exſtant in Cod. Amidenſi XI. *T. II. Bibl. Orient. p.* 583. & in Cod. Syriac. Vatic. 27.

Ordinem praeterea conſecrandae Eccleſiae novae. Vide indicatum Codicem Amidenſem XI.

Cantus denique, *& orationes* concinnavit. Inſerta haec omnia cum ejuſdem IESVIABI *Hymnis*, *& ſermonibus Paracleticis*, licet ejus nomine fere ſuppreſſo, in officiis *Chaldaeorum* tam feſtivis, ferialibus, & de Sanctis, quam de defunctis. Dixi *fere ſuppreſſo*. Nam in officio defunctorum Cod. *Amid.* 3. quinque hymni de defunctis occurrunt, qui IEIVSABI *Metropolitae Arbelae*, hoc eſt ADIABENI nomen exhibent.

DCLVII. ILDEPHONSVS gente *Hiſpanus*, *Toleti* nobili genere patre STEPHANO, matre LVCIA natus: ubi etiamnum commonſtrari aedes illius natalibus nobiles prodit MARIANA *de Rebus Hiſp. lib. 6. cap.* 10. ab EVGENIO Archiepiſcopo *Toletano* primis litterarum elementis imbutus, *Hiſpalim* miſſus eſt ab ISIDORO Epiſcopo ulterius expoliendus. Quo facto ſpretis omnibus vitae ſaecularis honoribus, quos ei pater propinarat, in *Agalienſi* monaſterio eneullum induit, tantamque brevi tempore ob pietatem & doctrinam eximiam nominis exiſtimationem nactus eſt,

est, ut ADEODATO Abbate defuncto coenobii praefecturam fidei suae commendatam habuerit. Quo tempore in Praedio *Debiensi* sua impensa Virginum collegium fundavit; atque anno demum DCLVII. EVGENIO in Sede *Toletana* successit. Reijcit id BARONIVS in annum DCLXII. BALVZIVS Tom. VI. *Miscellan.* edidit ILDEPHONSI opusculum *de cognitione Baptismi*. A.C.

CVMIANVS Abbas, & Episcopus *e Scotia* in *Italiam Bobium* adcessit, ubi annos omnino viginti & unum sub S. COLVMBANI regula transegit. Tandem annos natus XCV. & menses quatuor obiit XIV. Kal. Sept. IOHANNES Magister jussu LVITPRANDI Regis ejus sepulcrum Epitaphio ornavit apud VGHELLIVM *de Episc. Bob.* & accuratius apud MVRATORIVM *T. III. Ant. Italic. col.* 640. edito. DCLX.

Scripsit epistolam *de controversia Paschali ad* SEGIENVM Abbatem *Huensem*, quam VSSERIVS vulgavit in epistolis *Hibernicis* pag. 25. *Dublini* MDCXXXII. 4. *Parisiis* MDCLXV. 4.

Ejusdem *Poenitentiale*, sive liber de *Poenitentiarum mensura* exstat cum S. COLVMBANI *Poenitentiali*, aliisque opusculis *Lovan.* MDLXVII. & in Bibl. PP. *Lugdun.* T. XII. p. 41. Ejus fragmentum ex Codice *Poenitentialis* RHABANI adfert MABILLONIVS in *Analectis* edit. Paris. in fol. pag. 17.

GEORGIVS, quem alii GREGORIVM vocant, XXXIX. apud *Pyrrhum Syracusarum* Episcopus *Byzantii* quum in *Graecas* Litteras incumberet, composuit *Troparia*, *quae in Nativitate Christi recitantur*, *& in Epiphania*. Vide etiam Christophorum SCHOBAR *in Catal. Episcopp. Syracus.* DCLXI.

THEODORVS, natione *Cilix*, domo *Tarsensis*, S. PAVLLI popularis, instituto monachus, *Romae* dum ageret anno DCLXVIII. quum prius more *Romano* tonsuram adcepisset, a VITALIANO Papa ad Archiepiscopatum *Cantuariensem* evectus est, April. 1. ab ipso Pontifice consecratus. Dum iter in *Angliam* institueret, in *Galliis* diu haesit, & post octodecim demum menses *Cantuariam* venit. Prima ipsi cura fuit Ecclesiae *Anglicanae* faciem pulchriorem reddere, secunda meliores litteras resuscitare: quod & feliciter factum est. Eo enim fine Bibliothecam copiosam tam *Graecis*, quam *latinis* libris instructam secum in *Angliam* advexit: quorum nonnulli, inquit *Antiquitatum Britannicarum* Auctor *Antiquit. Brit. p.* 53., seu PARKERVS iste, seu IOSSELINVS, *Graeco* idiomate conscripti apud nos manent, videlicet *Opera* HOMERI *Graeco* charactere ita eximie, & exquisite descripta, ut librorum impressorum veritatem superent, volumen grande, charta etiam antiquior; *Homiliae* CHRYSOSTOMI folio pergamenae; *Psalmi Davidici*; *Hypomnesticon* IOSEPHI eadem lingua; opera sane ob eximiam litterarum scripturam nostro saeculo rara, & quae perpetuae memoriae famam obtinere mereantur. Quid mirum igitur, si tam gravi Praesuli, tam erudito capiti, Ecclesia *Anglicana* fasces submitteret, & relicto veteri Paschatis celebrandi more, in *Romanos* ritus fere ubique haud aegre transiret? Anno DCLXXIII. die 24. Septembr. Synodum *Herefordiae* habuit; in qua ea, quae a partibus transmarinis canonice sunt antiquitus decreta, ab *Anglis* custodienda decernebantur. Decem ejus capitula apud BEDAM videri possunt *lib. IV. c.* 3. Anno DCLXXX. habita est DCLXVIII.

A. C. DCLXVIII. ab eo secunda Synodus *Hetfeldae* in agro *Cantiano*; in qua ad declarandam *Britannicarum* Ecclesiarum fidem contra EVTYCHIS, & MONOTHELETARVM haereses quinque oecumenica concilia suscipiuntur. Vide sis BEDAM *lib. IV. c.* 17. Obiit THEODORVS die 19. Septembris anno DCXC. aetatis suae LXXXVIII., ad quem, nec ultra, se perventurum somnio admonitus praedicere solebat. Scripsit THEODORVS *Poenitentiale*, opus satis amplum, & omnibus pene poenitentiae casibus adcommodatum: integri operis in Bibliotheca *Benedictina* apud *Cantabrigienses* suo adhuc tempore superstitis, titulos, sive summaria capita numero 78. nobis exhibuit SPELMANNVS *Concil. Angl.* tom. 1. Postea *Jacobus* PETITVS idem THEODORI *Poenitentiale* omnibus, quae reperiri poterant, capitulis, aliisque praeclaris Ecclesiasticae disciplinae monumentis, uberrimisque adnotationibus ornatum in lucem emisit *Parisiis* MDCLXXVII. tomis duobus in 4. In primo exhibentur THEODORI *Poenitentiale* 14. capita complectens; ejusdem *capitula* 60. *capitula* 10. Synodo *Herefordiensi* oblata a THEODORO praeside; alia *capitula* ex fragmentis a DACHERIO editis; alia ex *Canonibus*, *ex libris Poenitentialibus*, *ex Canonum collectoribus*, ex codicibus quibusdam MSS. collecta; *tituli libri Poenitentialis* a SPELMANNO editi; *Poenitentiale Theodorianum* cum quibusdam Capitulis, & Canonibus ex ipso excerptis collatum; *Canones selecti* ex antiquissima Canonum collectione Codicis *Heronvalliani de doctrina*, *& disciplina ecclesiastica*; *Excerpta* ex aliis Codicibus MSS. de quibusdam rebus praecipuis, quae in *Poenitentiali*, *& Capitulis* THEODORI tractantur. Sequuntur deinde quamplurima praeclara Ecclesiasticae disciplinae monumenta, undique conquisita, in varias classes, & articulos distributa. In tomo II. habetur prima *dissertatio*, qua THEODORI vigilantiam pastoralem adversus calumniatores BALAEVM nempe, & Centuriatores *Magdeburgenses*, ex veterum traditione, patrumque testimoniis ab IGNATIO *Antiocheno* ad ipsius THEODORI tempora longo agmine deductis defendit, cui observationes suas in haec vigilantiae Pastoralis exempla subnectit: II. *dissertatione* THEODORI doctrinam de *Poenitentia* adversus Ioh. MORINVM ab omni novitatis suspicione prolixe vindicat: ultimo demum loco sequuntur notae, quae, ut ipsius verbis utar, tot sunt quasi dissertationes, in quibus mendacia hominum maledicorum coarguuntur, qui sanctissimum, atque doctissimum Ecclesiae *Cantuariensis* antistitem temere audent appellare *novellae*, *ac superstitiosae religionis doctorem*.

DCLXXIX. IOHANNES Archicantor *Romanus*, & AGATHONIS Papae ad *Anglosaxones* legatus scripsit BALAEO, & POSSEVINO testibus librum. *De modulandi*, *& legendi ritu*.

DCLXXX. CEOLFRIDVS, gente *Anglus*, patria *Bernicius*, post *Benedictum* BISCOPIVM *Veremuthensis*, *& Gerwicensis* monasteriorum Abbas, Ven. BEDAE Praeceptor, claruit anno DCLXXX. Exstat ejus ad NAITONEM *Epistola de Paschate*, *& Tonsura* apud BEDAM *lib. V. c.* 22. & *Concil.* T. VI. *pag.* 1423.

DCLXXX. IVLIANVS, POMERIVS etiam dictus, gente *Hispanus*, civitate *Toletanus*. EVGENII II. Episcopi *Toletani* discipulus anno DCLXXVI. ab ERVIGIO Rege rogatus, *libros de Christi adventu adversus Iudaeos* scri-

scripsit. Anno DCLXXX. ineunte post QVIRICVM Ecclesiae *Toletanae* Archiepiscopus ordinatus est. Obiit pridie Nonas Martii anno DCXC. Praeclarum virturum, ac doctrinae ejus encomium texit FELIX *Toletanus* in append. ad *Ildefons. de Script.* quem consulat lector. Inter alia, ut ait idem FELIX, IVLIANVS *Librum Missarum de toto circulo anni, in quatuor partes divisum, in quibus aliquas vetustatis incuria vitiatas, & semiplenas, emendavit, atque complevit; item librum orationum de festivitatibus anni, quas* Toletana *Ecclesia, per totum circulum anni, est solita celebrare, partim stylo sui ingenii depromptum, partim correctum, in unum congessit, atque Ecclesiae Dei usibus, ob amorem reliquit Sanctae Religionis.* „ Quibus, inquit Cl. LESLAEVS *Praefat in Missale* Moza- „ rab. *p. LXXV.* apparet, S. IVLIANVM libros Liturgicos Ecclesiae „ suae diligenter recognovisse, atque emendasse. Duo enim opera com- „ memorat FELIX, quorum primum erat *liber Missarum*, sive Missa- „ le, quod in partes quatuor divisit, &, in quibusdam Missis, Ama- „ nuensium incuria vitiatum emendavit, & in aliis Missis, quae semi- „ plenae erant, complevit, eas orationes addendo, quae defecerant. „ Integras tamen Missas novas IVLIANVM adjecisse FELIX minime „ tradidit. Aliud vero ejus opus, *liber erat orationum, de festivitatibus* „ *anni, sive Sanctorale* Breviarii *Toletani*, quem librum non modo emen- „ davit, sed etiam auxit, adjectis orationibus quorumdam Sanctorum, „ quae deerant. De hoc volumine an adhuc superfit in Bibliotheca Ecclesiae *Toletanae*, si quaeras, adi NICOLAVM ANTONIVM *Bibl. vet. Hisp. p.* 309. A. C. DCLXXX.

ALDHELMVS *Anglus*, ex Monacho *Baldumensi*, sive *Malmesburiensi* Abbas, & primus deinde apud *Saxones* Occidentales Episcopus a. DCCV. *Shirburnensis* decessit a. DCCIX. Vide *Acta Sanctorum T. VI. Maij.* ad d. XXV. DCLXXX.

Opus scripsit *de Pascha* contra *Britannos* suae aetatis Quartodecimanos. Confer PAGIVM ad a. DCXCII. n. 29. & DCXCIX. n. 2.

IOHANNES MARO dictus, primus *Syrorum Maronitarum* Patriarcha, claruit circa annum Christi DCC. Ex castello *Sirimi* (unde *Sirimensis* etiam dictus) in monte *Staidia* prope *Antiochiam* orinndus, divinas, humanasque etiam litteras *Antiochiae* primum, deinde in S. MARONIS coenobio hausit, postremo *Graecae* eruditionis amore captus, *Constantinopolim* petiit, ubi non *Graecum* modo sermonem, sed abdita quaeque *Graecanicae* sapientiae mysteria didicit; & praeterea in divinas litteras commentarios evolvit. Post mortem parentum ad S. MARONIS coenobium rediit, & monasticum habitum induit. Mox etiam Sacerdotio initiatus, an. DCLXXXVI. *Botrensis* Episcopus creatus est. Episcopali dignitate auctus, illico in *Phoeniciae* oras profectus est, ubi plures tum *Monothelitas* ad fidem orthodoxam perduxit. Anno secundo IVSTINIANI Imp. post mortem THEOPHANIS, Episcoporum Synodo de Successoris electione habita, concordi omnium suffragio *Antiochenus* Patriarcha creatur. Anno DCXCIV. coenobio S. MARONIS a MAVRICIO, & MARCIANO ducibus *Romaeorum* diruto, & solo aequato, IOHANNES alterum sibi excitavit coenobium ad solem orientem Castelli *Caphar-Hai*, agri *Botrensis*. Tandem post vitam obsequio DCLXXXV.

A. C. DCLXXXV. Dei, & populi Chriſtiani ſaluti devotam obiit an. DCCVII. 5. Idus Februarii, & in *Cuphar-Hai* Sepultus eſt, teſte EDENENSI in ſerie Patriarcharum *Maronitarum*; qui IOHANNEM a *Monothelitarum* haereſi, quam eidem EVTYCHIVS *Alexandrinus*, Guill. TYRIVS, & nonnulli recentiores adfingunt, vindicat.

Iohannis MARONIS Acta ex pervetuſto Cod. Arab. deſcripſit Gabriel BARCLAIVS Epiſcopus *Nicoſienſis* in libro ad GEORGIVM Presbyterum *Beſciarae* filium adverſus *Iacobitas* cap. 10. eademque an. MDCXXXIX. lat. publicavit *P. Franciſcus* QVARESMIVS in *Elucidatione terrae Sanctae lib. I. cap. 37. pag. 96.* Vterque tamen mendoſum Codicem nactus eſt. Ad ejus ſcripta quod adtinet.

Hujus Liturgiam, ut ſpuriam reijcit RENAVDOTIVS in *Maronitas* nonnihil infenſus Tom. II. *Liturg. Orient. in diſſert. prooem. num. 26.* & cauſſam rigidae hujus cenſurae producit eodem tomo *pag. 344. quia nulla* (ut ait) *Bibliotheca, quantumcumque* Orientalium *librorum dives, ipſam repraeſentat*; quaſi ipſe omnes adiverit, aut omnes Bibliothecarum forulos excuſſerit, earumque libros evolverit, aut demum nullum in *Oriente* Scriptorum monumentum ſuperſit, quod in Bibliothecas *Europae* illatum non ſit, ut ſcite illum redarguit Cl. ASSEMANVS *Bibl. Orient.* T. I. pag. 513. MARONIS quippe *Anaphora*, cujus initium: *Coram te Rex Regum, & Dominus Dominantium*, exſtat in Bibliotheca Vaticana Cod. *Ecchellenſi* num. 5. ejuſque meminit EDENENSIS in *expoſitione Miſſae Syrorum* c. 2. *de Catholicis Anaphorarum auctoribus* in haec verba: IOHANNES *cognomento* MARO, *qui poſt* THEOPHANIS *Patriarchae* Antiocheni *obitum, ſedem illam obtinuit anno Domini* DCLXXXV. *edidit* anaphoram, *cujus initium*: CORAM TE REX REGVM &c.

Exſtat praeterea in Vaticano Codice LXIV. quem ECCHELLENSIS ſua ipſius manu deſcripſit, IOHANNIS noſtri liber de *Sacerdotio*. Hunc quidem *Ioſeph Simonius* ASSEMANVS IOHANNI *Darenſi* tribuendum eſſe contendit. Verum *Ioſeph Aloyſius* ASSEMANVS *Darenſis* opus, etſi homonymum, longe aliud ab hoc *Iohannis* MARONIS libro adcurata utriuſque collatione oſtendit *Praefat. in Cod. Liturg. lib. VIII. p. III. pag. XVIII. ſeqq.*

In eodem ECCHELLENSIS Codice libro de *Sacerdotio* Expoſitio Liturgiae S. IACOBI Apoſtoli quinquaginta capitibus conſtans ſubjungitur: Eam poſt RENAVDOTIVM *T. II. pag. 74. Dionyſio* BARSALIBAEO *Ioſeph Simonius* ASSEMANVS adjudicat; contra IOHANNI noſtro vindicat *Ioſeph Aloyſius* ASSEMANVS, qui illam *lib. IV. Cod. Liturg. p. II. pag. 227. ſeqq.* Latine evulgavit Praefat. in eamdem lib. IV. partem ſecundam *pag. LXII. ſeqq.*

DCXCI. IOHANNICIVS *Ravennas* ſacros libros, Antiphonas, ritusque omnes diſtinxit, quibus Eccleſia *Ravennas* in peragendis ſacris utitur. Vide RVBEVM *hiſtor. Rav. pag. 216.* & GINANNIVM in eruditiſſimo opere de Scriptoribus *Ravennatibus T. I. p. 375. ſeqq.*

DCC. ECBERTVS *Svevigena* in *Anglia* Monachus *Lindisfarnenſis* Ord. S. *Ben.* defunctus circa ann. DCCXXVIII. apud *Hyenſes* Monachos.

Librum ad eos ſcripſit *de Paſchali obſervatione*.

Eidem BALAEVS, & PITSEVS librum tribuunt *de ritibus Catholicorum*.

VVIL-

VVILFRIDVS *Ripponenſis* ex oppido *Rippon Angliae* Septemtrionalis, ubi natus eſt, ſic dictus Monachus in Coenobio S. HILDAE *Streneshalcenſi*; deinde Archiep. *Eboracenſis* obiit a. DCCX. Scripſit. A. C. DCC.

De Catholico celebrandi Paſchatis ritu.

TRVMHERVS *Anglus* ex Monacho *Gedlingenſi* Epiſcopus *Lichfeldenſis* a LELANDO, PITSEO, aliiſque ſcripſiſſe dicitur *de officiis Eccleſiaſticis*. DCC.

BEDA *Venerabilis* dictus, natione *Anglus*, natus eſt anno DCLXXII. in territorio Monaſterii *Ingyrvenſis*, in agro *Dunelmenſi*, non longe a *Tinae* fluminis oſtio. Septennis puer cura propinquorum datus eſt educandus BENEDICTO Monaſterii S. PETRI ad *Vveremutham*, & Monaſterii S. PAVLLI ad *Ingyrvum*, ſeu *Girvicum* Abbati. In his Monaſteriis ſub BENEDICTI, ac poſtmodum CEOLFRIDI Abbatum regimine quinque plus minus milliaribus invicem diſſitis adoluit, vixit, & conſenuit BEDA. Deceſſit a. DCCXXXV., ſepultuſque eſt in Monaſterio ſuo *Girvicenſi*; unde poſtea oſſa ejus *Dunelmum* translata in eadem theca, qua S. CVTHBERTI, ſunt recondita. Hinc *Eboracum* tranſvecta, ibique ſepulta. Summis eum laudibus MALMESBVRIENSIS extollit *de geſtis Anglor. lib.* 3. *c.* 3. Praeter cetera exſtat ejus. DCCI.

De Paſchate, ſive Aequinoctio liber, in quo adpoſitum exemplum anni DCCLXXVI. plurimum eruditis faceſſivit negocium, BARONIVM quidem induxit BEDAE aetatem ultra annum iſtum protrahere, VSSERIVM vero BEDAE libellum abjudicare. Scrupulum feliciter exemit MABILLONIVS *Not. ad Analect. T. I. p.* 11., qui in veterrimo exemplari Bibliothecae *Laubienſis* exemplum iſtud non comparere prodit: adeo ut a librariis infertum fuiſſe poſt BEDAE mortem videatur. Confer FABRICIVM *Bibl med. & inf. latin. T. I. pag.* 187.

Martyrologium, quale opus a BEDA compoſitum fuiſſe ipſe fidem facit in Appendice ad *hiſtoriam Eccleſ.* Verum id, quod nunc circumfertur, crebris aliorum interpolationibus deturpatum eſſe multi dudum notarunt. De hoc *Martyrologio* videndi MOLANVS, ROSVVEYDVS, praecipue BOLLANDVS ejuſque *συνεργοι* Praefat. ad *Ianuar.* c. 4. & Prolog. ad menſem *Mart. tom.* 11. §. 5. *& ſeqq.* ubi genuinum BEDAE Martyrologium quoad licuit ex variis Codicibus MSS. exhibent. Recuſum fuit a IOHANNE SMITH, ejuſque filio GEORGIO *Cantabrigiae* MDCCXXII. cum aliis BEDAE hiſtoricis libris. CL. BLANCHINIVS ex pervetuſto *Veronenſi* Codice in ſuis ad ANASTASII T. IV. luculentiſſimis Prolegomenis variantes hujus Martyrologii lectiones profert, unde illud elimatius, & purius haberetur. Additamentum ad BEDAE Martyrologium ex Codice *VVirceburgenſi* faec. IX. exſtat in Comment. *Iob. Georgii* ECCARD *T. I. edit. VVirceburg. p.* 825. In *Bollandiano* BEDAE Martyrologio, inquit MABILLONIVS apud CAVEVM *T. I. pag.* 618., *an feſtum omnium Sanctorum* locum habere debeat, dubium eſt, quum BEDA quatuor tantum annis vixerit poſt creationem GREGORII Papae tertii, qui hujus ſolemnitatis auctor eſt. Iſtius Martyrologii verba de S. LVPO *Tricaſſino* Epiſcopo addu-cit HERRICVS noni ſaeculi auctor in lib. *de mirac. S.* GERMANI *Epiſc. Autiſſiod. cap.* 15. Quaedam etiam refert AMALARIVS *lib.*

A. C. DCCI. „ *lib.* 2. *de divin. offic. cap.* 24. Qui auctor fallitur *libro* 4. *capp.* 39. „ & 41. in citando BEDAE libro *de vita* S. CVTHBERTI; ea enim „ verba, quae memorat, in neutra BEDAE lucubratione de S. CVTH„ BERTO, at in ea, quam anonymus quidam Monachus *Lindisfaren„ sis* tribus libris in *Martio Bollandiano* editis, adornavit, reperiuntur. „ In perantiquo, & optimo apographo noſtro *num.* 546. in quo BEDAE „ opus de Computo habetur, leguntur *verſus Domni* BEDAE *ad com„ ponendum Horologium* hoc initio „:

„ *Quos curſus ſolis jungant ſua tempora menſes*,
„ *Carmine nunc, lector paucis adverte, docebo.*

„ Verum hi verſus; non BEDAE ſed VVANDALBERTO Diacono „ *Prumienſi*, tribuendi ſunt. In eod. Cod. MS. exſtant etiam plures ſcri„ ptiones de Computo; in his *Excerptio*, vel *expoſitio computi* HERRI„ CI Monachi, illuſtrando BEDAE commentario inſtituti. „

De officiis liber; vix digna BEDA collectanea, QVESNELLO judice *ad* S. LEON. M. *p.* 551. *diſſ. VI. n.* 9. VALESIO tamen ad SOCRATEM *lib. V. cap.* 22. & MABILLONIO *ſaec. III. Bened. P. I. pag.* 539. teſtibus BEDAE adjudicanda.

De cyclo Paſchali.

Libellus *de ratione computi*.

Hymni aliquot, quorum plurimos cum ſcholiis CASSANDER edidit.

Librum *de remediis peccatorum* a non paucis BEDAE tributum inter ſuppoſititia relegavit SPELMANNVS *tom I. Conc. Angl.* tametſi in collectione Canonum REGINO poenitentialem librum THEODORI, ſeu BEDAE citat in *lib.* 1. *cap.* 297. IVO etiam, & GRATIANVS ex *Poenitentiali* BEDAE referunt capitulum *de Sacerdote Euchariſtiam vomente*.

DCCV. ACCA, natione *Anglus*, BOZAE Archiepiſcopi *Eboracenſis*, & S. VVILFRIDI, quocum *Romam* profectus eſt, diſcipulus. Vitam Monaſticam pro ſaeculi ſui more impenſe coluit, Venerabili BEDAE admodum familiaris. Claruit anno DCCV. & deinceps; tandem Epiſcopali inſula ornatus. Etſi enim in libris quibuſdam impreſſis Abbas tantum vocatur, erat tamen, ut ex Cod MS. *Lambethano* liquet, Epiſcopus *Hagulſtadenſis*, ſuamque ſedem nobiliſſima Bibliotheca auxit, & ornavit. BEDAE ſuperſtes obiit circa annum DCCXL. Plura ab eo ſcripta commemorant BALAEVS & PITSEVS, & in his librum *de Eccleſiaſticis ſui chori officiis*.

DCCXV. S. GERMANVS *Conſtantinopolitanus* Epiſcopus, *ſacer ille, ac divinus decretorum verae Religionis defenſor*, ut enm in *Chronographia p.* 342. THEOPHANES appellat. In *Auctario Ducaeano*, apud COMBEFISIVM *Orig. Cp.* & in Bibliotheca Patrum Pariſienſi a. 1644. Gr. & Lat. in aliis PP. Bibliothecis latine tantum exſtat *Rerum Eccleſiaſticarum theoria* ſub hujus GERMANI nomine. Id tamen operis CAVEVS GERMANO juniori, qui anno MCCXXII. floruit, adjudicare mavult, quam noſtro, cui ſe infenſiſſimum pro haereticorum more praeſefert.

DCCXX. BABAEVS in urbe *Tirbanae* Provinciae *Gabithha* natus ſub SALIBAZACHAE *Neſtorianorum* Catholici Epiſcopatu non ſolum in patria, ſed

ſed etiam in Provincia *Adiabena* ſacrae Muſices, quae ferme perierat, ſcholas erexit. Ex ejus vero lucubrationibus, de quibus ASSEMANVS ad *Cap.* 123. *Catal.* EBEDIESV *T. III. Bibloth. Orient.*, huc ſpectant *Benedictiones* alphabetikas digeſtae, tum aliae *ſuper ſponſos*, & *ſponſis*; uti & *Cantiones* quaedam. A. C.

COSMAS *Hieroſolymitanus* cognomento ἁγιοπολίτης, quem *S. Iohannes* DAMASCENVS, ut in hujus vita ſcribit IOHANNES *Hieroſolymitanus*, non ſermonum modo ſuorum inſtitutionis, & religioſae exercitationis particìpem habuit, ſed etiam ad libros ſcribendos adhortatorem, *Majumae* Epiſcopus renunciatus fuit; quod tradunt Menaea die Octobris XV. CAVEVS illum perperam cum COSMA ſeniore in captivitatem a *Saracenis* abducto confundit, uti ſcite animadvertit QVIRINVS *Diatriba III. ad offic. Quadrag. Graecor. p.* 175. DCCXXX.

Praeter odas, quae in *Triodiis* COSMAE nomen praeferunt, alii ejuſdem hymni T. XII. *Biblioth. PP.* leguntur. Immo idem QVIRINVS feliciter conjicit, COSMAM noſtrum hymnorum Hagiopoliticorum, quos GOARIVS, DVCANGIVS, COMBEFISIVS, aliique eruditiſſimi viri S. ANDREAE *Cretenſi* adjudicant, auctorem fuiſſe. Certe ANDREAS nuſquam Ἁγιοπολίτης dictus legitur. Porro, ut idem QVIRINVS *p.* 176. animadvertit, errat CAVEVS, quum ait *Triodium* a COSMA primum, dein a THEODORO, & IOSEPHO Studitis elaboratum, demum multis a MARCO Monacho adjectis *Tetraodium* vocatum. Nam nec Triodium *Tetraodium* vocatum umquam fuit, nec *Tetraodium* MARCVS, ſed COSMAS ipſe in Magnum Sabbatum compoſuit, quod tamen MARCVS ad perfectam integri Canonis formam, nonnullis additis odis, perduxit, ut exactius ſcribit idemmet Auctor in diſſertatione *de libr. & offic. Eccleſ. Graec.* quamquam & heic quoque parum recte *Tetroadium* COSMAE non pro certo quodam cantico, ſed pro libro adcipiat. Ceterum inter hymnologos Hagiopolitas COSMAM noſtrum venire potuiſſe κατ' ἐξοχὴν nomine τὸ Ἁγιοπολίτης, nemo in dubium revocabit, qui meminerit celeberrimam trium odarum compagem in honorem Divinae Trinitatis ab eo primum ſtructam fuiſſe; ipſum *Melodi* cognomentum ſibi vindicaſſe; ejuſque non minus, quam DAMASCENI cantionibus Eccleſiaſticis alias pares, teſtante SVIDA, nec repertas, nec reperiendas, dum homines erunt ſuperſtites; qui demum eximia illa, quae de ſacra hujus Poeſi in Menaeorum ſtrophis praedicantur, perpenderit.

VVITHREDVS Presbyter *Anglus* ſcripſit BALAEO, & LELANDO teſtibus. DCCXXX.

De celebratione Paſchatis.

IOHANNES *Damaſcenus*, quem, ut legitur in Praefatione generali ad novam ejus operum editionem a Cl. Viro LEQVIENIO adornatam, inter praeſtantiſſimos doctores ſuos cenſet Eccleſia *Orientalis*, ac praecipuo ſemper honore coluit, in primis propter egregiam rerum divinarum ſcientiam, atque eruditionem, qua omnia fere, & ſingula Chriſtianae fidei myſteria eximia perſpicuitate aut Catholicis ediſſerit, aut adverſus haereticos, praeſertim Iconomachos propugnavit, quod cauſſa fuit, cur *Chryſorroas* (*Damaſci* is fluvius eſt) ob aureae doctrinae fluen- DCCXXX.

ta

A. C. DCCXXX. ta cognominatus sit, sacra quamplurima edidit cantica, queis magna pars officii Ecclesiastici *Graecorum* constat; proindeque ejus nomine Hymni quoque Quadragesimales quandoque insigniti deprehenduntur. Quin etiam QVIRINVS *in offic. Quadrag. Graecor. Diatr. II. p.* 81. *seqq.* multis contendit, Cantica *Triodii* IOHANNIS Monachi nomine praenotata, licet DAMASCENI cognomen omittatur, ad IOHANNEM nostrum pertinere. Certe ejus sunt.

De Christi nativitate, de ejusdem Epiphania, & de Festo Pentecostes Iambi Pentastichi, Aerostichi, ab *Aldo* MANVTIO primum Gr. lat. editi una cum aliis Poetis Christianis, *Venetiis* MDI. 4. & exinde in editionibus DAMASCENI operum fere omnibus. *Paris.* etiam MDLXXXIX. 8.

Oratio ad Christum versibus Anacreonticis composita. Exstat Gr. lat. in editionibus *Paris.*

Varia cantica numeris soluta, de adscensione Christi, de transfiguratione, & in annunciationem DEIPARAE. Habentur Gr. lat. in editione *Basileensi* MDLXXV.

Orationculae quaedam *ad Dominum*, DEIPARAM, *& Archangelum* &c. Exstant latine solummodo.

Ὀκτώηχος, seu ὀκτωήχους, seu *Ecclesiastica Graecorum cantica*, quae *Octoëchi* inscribuntur, auctoribus DAMASCENO, METROPHANE *Smyrnaeo*, & aliis Ecclesiae *Orientalis* doctoribus. Exstant latine in editionibus *Paris.* Graecus textus in Bibliothecis Gallicanis reperitur. Ita CAVEVS. Consule LEQVIENII editionem antea indicatam.

DCCXXXII. EGBERTVS natione *Anglus*, regio *Northumbrorum* sanguine ortus, EADBERTI quippe Regis frater, defuncto VVILFRIDO anno DCCXXXII. Archiepiscopus (non, quod habet OVDINVS, *Cantuariensis*, sed) *Eboracensis* factus est. Fratris sui potentia, & opibus fretus Ecclesiam *Eboracensem* in illustriorem longe statum evexit, & quum elatioris ingenii vir fuerit, pallium a Pontifice *Romano* Sedi suae impetravit. Vir erat promovendis studiis natus, & eruditorum omnium Maecenas optimus, unde nobilissimam Bibliothecam teste MALMESBVRIENSI *de gestis Pontif. Anglic. l.* 3. *p.* 153. *Eboraci* constituit, de qua praeclare ALCVINVS epistola ad CAROLVM M. *Date mihi*, inquit, *exquisitioris eruditionis Scholasticae libellos, quales in patria habui per bonam, & devotissimam Magistri mei* EGBERTI *Archiepiscopi industriam: & si placet Excellentiae vestrae, remittam aliquos ex pueris nostris, qui excipiant quaeque necessaria, & revehant* in Franciam *flores* Britanniae. Obiit EGBERTVS anno DCCLXVII. Episcopatus XXXVI. De eo confer quoque BEDAM in suo *Breviario historiae Anglicae*, & Scholiasten S. LANFRANCI ad epistolam III. Scripsit inter alia EGBERTVS *Poenitentiale*. In Codice quoque X. S. *Crucis in Jerusalem* teste Card. BONA exstat *Romae* hujus operis *Scarpsum*, seu excerpta de *Canonibus Catholicorum Patrum, vel poenitentiae ad remedium animarum*. Ex libro secundo *Canones* 35. edidit SPELMANNVS, qui habentur etiam *Concil. tom.* 6. *p.* 1601. Ampliorem *Poenitentialis* portionem edidit MORINVS in Appendice ad lib. *de Poenitentia* p. 11. Integrum tandem opus ex MS. Collegii Corporis Christi *Cantabrig.* evulgavit *David* VVILKINS *Conc. Brit. Tom. I. p.* 113. *seq.*

ABRA-

ABRAHAM *Bar-Liphae* in ſchola *Byſoſtae*, quae *Sapèſagae* pagus eſt, Ludimagiſtrum egit. Scripſit *expoſitionem officiorum* (divinorum); unde illi cognomen *Commentatoris*, ſeu *expoſitoris*. Vide ASSEMANVM *T. III. Bibl. Orient. ad cap.* 129. EBEDIESV. A. C. DCCL.

ANONYMVS circa haec tempora floruit, qui *expoſitionem Miſſae Romanae* conſcripſit a MARTENIO vulgatam *de ant. Eccleſ. Ritib. lib. I. cap. IV. artic. XI.* DCCL.

ANONVMVS, cujus opuſculum *de Baptiſmo, officio, ac myſticis ſenſibus, eorumque Auctoribus nominatim deſignatis, & de ordine venientium ad fidem, ejuſdemque myſteriis*, exſtat Romae in Codice XXVI. Monachorum *S. Crucis in Ieruſalem*. Vide BONAE *Analecta Liturgico-ſacra* edita in fine ejuſdem epiſtolarum *p.* 368. Inter alia habentur haec tres Symbolorum expoſitiones; expoſitio ſuper Pater noſter, expoſitio Miſſae Canonicae, & formula quaedam Profeſſionis fidei. Auctores vero, qui nominatim deſignantur, ſunt ISIDORVS, AVGVSTINVS, AMBROSIVS, HIERONIMVS, CAELESTINVS Papa, BEDA, IOHANNES (CHRYSOSTOMVS BONAE) LEO Papa, & CYPRIANVS. Hinc non multo poſt BEDAM floruiſſe illum conjicio. DCCL.

THEODOSIVS apud *Tyrrhum* XLIV. circa hunc annum *Syracuſarum* Epiſcopus, ut refert Chriſtophorus SCHOBAR in Catal. Epiſcopp. *Syracuſ.*, concinnavit *Troparia, quae canuntur in veſperis jejuniorum*. DCCLX.

FLORVS Monachus S. TRVDONIS *Leodienſis* dioeceſeos, Congregationis *Gallicanae*, claruit circa an. DCCLX. Scripſit *geſta*, & *paſſiones Sanctorum Martyrum*, ſeu, ut habet VSVARDVS Praefat. in *Martyrol.*, breve, & conciſum antea BEDAE Martyrologium ſupplevit. Teſtatur idem & ADO Praefat. ad *Martyrologium* ſuum: *Martyrologium*, inquit, *quod venerabilis* FLORI *ſtudio in labore Domini* BEDAE *adcreverat*. Vide quae hac de re notant *Bollandiani* Prolog. ad menſis *Martii* tomum II. DCCLX.

Exſtat *Martyrologium iſtud* ſub BEDAE nomine, aliorum tamen pariter ac FLORI additamentis locupletatum, inter BEDAE opera, & alibi ſaepius. Reliqua, quae FLORO Martyrologo adſcribuntur opuſcula, FLORO *Lugdunenſi* deberi cum CAVEO cenſemus.

CAROLVS MAGNVS PIPINI Regis filius a. DCCC. *Romae* a LEONE Papa Imperator unctus, ac coronatus Praeceptores habuit viros aevi illius clariſſimos, in grammaticis *Petrum* PISANVM, a reliquis diſciplinis ALCVINVM *Anglum*, virum undecumque doctiſſimum. Hujus imprimis labore omni politioris litteraturae genere egregie eruditus evaſit, nec minus pietate illuſtris. Obiit a. DCCCXIV. *Aquiſgrani* tumulatus, ubi etiam ceu ſanctus colitur. Inter ejus opera cenſetur. DCCLXVIII.

Libellus ad ALCVINVM *de Sacrificio Miſſae, & ratione rituum Eccleſiae* a *Wolfgango* LAZIO una cum aliis quibuſdam ejuſdem argumenti opuſculis evulgatus Antuerp. MDLX. 8.

Epiſtola encyclica de Baptiſmo, ejuſque ritibus ad ODILBERTVM *Archiepiſcopum* Mediolanenſem a MABILLONIO evulgata, *Analect. tom. I. pag.* 21.

Epiſtola de gratia ſeptiformis ſpiritus ab eodem edita *Analect. tom. 4. pag.* 312.

A. C. *Præfatio in homiliarium* a PAVLLO diacono jussu ejus collectum, ab eodem in lucem emissa *Analect. tom. I. pag.* 25.

Ita CAVE, ut mirandum sit, SALAM CAVEO silentium exprobrare.

DCCLXX. STVRMIO primus Abbas *Fuldensis* florebat. Ad eum spectat libellus, quem Anonymum primus vulgavit MABILLONIVS T. IV. *Analect.*, nempe *ordo officii in domo, seu Ecclesia* Frisingensi *ante Paschα*. Exstat suo Auctori restitutus in libro inscripto: *Vetus disciplina Monastica Paris.* MDCCXXVI. pag. 4.

DCCLXX. GREGORIVS *Syrtae*, quae *Persarum* urbs est, sub IACOBO *Nestorianorum* Patriarcha claruit. Scripsit.

De caussis Festorum.

& canticum, quod incipit: *Parati effote.*

DCCLXXIII. CYPRIANVS *Nisibis* Metropolita circa haec tempora floruit. Praeter *Ordinem Chirotoniae*, seu *impositionis manuum*, quem *Tom. XIII. Codic. Liturg.* ASSEMANVS vulgavit, scripsit *de caussis Festorum*, & Canticum, cujus initium: *parati effote in operibus vestris.*

DCCLXXIV. PAVLLVS gente *Langobardus* claruit circa ann. DCCLXXIV. cujus natales ac res gestas succincte non minus quam eleganter his verbis enarrat VOSSIVS *de hist. lat. lib. II. cap.* 30. „ PAVLLVS VVARNE„ FRIDI, & THEODELINDAE filius, cognomento VVINFRID, „ *Langobardus*: qui prius diaconus fuit *Aquilegiensis*, & DESIDERII, „ ultimi *Langobardorum* Regis Cancellarius. Victo Rege suo, inter no„ biles captivos a CAROLO *Francorum* Rege, abductus fuit: ac pro„ pter prudentiam, & eruditionem egregiam, magno aliquamdiu in ho„ nore fuit. Sed suspectior postea in *Diomedeam* insulam est relegatus, „ unde ad ARICHIN *Beneventanum* Principem generum DESIDE„ RII Regis profugit, eoque defuncto, monachus est factus coenobii „ *Casinensis*. „ Cetera de eo vide apud LEONEM Ostiensem *Chron. Casinens. lib. I. cap.* 15.

PAVLLI est hymnus in honorem S. IOHANNIS BAPTISTAE, quem hodieque recitamus: *ut queant laxis &c.*

Ejusdem est *homiliarium*, seu *homiliae*, lectiones, & postillae, unicuique totius anni festo convenientes in duo volumina distributae, ex SS. AMBROSII, AVGVSTINI, HIERONYMI, ORIGENIS, LEONIS, GREGORII, MAXIMI, & BEDAE, aliorumque operibus desumptae, de quibus consule dicta lib. I. Prodiit homiliarium istud *Spirae* MCCCCLXXXII. fol. *Basileae* MCCCCXCIII. & MDV. *Coloniae* MDXVII. *Lugduni* MDXX. & MDXXV. *Parisiis* MDXXXV. *Coloniae* iterum MDXXXIX. *Parisiis* MDLXIX. &c.

DCCLXXVI. PAVLLINVS *Aquilejensis* Patriarcha, cujus opera notis & dissertationibus illustrata a MADRISIO *Venetiis* prodierunt, *Walafrido* STRABONE teste *de Reb. Eccles. cap.* 25. *hymnos sacros* composuit, qui intercidernnt.

DCCLXXX. FLACCVS ALCVINVS, sive ALBINVS, gente *Anglus*, ex agro *Eboracensi*, ut nonnulli volunt, ut alii, non procul *Loudino* oriundus, primum BEDAE, deinde EGBERTI *Eboracensis* discipulus, Ecclesiae *Eboracensis* diaconus, coenobii *Cantuariensis* Abbas, a CAROLO M. ad aulam adcitus est. Hinc a. DCCCI. eidem CAROLO ex *Italia* redu-

ci

ci gratulatus; tandem ab eo, ut ad Monasterium secedere sibi liceret, aegre impetravit. Igitur in coenobium S. MARTINI *Turonensis* se recepit, ubi reliquum vitae tempus honesto ocio, & instituendis in Schola *Taronica* ab ipso fundata rei litterariae candidatis insumpsit, crebris Imperatoris epistolis ad aulam frustra revocatus. Obiit *Turoni* anno non DCCXC., ut male PITSEVS, sed DCCCIV. 14. Cal. Iun. ipso Pentecostes die. Haec ejus opera sunt in hunc indicem referenda. A. C. DCC LXXX.

Officia per ferias, seu Psalmi secundum dies hebdomadis singulos dispositi, una cum orationibus, hymnis, Confessionibus, & litaniis.

De ratione septuagesimae, sexagesimae, & quinquagesimae epistola.

De Baptismi caeremoniis ad ODVINVM Presbyterum *epistola*.

Plura ei falso tribuuntur, praesertim vero *de divinis Officiis* liber, *sive expositio* Romani *ordinis*. Habetur sub ALCVINI nomine inter alios Scriptores ejusdem argumenti saepius editus, in editione vero operum ALCVINI *Duchesniana* 12. integris capitulis auctus. ALCVINI autem non esse, & post annum M. scriptum esse certo certius constat. Exstat quoque apud CANISIVM *lect. ant. tom. VI. pag.* 366 & inter ALCVINI opera *de Baptismi caerimoniis* alia epistola, seu liber *de ratione rituum S. Baptismatis*; sed eam SIRMONDVS jure ALCVINO abjudicat. Vide infra ubi de AMALARIO.

Denique ut omittam Sacramentarium, de quo diximus T. I. p. 47. homiliarium PAVLLI diaconi in plerisque codicibus ALCVINO male inscribitur, & sub illius nomine typis excusum aliquoties prodiit.

CYRIACVS, ut est in *epitome Bar-hebraei*, quam in historia Chronologica Patriarcharum *Antiochenorum* sequutus est CL. BOSCHIVS, ex *coenobio* Bezonae, a THEODOSIO *Episcopo* Baalbech, *in Synodo, quae in urbe* Haran *habita fuit die VIII., vel ut alii scribunt, XV. Augusti anni* Graecorum *MCIV.* (Christi DCCXCIII.) *in Patriarcham consecratus est*. Obiit autem XXIX. Augusti a. DCCCXVII. Ejus Liturgiam indicat SCHVLTINGIVS *T. III. p. I. pag.* 106. *n.* 26. ex fide IGNATII Patriarchae in haec verba: CYRIACI *Patriarchae* Antiocheni *Liturgia Chaldaice composita an. a Nativitate Domini LVIII.* Mendum irrepsisse, & legendum DCCLVIII. monet SALA in notis *ad* BONAE *librum I. pag.* 175., sed vereor ne cum CYRIACI aetate isthaec correctio satis conciliari possit. Fortasse melius a. DCCXCVIII. adscriberetur. Ceterum hujus Liturgiam memorat quoque DIONYSIVS *Barsalibi in expositione Liturgiae Syrorum* Cod. MS. *Ecchellensi* 36. *cap.* 12. Confer de CYRIACO, ejusque scriptis ASSEMANVM *T. II. Bibliotb. Orient. cap.* 17. DCCXCIII.

THEODVLPHVS gente *Italus*, apud *Gallos Cisalpinos* natus, primum Abbas *Floriacensis*, CAROLO M. carus, & familiaris, a quo circa an. DCCXCIV. vel paullo ante, ad Sedem *Aurelianensem* promotus est, sub Ludovico PIO CAROLI filio, magna in gratia apud aulam floruit, a LVDOVICO missus, ut STEPHANVM Papam anno DCCCXVI. in *Gallia* advenientem honorifice exciperet. Circa an. DCCCXVIII. una cum ANSELMO *Mediolanensi*, & VVOLFHALDO *Cremonensi* conjurationis cum BERNARDO *italiae* Rege adversus LVDOVICVM BERNARDI patruum initae accusatus, sede sua depositus est, & ad monasterium *Andegavense* amandatus. Tandem absolutus crimine, cujus DCCXCIV.

A. C. se reum esse constanter pernegavit, obiit circa annum DCCCXXI. Scripsit *de ordine, & oratione rituum Baptismi* librum ad *Magnum senensem*. In Codice tamen *Corbejensi*, ex quo illum MENARDVS edidit ad libr. *Sacram. S. Greg. M.* pag. 113. Paris. edit. MDCXLII. IOHANNI *Arelatensi* inscribitur, sive id mendose factum, ut SIRMONDVS putavit, sive quod diversa exempla, & MAGNO, & IOHANNI THEODVLPHVS miserit, quemadmodum MABILLONIVS conjecit *T. I. Analect. pag.* 24.

DCCXCVII. IRENE *Orientis* Imperatrix Typicum concinnavit, quod a MONTFAVCONIO latine redditum prodiit in *Analectis Graecis Monachorum* S. MAVRI T. I.

DCCXCVIII. LEIDRADVS, seu LEIDRACHVS gente *Noricus*, &, ut nonnulli volunt, CAROLI M. Bibliothecarius, anno DCCXCVIII. ADONI in Archiepiscopatu *Lugdunensi* successit. Anno autem DCCCXIII. Episcopatu semet abdicavit, & AGOBARDO Chorepiscopo lampada tradens, in Monasterium *Suessionense* secessit; ubi anno sequenti V. Cal. Ianuar. diem supremum clausit. Scripsit librum *de Sacramento Baptismi* ad CAROLVM M. qui exstat apud MABILLON. *Analect. T. III. pag. I. Epistolam ad eumdem de ritibus Baptismi, & abrenunciationibus in eo faciendis solutis* habetur ibid. p. 78.

DCCXCIX. IESSE, seu *Iessaeus*, seu *Tesse*, anno DCCXCIX. Episcopus *Ambianensis* factus est. Quum autem LOTHARII castra contra LVDOVICVM Imp. secutus fuisset anno DCCCXXX., in conventu *Noviomagensi* eo nomine mox jure depositus. Tertio post anno a LOTHARIO per vim restitutus, anno DCCCXXXIV. iterum fugatus est, & LOTHARIO in *Italiam* fugienti se comitem dedit. Obiit anno DCCCXXXVI. Exstat *Epistola* satis prolixa ad dioeceseos suae presbyteros, & plebem *de expositione rituum Ecclesiae in Baptismate* praesertim usurpatorum, quam licet in extrema parte mancam edidit *Iohannes* CORDESIVS cum HINCMARI opusculis *Paris.* MDCXV. 4. *p.* 664. exinde *in Biblioth. Patr. Tom. XIV. p.* 67.

DCCC. MAGNVS *Senonensis* Archiepiscopus scripsit *de mysterio Baptismatis* jussu CAROLI M. Vide MARTENIVM *de ant. Eccles. rituh. lib.* 1. *cap.* 1. *artic.* 17. ubi ex *Sequeriano* Codice illum edidit.

DCCCIV. OLDIBERTVS, sive ODELPERTVS cognomento *Crassus Mediolanensium* Archiepiscopus circa annum DCCCIV. factus est. PIPINVM CAROLI M. filium hospitio adcepit, & morienti pie ministravit; BERNARDVM in *Italia* Regem coronavit. Obiit anno DCCCXIV. Vide SAXIVM in Episcopis *Mediolanensibus*. Sententiam ejus, ut & plurium aliorum istius temporis Episcoporum, de Baptismo, per epistolam rogaverat CAROLVS M. in cujus gratiam librum de *Baptismo* condidit OLDIBERTVS noster. Habetur MS. in Bibliothecae *Augiensis* Codice, unde epistolam praefatoriam, & libri capitum 22. lemmata extulit Ioh. MABILLONIVS *Analect. T. IV. pag.* 317.

DCCCVIII. IOSEPHVS Studites THEODORO *Studitae*, cujus frater erat, non tam sanguine, quam litterarum communione, monastico apud Sacccudionis coenobium instituto, & sacrarum imaginum adversus Iconomachos defendendarum studio conjunctus. Evectus est ante annum DCCCVIII.

VIII. ad *Theſſalonicenſem* Archiepiſcopatum. Vitam ejus compendio exhibent Menaea XV. Iulii. Plures ab eo ſacros hymnos fuiſſe compoſitos teſtantur CODINVS *in originibus Conſtantinopolitanis*, ubi de aede S. ROMANI, & Anonymus *de antiquitatibus Conſtantinopolitanis* ab *Anſelmo* BANDVRIO evulgatus. A. C.

PHILOXENVS Epiſcopus *Bagdadi* ad *Tigrin* ripas, non quod aliis vitium eſt, *Babylonis* ad *Euphratem* ſitae BASILIVS quoque dictus eſt, & ante Epiſcopatum *Lazarus Bar-ſapta* vocabatur. Floruit ſub initium ſaeculi IX. ut oſtendit ASSEMANVS T. II. *Biblioth. Orient. cap.* 19. DCCCX.

Scripſit tractatum *de officiis Eccleſiaſticis* teſte *Bar-hebraeo in Ethicis*.

Praeterea *Anaphoram* condidit a SCHVLTINGIO memoratam, & latine redditam a RENAVDOTIO *T. II. pag.* 399 qui ſcite obſervat, duas ex ea precationes ſub LAZARI nomine referri in Liturgia *Iohannis* MAGNI Patriarchae *Iacobitarum*.

AMALARIVS, ſeu AMALHARIVS, *Fortunatus* dictus, anno DCCCXI. a CAROLO Imp. ad imbuendos fide Chriſtiana *Saxones Tranſalbianos* legatus eſt; ubi fundata Eccleſia *Hamburgenſi*, anno ſequenti in *Gallias* revertitur; & ad encyclicas CAROLI *de Baptiſmo* litteras ſcripto libello reſponſum dedit. Anno DCCCXIII. *Conſtantinopolim* ad pacem cum *Graecorum* Imperatore confirmandam miſſus eſt. Anno DCCCXIV. ex *Oriente* reverſus, paullo poſt diem obiit. Exſtat inter opera ALCVINI *liber de ratione rituum S. Baptiſmatis* ALCVINO falſo inſcriptus, quippe integro octennio poſt illius mortem, & ab Epiſcopo quodam ſcriptus; quem quidem AMALARIVM fuiſſe ex Codicis *Petaviani* auctoritate conſtat. DCCCX.

AMALARIVS, *Metenſis* Diaconus, & ut nonnulli volunt, Epiſcopali infula tandem donatus, rectius vero *Metenſis* Chorepiſcopus. Certe anno DCCCXXV. AMALARIVS quidam incertae ſedis Epiſcopus, a Synodo *Pariſienſi* ad LVDOVICVM Imp. *Aquiſgranum* miſſus eſt, ut ad eum collectiones ex patrum ſcriptis de imaginibus deferret. Ut ut eſt, AMALARIVS Diaconus claruit ab anno circiter DCCCXII. uſque ad ann. DCCCXXXVI. & forſan diutius. Poſt annum DCCCXXVII. a LVDOVICO Imp. ad GREGORIVM IV. Papam legatus eſt: nec de eo quid amplius liquet. Scripta ejus ſunt. DCCCXII.

De divinis ſive *Eccleſiaſticis officiis libri* 4. ad LVDOVICVM Imp. circa ann. DCCCXXVII. certe poſt ann. DCCCXIX. ſcripti. De hoc opere ſic *Boſtonus* BVRIENSIS. Scripſit AMALARIVS ad LVDOVICVM Regem *de officiis Eccleſ.* libros 4. quorum principium (*Gloriosiſſime*) finis (*orationes*). Unde liquet poſtrema dno 4. libri capita adjectitia eſſe; ſicut nec in indice capitulorum quarto libro praefixo ea comparent. Inde etiam patet, alterius cujuſdam eſſe adſumentum prolixum illud Supplementum, quod edidit MABILLONIVS *Analect. T. II. p.* 96. & in *Biblioth. Patrum T. XIV. p.* 934. Hos AMALARII libros in compendium redegit *Willielmus* MALMESBVRIENSIS. Hujus praefationem una cum duobus epilogis a *Iohanne* BATTELY adceptam edidit ALLIX. ad calcem praefationis *in Iohannis Pariſienſis determinationem de modo exiſtendi Corpus Chriſti in Sacramento Altaris* Londini MDCLXXXVI. 8. pag. 82.

De

A. C. DCCCXII. *De ordine Antiphonarii liber*, post annum DCCCXXVII. scriptus. Exstat una cum quatuor libris *de divinis officiis* inter alios ejusdem argumenti Scriptores Paris. MDCX. fol. *p.* 305. 503. & in *Biblioth. Patr. Tom. XIV. pag.* 1032.

Eclogae in Canonem Missae a BALVTIO editae *Capitular. Tom. II. pag.* 1352. recusae deinde a MABILLONIO *T. II. Mus. Ital. pag.* 549. & a *Dominico* GEORGIO *in append. ad Tom. III. de Liturg. Rom. Pont. pag.* 338. ex Codice Reginae *Svecorum*, aliisque Vaticanis Codicibus. Sunt autem Eclogae brevis quidam Commentarius in ordinem Romanum. Has indicat FLORVS *Lugdunensis* in opusculo adversus AMALARIVM, a MARTENIO edito in Collectione amplissima *Anecdotorum Tom. IX. pag.* 644. ubi de hac AMALARII Ecloga, & de libris Ecclesiasticorum officiorum ita scribit, *Libellum* (AMALARIVS) Romani *ordinis tantae auctoritatis habet, ut eum pene ad verbum nitatur exponere: & tamen statim sibi ipse contrarius adserit, hunc Romano Archidiacono, cujus traditionibus gloriatur, ignotum*, ut mirum sit, DVPINIO visum id opus AMALARIO suppositum. MANSIVS in notis ad FABRICII Bibliothecam *mediae & infimae latinit. T. I. p.* 78. tertium nescio quem AMALARIVM *Lugdunensem* Chorepiscopum sibi confingit, cui quae *Metenses* cum SIRMONDO tribuimus, opera sint adscribenda.

DACHERIVS *T. VII. Spicil. p.* 164. sex AMALARII nostri epistolas edidit. Harum ultima est *de observatione Quadragesimae*. Priores vero quae *de nomine* IESV tractant, sunt posteriorum caput libri III. *de officiis Ecclesiasticis*, quod in editis exemplis desideratur, licet in capitum indice notatum sit. In ea autem, quam ad GVNTARDVM scripsit, epistola AMALARIVS disquirit, num Sacerdoti post sumptam Eucharistiam longo tempore a sputi ejectione abstinere necesse sit.

DCCCXIII. THEODORVS duorum, quae *Constantinopoli* exstabant, coenobiorum, *Studii* scilicet (unde & *Studites* dictus) & *Succudiorum* Abbas, cujus vitam describit MICHAEL *Studita* ejus discipulus, carceres, exiliumque pro Catholica fide ab Iconomachis principibus passus est. De ejus obitu, qui in annum incidit DCCCXXVI. epistolam encyclicam dedit NAVCRATIVS Confessor a COMBEFISIO editam in *Auctario Biblioth. PP. Graec. T. II. pag.* 855. quam tamen CAVEVS pro suo in sacras imagines odio *ineptissimam* vocat. Nos enimvero laudatus MICHAEL docet, Quadragesimalia *Graecorum* quamplura Triodia jure ac merito THEODORVM auctorem praeseferre, eaque priscis pariter temporibus inter matutinas laudes in Ecclesiis decantari consuevisse, magnoque in pretio habita propter sermonem humilem quidem, sed ad utilitatem compositum, & omnino sanum, unde fidelium corda longe magis, quam ex turgida oratione, concinnis verbis, & quavis alia exquisita eruditione, solis mulcendis auribus nata conterantur, Confer *Angelum Mariam* QVIRINVM *ad offic. Quadrag. Graec. Diatr. II. pag.* 50. *seqq.*

DCCCXIII. AGOBARDVS gente *Gallus*, natus (ut ex brevi Martyrologio, ad quod paucula quaedam manu sua adnotasse videtur AGOBARDVS, nos docet MABILLONIVS *It. Ital. sect.* 14. *pag.* 68.) an. DCCLXXXII. ex *Hispania in Galliam Narbonensem* venit; anno DCCCXIII. LEIDRA-

DO

DO Archiepiſcopo *Lugdunenſi* ſenectute gravato Coepiſcopus ſubſtitutus eſt; eoque paullo poſt in Monaſterium *Sneſſionenſe* ſecedente an. DCCCXVI. thronum *Lugdunenſem* deinceps ſolus tenuit. Inter ejus libros, quos primum *Papyrius* MASSONVS Pariſ. MDCV., deinde *Stephanus* BALVZIVS ibid. a. MDCLXVI. collegit, ac vulgavit, noſtri ſunt argumenti. A. C.

Libri tres, quos ſcripſit adverſus AMALARIVM. 1. *de Pſalmodia*. 2. *de correctione Antiphonarii*. 3. contra libros quatuor AMALARII, ſeu ejus librum *officialem*. Corrigitur tamen corrector AMALARII AGOBARDVS a THOMASIO in not. *ad Reſponſ. & Antiph. Rom.* ubi quaſdam AMALARII reſtitutiones lib. II. ab AGOBARDO improbatas vindicat ad fidem veterum Codicum Eccl. Rom.

MAXENTIVS Patriarcha *Aquilejenſis* epiſtolam ſcripſit ad CAROLVM M. *de ritibus Baptiſmi, eorumque ſignificatu* editam a *Bernardo* PEZIO *T. II. Anecdot p.* 11. *pag.* 12. DCCCXIII.

HALITGARIVS Epiſcopus *Cameracenſis*, & *Atrebatenſis* anno DCCCXVI factus, anno DCCCXXIII. cum EBBONE *Rhemenſi* ad *Danorum* fines Evangelii praedicandi ergo profectus eſt, eodemque anno menſe Novembri conventui *Compendienſi* interfuit. Anno DCCCXXV. a Synodo *Pariſienſi* ad LVDOVICVM Imp. miſſus eſt; ut collectionem ſententiarum ex patrum ſcriptis de imaginibus in ſynodo elaboratam deferret. Anno DCCCXXVIII. a LVDOVICO Imp. ad MICHAELEM *Balbum Conſtantinopolim* fuit legatus. Anno DCCCXXIX. Sanctorum reliquiis onuſtus ex *Oriente* rediit, & Concilio *Pariſienſi* praeſens ſubſcripſit. Obiit anno DCCCXXXI. Scripſit *opus de vitiis, & virtutibus, remediis peccatorum, & ordine vel judiciis poenitentiae ſex libris abſolutum*. Horum quinque priores ediderunt tum H. CANISIVS *Tom. V. part. II. pag.* 227., tum Bibliothecae patrum curatores *Tom.* 14. *p.* 906. Nos quoque emendatius dedimus lib. I. Sextum vero, qui nil aliud eſt, quam Eccleſiae *Romanae Liber Poenitentialis*, ab HALITGARIO ex Eccleſiae iſtius ſcrinii exſcriptus, primus edidit STEVARTIVS *Supplement. Caniſ. pag.* 693. deinde *Hugo* MENARDVS in notis ad GREGORII Sacramentarium Pariſ. MDCXLII. & *Iohannes* MORINVS in appendice ad lib. *de poenitentia p.* 3. Praefationem HALITGARII in hoc poenitentiale *Romanum* apud STEVARTIVM videre eſt. *ibid. pag.* 713. DCCCXVI.

THEODORVS, & THEOPHANES GRAPTI fratres. De his Menaea XI. Octobris haec habent. „ Hi piis parentibus orti *Paleſtinae* „ incolis, atque hoſpitalitatem ſectantibus eorum cura omnibus tum „ ſacrae, tum graecanicae Philoſophiae praeceptis eruditi, monaſtico „ dein ſe addixerunt inſtituto, atque ita demum per manus impoſitionem presbyteri inſtituuntur. Impio autem THEOPHILO adverſus „ ſanctas Imagines furente, eaſque adorari vetante, hi ab illius tempore Civitatis ſanctae Patriarcha ad Regem Chriſti oſorem cum li„ bello ablegantur; quem quum veluti infectum coram coarguiſſent, „ ambo in arctam cuſtodiam detruſi diu macerantur. Dein impius Rex „ rurſus ad ſe advocans beatum THEODORVM, hunc verberibus „ male adceptum, ac ejus fronti verſibus jambis inſculptis (unde *Gra*„ *pti* nomen illi inditum) rurſus cuſtodiae mandavit; THEOPHA„ NEM DCCCXVIII.

A. C. „ NEM autem, qui paria paſſus fuerat (*Graptus* propterea & ipſe di-
„ ctus) *Theſſalonicam* relegat. Hic mortuo ſceleſto THEOPHILO, a
„ fidelibus Regibus THEODORA, & MICHAELE revocatus, Me-
„ tropolita *Nicaenae* Eccleſiae renunciatur a METHODIO Patriarcha,
„ cujus opera Chriſtianis infeſta haereſis deſierat. Itaque quum eam
„ Eccleſiam, ac gregem religioſe gubernaſſet, ex hac vita commigra-
„ vit. „ Haec fuſius narrantur in vita Sancti THEODORI *Grapti* a COMBEFISIO in *Manipulo Originum*, *Rerumque Conſtantinopolitanarum* ex Codice Bibliothecae Regiae *Pariſienſis*. Non dubitaverim, quin etiam THEODORVS in canticis pangendis verſatus fuerit. THEOPHANIS autem multa ejuſmodi in Triodiis ſunt ab eo perſcripta. In his eſt Canon Epinicius Dominica prima Quadrageſimae pro feſto reſtitutionis ſacrarum Imaginum, quem Graeco-latinum BARONIVS edidit ad ann. DCCCXL. Hunc quidem CAVEVS THEOPHANI ſenioris *hiſtoriae Byzantinae* Scriptoris, qui ISAACIVS a Patre cognominatus eſt, adjudicavit; ſed ipſum, de quo in hoc Canone agitur, argumentum repugnat, quum duobus ſaltem, & viginti annis ante reſtitutas imagines THEOPHANES ISAACIVS e vita exceſſerit. Confer QVIRINVM *ad offic. Quadr. Graecor. diatr. II. pag. 96. ſeqq.*

DCCCXX. IOSVE *Bar-nun* TIMOTHEO Patriarchae ſuo quondam Condiſcipulo a. DCCCXX. ſucceſſit. Sedit autem quatuor annis, obiitque anno aetatis LXXXIV. EBEDIESV in Catal. *cap.* 89. adfirmat eum ſcripſiſſe.

De diſtinctione officiorum,
Nec non interpretationes, & de
Virtute hymnorum.

DCCCXXIX. CASIA, quae & ICASIA, atque adeo CASSIANA, imperio repulſa a THEOPHILO Imperatore Monaſterium *Conſtantinopoli* condidit *Studiano* proximum, ubi teſte LEONE Grammatico vitam contemplativam, & philoſophiam exercens, Deoque ſoli vivens, ad vitae ſuae finem editis, relictiſque pluribus ingenii monumentis perſeveravit. Canones, & Stichera CASIAM compoſuiſſe teſtantur praeter *Theodorum* PRODROMVM CODINVS in *Antiquitatibus Conſtantinopolitanis*, & Anonymus BANDVRIANVS *de antiquitatibus ejus urbis*, immo Hirmos quatuor Odarum Canonis Sabbati Sancti ab ea profectos novimus. Conſule QVIRINVM *Diatr. III. ad offic. Quadrag. Graecorum p.* 130. & 186.

DCCCXXXVII. FLORVS, aliis *Drepanius* FLORVS *Magiſter* dictus, Diaconus *Lugdunenſis*, claruit anno DCCCLXXXVII. quo Concilio *Carliacenſi* interfuit, ut ſe in antiquo Codice MS. legiſſe monet *Margarinus* BIGNAEVS. Eum ob praeclaram eruditionem, & indefeſſam legendi, ſcribendique aſſiduitatem, plurimum laudant *VValafridus* STRABO, & VVANDALBERTVS Praef. ad *Martyr*. Exſtat hujus Commentarius, ſeu expoſitio *in Canonem Miſſae* cum aliis ejuſdem opuſculis ex *Petri Franciſci* CHIFFLETII editione *Biblioth. PP. Lugd. T. XV. p.* 62. & integrior, atque emendatior cum opuſculo adverſus AMALARIVM *Lugdun. de Corpore Chriſti tripartito* apud MARTENE *T. IX. Collect. ampliſſ. Monum. pag.* 579. Card. BONA *lib. II. Rer. Liturgic. cap.* 14. §. 1. monuit in

in Bibliotheca Reginae *Svecorum* duos hujus Commentarii Codices exſtare, ex quibus ſuppleri multa poſſent, quae in editis deſiderantur. A. C.

IOHANNES *Darae* Metropolita inter octavum, & nonum ſaeculum clarnit, ut conſtat ex *Chron. Barhebraei fol.* 285. ex quo liquet IOHANNEM *Darenſem* (de cujus aetate huc uſque a viris eruditis dubitatum fuit) in vivis fuiſſe anno Chriſti DCCCXXXVII. quo *Dionyſius* TELMARENSIS Patriarcha *Chronicon* ſuum eidem DARENSI nuncuparum claudit. In vetuſtiſſimo Cod. membranaceo ante annum Chriſti DCCCCXXXII. exarato, qui olim ad *Abr.* ECHELLENSEM pertinuit, nunc vero in Bibl. Vat. ſervatur inter Codd. *Echellenſ.* num. 16. exſtant *Johannis* DARETIS *de Sacerdotio libri quatuor*, quorum capita *Iob. Aloyſius* ASSEMANVS *T. IX. Cod. Liturg. p. XXI.* ſummatim exhibet, ut ab Anouymo, *Iohannis* tamen MARONIS, hoc DARENSIS opus diverſum plane eſſe perſuadeat. Ejuſdem DARENSIS *Anaphoram* laudat auctor Catalogi Liturgiarum apud SCHVLTINGIVM *T. III. p. I. pag.* 106. *n.* 25. DCCCVII.

GRIMOALDVS, ſive GRIMOLDVS Abbas S. GALLI ab ann. DCCCXLI. ad DCCCLXXII. *Ludovici* PII Imp. Archicapellanus S. GREGORII M. *Sacramentarium*, quod interpolatum invenerat, recenſuit, eique ipſe librum ſecundum ex opuſculis SS. PP. excerptum ſubjunxit. Vterque a PAMELIO vulgatus eſt *Liturgicon T. II.* DCCCXLI.

METHODIVS *Homologeta*, ſeu *Confeſſor* dictus, natione *Siculus*, apud *Syracuſas* parentibus nobilibus, divitibuſque ortus, domeſtica educatione perpolitus *Conſtantinopolim* profectus eſt, ibique monaſticum vivendi genus amplexus, in *Chio* inſula, exſtructo monaſterio ſedem collocavit. Poſt haec NICEPHORI expatriarchae *Conſtantinopolitani* apud PASCHALEM Papam, qui obiit anno DCCCXXIV. apocriſarius factus in *Graeciam* reverſus multa pro Sacrarum Imaginum cultu a *Michaele* BALBO, & THEOPHILO peſſimis Imperatoribus paſſus eſt. Anno autem DCCCXLII. a MICHAELE III. *Porphyrogenneta* Patriarcha *Conſtantinopolitanus* factus, habita mox Synodo imagines *Graeciae* reſtituit. Obiit ann. DCCCXLVII. die 14. Iunii, ut habent Acta IOHANNIS Anachoretae apud METAPHRASTEN, ſeu potius DCCCXLVI. ut ex NICETA *Paphlagone* CVPERVS oſtendit in hiſtoria Chronologica Patriarch. Conſtantinopolitanorum. DCCCXLII.

Canones METHODII Poenitentiales habentur in BALSAMONIS Graeco canonum volumine, quod latine verſum edidit *Gentianus* HERVETVS. Vide quae de iis habet BARONIVS ad ann. DCCCXLII. *num.* 26. *&c.* HARMENOPVLVS in *epit. Canon.* 4. citat ſub nomine *Διαγνώσεως*, METHODII Iunioris Patriarchae eſſe contendit ARCVDIVS, cui tamen hac in re meliori ratione ductus Leo ALLATIVS ſuffragari nollet.

VVALAFRIDVS STRABO, ſeu STRABVS dictus, ortu *Germanus*, vitae inſtituto Monachus *Benedictinus*, RHABANI *Mauri Fuldenſis* diſcipulus, coenobii S. GALLI Decanus, tandem anno DCCCXLII. *Augiae majoris* in dioeceſi *Conſtantienſi* Abbas creatus eſt. Obiit anno DCCCXLIX. Vir doctus, & ſapiens, & Litterarum ſcientia ante alios illuſtris; ut ISONIS Monachi *Sangallenſis* de eo verbis utar. Exſtat ejus *de officiis divinis, ſive de exordiis, & incrementis rerum Eccleſiaſticarum* liber. Prodiit inter alios argumenti ſimilis Scriptores cura *Iob.* COCHLAEI DCCCXLII.

A. C. CHLAEI *Moguntiae* MDXLIX. Inter Scriptores *de divinis officiis*, cura *Melch.* HITTORPII, Paris. MDCX. *p.* 661. in *Bibliotheca Patr. Lugd.* Tom. 15. *p.* 181-198.

DCCCXLV. ELDEPHONSVS, seu *Idelphonsus Hispanus*, ut ajunt, Episcopus, *Revelationem* sibi eo anno oblatam in commentarium retulit, ubi quae *Hostiarum in S. Eucharistia* inscriptio, quantitas, numerus, pondus, figura &c. sit, mystice exponit. Edidit hoc opusculum MABILLONIVS ad calcem suae de *azymo*, & *fermentato* dissertationis *Parisiis* MDCLXXIV. 8. recusumque fuit in nova *Mabillonianorum Analectorum* editione Parisiis MDCCXXIII. pag. 549.

DCCCXLVI. PRVDENS, sive PRVDENTIVS, gente *Hispanus Trecarum* in *Gallia* Episcopus; claruit anno DCCCXLVI., quo Synodo *Parisiensi* interfuit. Ejus *Pontificale* saepius a MARTENIO citatur in libris *de antiquis Ecclesiae ritibus*.

Hymnos Ecclesiasticos ei tribuit LYSERVS in *historia Poetarum medii aevi*, ex quibus excerpta quaedam dedit Abbas le BOEVF T. I. dissert. Gallicarum ad Francicam illustrandam historiam editarum.

DCCCXLVII. RHABANVS MAVRVS ex Abbate *Fuldensi Moguntiae* urbis patriae renunciatus a. DCCCXLVII. Episcopus, obiit a. DCCCLVI. Praeter RVDOLFVM Presbyterum, qui ejus acta descripsit, a *Bollandianis* T. I. *Febr.* & a MABILLONIO *saec. Bened. IV. part. II.* editum confer de eo * *Francisci* BVDDEI dissertationem de RHABANO *Icnae* a. MDCCXXIV. & FABRICII *Bibliothecam Med. & Inf. lat. lib. XVII. T. VI. pag.* 25. Ad RHABANI opera quod spectat, haec nostri sunt argumenti: *de Institutione clericali* libri tres, quos RHABANVS a. DCCCXIX. conscripsit; vulgavit autem HITTORPIVS. Carmen ad HEISTVLFVM Abbatem his libris adjunctum BALVTIO debemus *Miscell. lib. IV. p* 553.

De sacris ordinibus, Sacramentis divinis, & vestimentis Sacerdotalibus. Exstat hoc opusculum in quo multa ex libro primo *de institutione Clericorum* repetita sunt, Tom. VI. operum RHABANI Colon. edit. MDCXXVII.

De disciplina Ecclesiastica libri tres, quorum priores duo aliquot capita ex iisdem *de institutione* libris desumpta exhibent, eodem *tomo VI.* leguntur.

De quaestionibus Canonum Poenitentialium. Prodierunt primum in *Petri* STEVARTII *auctario Canisiano*. BALVTIVS autem REGINONI a se *Parisiis* vulgato addidit praenotatas *epistolae* nomine *ad* HERIBALDVM *Antissiodorensem Episcopum*.

De vitiis, & virtutibus, de peccatorum satisfactione, & remediis, sive poenitentiis libri III. quos HALITGARIO nonnulli adjudicant.

Poenitentium liber unus. Exstat inter *Canones Poenitentiales* Antonii AVGVSTINI, *Venetiis* MDLXXXIV. Vide Bibl. Nostrae lib. I. pag. 310. seqq.

Martyrologium a STEVARTIO in *auctario Canisiano* erutum: Duos hujus Prologos habemus; alterum enim versibus ad GRIMOLDVM Abbatem, alterum RATLEICO Abbati *Selengistadiensi* inscriptum, illum a CANISIO *T. IV. ant. lect. p.* 326., hunc a MABILLONIO *Analect. nov. edit. p.* 418. evulgatum.

DCCCL. VVANDELBERTVS diaconus, & Monachus *Prumiensis* ord. S. BENEDICTI auctor fuit Metrici *Martyrologii*, quod VSVARDI Martyrolo-

rologio a *Iohanne* MOLANO *Lovanii* MDLXVIII. subjunctum, immo & inter opera BEDAE illarum Tomo I., auctori, & quoad licuit, nitori suo ex Codice *Isaaci* VOSSII restituit DACHERIVS *Spicil T. V. p.* 305. Interpolatum tamen & hoc DACHERII exemplum monet MANSIVS in not. ad FABRICII Bibliothecam *med. & inf. lat. T. VI. p.* 315. A. C.

RODRADVS Presbyter *Ambianensis*. Sacramentarium S. GREGORII M. recensuit, in duos libros distribuit, suaque manu descripsit in Codice, qui in Bibliotheca S. PETRI *Corbejensis* adservatur. Vide dicta lib. I. DCCCLIII.

IOSEPHVS *Siculus*, de quo Menaea ad d. III. Aprilis. IOHANNES Diaconus apud MARACIVM in IOSEPHI *Hymnographi Mariali* haec habet de illius hymnis, unde *hymnographi* cognomen indeptus est. *Suavissimas melodias ab eo scriptas in Virginem, ac Dei Matrem, quae ineffabiliter Verbum concepit, adsidue legens, ac decantans, lacrymarum maria plenis oculis effundet, & mente colliquefactus, immateriali sensu spiritualibus compunctionis delciis perfruetur. Hae autem melodiae sexcentae sunt, quae ab eo variis commutationibus, & sonorum concisionibus, variisque rhythmorum differentiis compositae dulcedinem quodammodo, atque odorem suavitatis aromatizant. Est porro aliquis, qui Sancti illius, qui concurrenti die ab Ecclesia Dei honoratur, vitam addiscere cupiat? Capessit, ac legat hi psissimas illius cantica, & in unoquoque eorum, qui canuntur, vitae Sancti illius rationem recognoscat.* Confer QVIRINVM *ad off. Quadr. Graecor. diatr. II. pag.* 69. cum eodem MARACIO disputantem, num cantica universa, quae in divinis *Graecorum* officiis IOSEPHI nomine praenotantur, hunc, de quo agimus, auctorem habeant. DCCCLIII.

ANGELOMVS *Luxoviensis* in *Burgundia* Monachus Ord. *S Bened.* TRITHEMIO teste *librum de divinis officiis* conscripsit. Confer de eo DVPINIVM, * CAVEVM, & * FABRICIVM *T. I. Bibl. M. & I. L. pag.* 99. DCCCLVI.

ADO *Viennensis* in *Gallia* Episcopus, cujus celeberrimum est Martyrologium a *Iacobo* MOSANDRO primum T. VII. SVRII, deinde a ROSVVEIDO *Antuerpiae* MDCXIII. tandem a *Dominico* GEORGIO *Romae* MDCCXLV. excusum. Nec tamen post tot Doctorum hominum curas purum illud, absolutumque habemus. *Georgianam* ego editionem cum aliis MSS. Codicibus contuli. Fortasse si quando *Hieronymianum* FLORENTINII Martyrologium cum CL. MANSII, meisque adnotationibus recudere licuerit, haec variarum ad *Adonianum* Martyrologium lectionum excerpta cum aliis Martyrologiis & Calendariis vel inedits vel ad Codices emendatis, quae mihi praesto sunt, uberrimae appendicis loco subjungam. DCCCLIX.

SALVVS Abbas *Alveldensis* in *Navarra* Monasterii scripsit *Hymnos, Orationes, versus & hymnos*, ut in appendice ad IDELPHONSVM *de Script. Eccles.* legitur in Biblioth. Eccles. FABRICII p. 68. Confer *Nicolai* ANTONII *Bibliothecam Vet. hisp. lib. VI. cap.* 14. *num.* 348. DCCCLXII.

MOSES *Bar-Cepha* claruit circa finem saeculi noni. A puero vitam religiosam coluit in Coenobio SERGII, quod situm est in monte *Saio* e regione urbis *Balat*, quae exstat ad *Tigrim* fluvium. Electus fuit in DCCCLXIII.

A. C. Episcopum *Mosul*, & *Beth-Raman* & *Beth-Chiuniae*, & SEVERI nomen adsumpsit. Episcopatum tenuit annos XL. & *Tagritensium* Ecclesiam, proprio Episcopo viduatam, per decennium jusso Patriarchae *Iacobitarum* visitavit, rexitque. Obiit Ao. Christi DCCCCIII. die 12. Febr. Scripsit.

Anaphoram a RENAVDOTIO latine redditam *T. II. Liturg. Orient.*

Expositionem Anaphorae. Hujus meminit BARSALIBAEVS *in Expositione Missae Syriacae cap.* 10. 12. & alibi.

Commentarium *de sacro chrismate* capitibus 50. comprehensum.

De Baptismo tractatum.

DCCCLXVII. BASILIVS MACEDO *Michaele* Imp. a quo officiorum Magister, filius adoptivus, ac demum Caesar renunciatus fuerat, immissis sicariis sublato imperii fasces adripoit. BARONIVS ad ann. DCCCLXXXVI. BASILIVM, ut Menologium *Graecorum* scriberetur, augeretur, & pictis imaginibus decoraretur, curasse scribit. Id tamen ALLATIVS *de libr. Eccles. Graec. diss.* 1. *p.* 84. BASILIO juniori, qui anno DCCCCLXXVII. imperium tenuit, adscribendum putat.

DCCCLXXVI. VSVARDVS S. GERMANI *Parisiensis* Monachus jussu *Caroli* CALVI Martyrologium ex ADONE, FLORO, aliisque id genus Scriptoribus contexuit. *Lubecae* primum prodierat a. MCCCCLXXV. saepius deinde excusum fuit, dum illud cum plurimis MSS. editisque Codicibus incredibili labore collatum, egregiis adnotationibus illustratum, & doctissima praefatione ornatum *Ioh. Baptista* SOLLERIVS dedit *Antuerpiae* MDCCXIV. BOVILLARTIVS tamen *Benedictinus* novam hujus Martyrologii editionem ad *Pratensem* Codicem, a quo SOLLERIVS saepius discesserat, *Parisiis* curavit. Marchio de CAMBIS *Avenione* in suo Museo *Visuardini* Martyrologii optimum Codicem habuit, quem in suorum MSS. Codicum Catalogo pereenset *pag.* 545. *seqq.*

DCCCLXXX. REMIGIVS Monachus Coenobii S. GERMANI *Autissiodorensis*, de quo accuratissime agunt *Benedictini* in *historia litteraria Galliae T. VI.* Exstat T. XVI. Bibliot. PP. Lugd. ejus *Expositio Missae*, quae tamen vix aliud est, quam cap. XL. vulgati Alcuiniani libri *de divinis officiis*, ut ab ECCARDO observatum est *Rer. Francic. lib. XXVII.* Forte haec *expositio* liber est *de divinis officiis*, quem REMIGIO TRITHEMIVS adjudicat. MARTENIVS vero *lib. II. de ant. Eccles. ritib. cap. XIII.* Ordini XI. REMIGII nostri tractatum *de dedicatione Ecclesiae* subjecit.

Idem TRITHEMIVS librum indicat *de Festivitatibus Sanctorum* a REMIGIO conscriptum.

DCCCLXXX. GEORGIVS Ecclesiae *Constantinopolitanae* Cartophylax, deinde Archiepiscopus *Nicomediensis*. Ejus opera edidit COMBEFISIVS *T. I. Auctarii Novi Gr. lat. Bibl. PP.* In his.

Idiomela tria, scilicet in Festum Praesentationis S. MARIAE, in S. *Ioh.* CHRYSOSTOMVM, & in Patres *Nicaenos*.

DCCCLXXXVI. LEO cognomento *Philosophus*, & *Sapiens* mortuo BASILIO Kal. Martii a. DCCCLXXXVI. Imperium suscepit.

Nonnulla troparia matutina sub finem libri, qui praenotatur παρακλητικη, descripta sunt hujus Imperatoris; eadem forte, quae matutina Poemata XI. cum notis musicis ab *Alexandro* BARVOETIO indicata in Catal. MSS. Biblioth. *Scorialensis*.

Ex-

Εωθινα ejus διηγηματα exſtat ad calcem *Oſtœechi Graecorum*. *Canticum compunctionis* ex meditatione extremi Judicii a *Iacobo* PONTANO *Ingolſtadii* latine editum MDCIII. eumdem auctorem habet. A. C.

Odarium ejuſdem Cantanyctícum memorat LAMBECIVS *lib. V. Bibl. Vindob. p.* 295.

REGINO natione *Germanus*, primo Monachus *Prumienſis*, deinde anno DCCCXCII. FARABERTO Abbate regimen abrenunciante unanimi Monachorum conſenſu ſucceſſor electus eſt. Verum praefecturam non diu tenuerat, quum Monachorum quorumdam aemulorum invidiae poſt ſeptennium cedere coactus eſt. Privatam deinde vitam vixit in S. MAXIMINI Coenobio, obiitque circa annum DCCCCVIII. Scripſit *de Harmonica inſtitutione* ad RATBODVM Archiep. *Trevirenſem* & *Lectionarium totius anni*. Exſtat hoc MS. cum inſcriptis notis Muſicis *Lipſiae* in Bibliotheca Senatus, & *Vlmae* in Bibliotheca *Kraffiana*. Confer * *Fabric. Biblioth. Med. & inf. latin. T. VI. p.* 62. DCCCXCII.

AVXILIVS quis, vel cujas fuerit, non liquet; clarüit tamen circa annum DCCCXCIV. Scripſit *libros* 2. *de ordinationibus* FORMOSI *Papae*, ſeu *inteſtinam diſcordiam* Romanae *Eccleſiae*, ſive ut SIGEBERTI *de ſcript. Eccl. c.* 112. verbis utar, *de ordinationibus*, *exordinationibus*, *ſuperordinationibus* Romanorum *Pontificum*. Primus hos libros in lucem edidit *Iohannes* MORINVS ad calcem operis ſui *de SS. Ordinationibus part.* 2. *p.* 348. edit. *Pariſ.* MDCLV. & edit. *Antuerp* MDCXCIV. pag. 285. 294. exinde relatos in *Biblioth. Patr.* Tom. XVII. p. 1. & in *Ioſephi Aloyſii* ASSEMANI Codicem Liturgicum *lib. VIII. p.* 1. *pag.* 98. DCCCXCIV.

AVRELIANVS Clericus *Remenſis* Eccleſiae ad BERNARDVM Archicantorem ſcripſit *Tonarium Regularem*, ſive *de Regulis modulationum*, *quas* tonos, *ſive tenores appellant*, *& de earum vocabulis*. Agit de eo poſt SIGEBERTVM *cap.* 110. & TRITHEMIVM *cap.* 294. FABRICIVS *T. I. Bibl. M. & Inf. lat. p.* 153. DCCCC.

MARCVS *Hydruntinus* ſub LEONE *Sapiente* teſte CEDRENO S. MOCII Oeconomus, quem CAVEVS ad ann. DCCL. perperam refert. DCCCCI.

Tetraodium in Magnum Sabbatum a *Coſma* MELODO compoſitum juſſu ejuſdem LEONIS in perfectum canonem terminavit. Quae id ratione MARCVS effecerit, tradit GREGORIVS, ſeu GEORGIVS Metropolita *Corinthi* in expoſitione ejuſdem Canonis Sabbati Magni his verbis: *Opus* MARCI *Monachi uſque ad quinctam odam ipſam, habens acroſtichiden* ΚΑΙ ΣΗΜΕΡΟΝ ΔΕ. *Sextae vero acroſtichidis, & ſubſequentium, quae ſunt* COSMAE *Monachi Tetraodium, conjungitur cum ea, quae eſt Triodii Sanctae, & Magnae Paraſceve, & carmine Iambico ſic concipitur*, ΠΡΟΣΑΒΒΑΤΟΝ ΤΕ ΣΑΒΒΑΤΟΝ ΜΕΛΩΩ ΜΕΓΑ. *Ubi inſeruit ſua cantica divinus hic* MARCVS, & ΣΗΜΕΡΟΝ *hodie dicens, Praeſanctificatae, ſcilicet Sanctae, & Magnae hebdomadis dies cohoneſtatae ſunt Sanctis hymnis, & canticis venerationi digni, & ſapientiſſimi* COSMAE *melodi, & hodie vero relictas ab eo quatuor odas ego, ait, complevi*. Videſis QVIRINVM *Diatr. II. ad offic. Quadrag. Graecor. pag.* 121. *ſeqq.*

STEPHANVS natione *Germanus*, *Salmenſis* Comitis filius, Clericus DCCCCII.

Metem-

A. C. DCCCCIII. *Metenſis*, Abbas *Lobienſis*, & demum ab anno DCCCCIII. Epiſcopus *Leodicenſis*. Obiit anno DCCCCXX. 14. Cal. Iun. Scripſit *vitam, & paſſionem* S. LAMBERTI, quam primus in lucem edidit *Iohannes* CHAPEAVILLVS Tomo I. rerum *Leodicenſium*, Leodii MDCXII. Exſtat etiam, ſtylo nonnihil mutato, apud SVRIVM 17. Septembr. ſcripſit adhuc STEPHANVS teſte SIGEBERTO *de Script.* c. 125. *Canticum de S. Trinitate*, atque aliud *de Inventione* STEPHANI *Protomartyris*. Citat haec ſub nomine *hiſtoriarum de S. Trinitate, & de inventione* S. STEPHANI *Protomartyris*, DVRANDVS *Rational. lib. 6. c.* 114. & quidem periiſſe videntur non tam aliorum incuria, quam quod a Sede *Romana* damnata eſſent, ita enim habet nota Codicis MS. in Biblioth. *Lambethana*; IVONIS nempe *Carnotenſis* libro *de Eccleſiaſticis officiis*, ubi cap. 68. haec habet. *Officium de S. Trinitate non eſt authenticum*. Nam quidam STEPHANVS *Leodicenſis officium Trinitatis ſicut de Inventione* S. STEPHANI *compoſuiſſe adſeritur, quae utraque ab Apoſtolica Sede reſpuuntur*. Quin & ad ROBERTVM *Metenſem* Epiſcopum ſcripſit *librum Capitularem*, in quo capitula, reſponſoria, verſus, collectas per ſingulas noctis & diei horas, per integrum annum digeſſit. Verum hoc opuſculum amplius non exſtat.

DCCCCIII. HELPERICVS Monachus S. GALLI Ord. S. BENEDICTI librum ſcripſit *de Muſica*; item *de computo Eccleſiaſtico*, qui & *de arte calculatoria* in aliis Codicibus praenotatur. Mirum eſt, quantum in hujus Monachi ſtatuenda aetate Auctores diſcrepent. SIGEBERTVS eum ad annum refert MV., TRITHEMIVS in lib. *de ſcriptor. Eccleſ.* ad annum MLXIX., in libro autem *de Viris Illuſtribus Germin.* cap. XLII. ad annum MXL. PEZIVS, qui *Tom. II. Anecdot. p. II. pag.* 182. indicatum *de computo* librum ex mendoſo admodum Codice divulgavit, ad annum DCCCCLXXX. Sed Clariſs. Marchio *Ioſephus Aloyſius Dominicus* de CAMBIS in Catalogo ſuorum MSS. Codicum argumentis, quibus refragari non licet, oſtendit *p.* 591. *ſeqq.* 1. jam anno MXXVI. librum hunc pervulgatum fuiſſe, atque ab ARNVLPHO Avenionenſi Monacho in ſua collectanea relatum. 2. ex XXIII. operis capite annum DCCCCIII. decurriſſe, quum illud HELPERICVS elucubraret. Praefationem hujus libelli ad ASPRVM Abbatem, ſeu potius Decanum Monaſterii S. GERMANI apud *Antiſſiodorum* MABILLONIVS ediderat *Analect.* T. I. p. 113. ex Codice S GERMANI *de Pratis*, in quo quidem HELPERICVS *Abbatis* nomine decoratur, ſed Cl. Marchione de CAMBIS repugnante, quod in ſuo MS. antiquiore exemplo HELPERICVS nonniſi *doctor* appelletur.

Capiti XVII. ALCVINI *de divinis Officiis* ſubjungitur ELPRICI *Monachi Epiſtola, cur Natalitia Sanctorum in laetitia, Paraſceve vero in triſtitia celebramus*. Recte FABRICIVS *T. III. Bibl. Med. & Inf. Latin.* p. 201. monet, vel hanc poſt ALCVINI tempora adceſſiſſe, vel ſi ad ALCVINVM ſcripta eſt, alium, eumque antiquiorem HELPERICVM habere illam Auctorem.

DCCCCIV. NOTKERVS Balbulus Monachus *Sangallenſis* ord. S. BENEDICTI obiit a. DCCCCXII. tanta Sanctimoniae fama, ut a. MDXIV. Sanctorum faſtis adſcriptus fuerit. Ejus Martyrologium edidit CANISIVS *T. VI. ant. lect. pag. 761.*

HVBAL-

HVBALDVS, ſive HVCBALDVS Monachus S. AMANDI *Elnonenſis* Ord. S. *Bened.* FVLCONE Archiepiſcopo *Remenſi Remor* adcerſitus eam Eccleſiam ſua eruditione illuſtravit. Vide FLODOARDVM *hiſt. Eccleſ. Rem. lib. IV. c. 9.* Compoſuit HVBALDVS. A. C. DCCCCXVI.

Eccleſiaſticum officium S. THEODERICI pro Monaſterio *Remenſi*; ex quo epiſtolam ab HVBALDO praemiſſam, & duos hymnos MABILLONIVS in appendice Tomi III. *Annal.* vulgavit.

Scripſit quoque SIGEBERTO teſte *de Script.* cap. 108. librum *de arte muſica, cantuſque* (hymnos ſcilicet) *multorum Sanctorum dulci, & regulari melodia.*

S. ODO ex Canonico, & Archicantore S. MARTINI *Turonenſis* Monachus *Cluniacenſis*, ac ſecundus Abbas *Turonis* obiit DCCCCXLII. DVCHESNIVS in *Cluniacenſi Bibliotheca* ejus opera excudit, in quibus. DCCCCXXXVI.

Antiphonae VII. de beato MARTINO *Turonenſi*.

Verſus, & hymni de Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini, quorum nonnullos jam editis addidit MVRATORIVS *T. III. Anecdot. latin. in praefat.* ad GEZONIS librum *de Corpore, & Sanguine Chriſti*; de *B. Maria* MAGDALENA, & de eodem B. MARTINO. Alium de S. MARTINO ODONIS hymnum videſis apud MABILLONIVM in appendice *tomi III. Annal.*

GOBERTVS ab anno 930. ad 932. *Laudunenſis* Epiſcopus idem eſt *Benedictinis* hiſtoriae litterariae *Gallicanae* ſcriptoribus, qui SANDERO, & * FABRICIO M. GOBERTVS *Laudunenſis* auctor carminum numquam editorum. DCCCCXXX.

De tonſura, veſtimentis, & vita Clericorum

GEORGIVS *Arbelae*, & *Moſuli* Metropolita ab EMMANVELE *Neſtorianorum* Patriarcha in LVCAE locum ſuffectus fuit. EMMANVELE vero a. DCCCCLX. e vivis erepto de Patriarchatu cum ISRAELE, EBEDIESV, & MARI contendit. Librum autem edidit inſcriptum. DCCCCXLV.

Declaratio omnium Eccleſiaſticorum officiorum, & cauſſa eorumdem, nec non enarratio divinae oeconomiae, Feſtorumque Dominicorum. In ſeptem tractatus tribuitur; primus eſt *de diebus diſpenſationis Domini*: ſecundus *de officio veſpertino*: tertius *de officio nocturno, & matutino*: quartus *de Liturgia Sacramentorum*: quinctus *de officio Baptiſmi*: ſextus *de officio conſecrationis Eccleſiae*: ſeptimus *de exequiis, & commemoratione defunctorum*. Vide ASSEMANVM *T. III. Bibl. Orient. pag. 518. ſeqq.* ubi etiam ſingulorum tractatuum capita indicantur.

GEZO primus *Derthonenſis Benedictinorum* Monaſterii Abbas, de quo MABILLONIVS in *Annalibus Benedictinis* ad hunc annum, librum ſcripſit *de Corpore, & Sanguine Chriſti, ubi plura de ritibus Miſſae occurrunt*. Idem MABILLONIVS *T. I. Muſ. Italic.* hujus libri prologum cum capitum indice edidit. DCCCCL.

DVNSTANVS primum Epiſcopus *Wigornienſis*, deinde ab anno DCCCCLX. ad DCCCCLXXXVIII. *Cantuarienſis* Archiep. de cujus vita conferri poſſunt Acta Sanctorum T. IV. *Maji.* ad d. XIX. & VVARTHONI *Anglia Sacra* T. II. ſcripſit inter alia. DCCCCLXI.

Benedictionarium Archiepiſcopale, ſive *formulas Benedictionum Archiepiſcopalium ad Aphiraldum*.

ABBO

A. C. DCCCCLXX. ABBO gente *Gallus*, patria *Aurelianenſis*, LAETI, & ERMENGARDIS filius ſub VVILFALDO Abbate in coenobio *Floriacenſi* educatus, & in Academiis *Pariſienſi*, *Remenſi*, & *Aurelianenſi* bonis litteris imbutus, demum monaſterii Scholae praefectus eſt. Ante annum DCCCCLX. ab OSVALDO Epiſcopo *Vigornienſi* in *Angliam* adcitus, presbyteratus dignitate fuit honeſtatus, & coenobii *Ramſeienſis* a ſe nuper fundati Scholae praepoſitus. Poſt biennium multis muneribus ditatus, *Floriacum* repetiit: ubi poſt OYLBOLDI mortem Abbas electus eſt. Anno tandem MIV. Idibus Novembris Martyr occubuit.

Ejus *Commentarius in* VICTORII *Canonem paſchalem* interiit, quo cyclos annorum ab Incarnatione Dominica ad ſua uſque tempora juxta veracem Evangeliorum fidem correxit ABBO, & ad annos poſtea circiter MDXGV. dilatavit. Vnum prologum MARTENIVS edidit *T. I. Theſ. Anecdot. pag.* 118.

DCCCCLXXI NOTGERVS, ſeu NOTKERVS a SIGEBERTO *Rogerus* dictus, gente *Germanus*, *Sveviae* ducis filius poſt EVRACII mortem Epiſcopatum *Leodienſem* anno DCCCCLXXI. adeptus eſt, OTHONI Imp. imprimis gratus. Obiit anno MVII. 4. Aprilis. Haec de eo TRITHEMIVS *de Script. Eccleſ.* cap. 279. „ Legi tantum volumen quod *Sequentiarum* praenotavit, quod ſcripſerat quum adhuc Monachus eſſet in „ coenobio S. GALLI, ad LVTVARDVM Epiſcopum *Vercellenſem*, „ & Archicapellanum CAROLI Imperatoris Magni. Hujus autem operis ſic incipit

„ Prologus ſive Praefatio *Epiſt. I. ſummae Sanctitatis meri.*

„ Sequentiarius autem ſic Lib. I. *Grates nunc omnes reddat*

De muſica quoque, *& ſymphonia* librum unum compoſuit.

DCCCLXXX. ELIAS *Barcanus Caſſarae* Epiſcopus Obiit an. DCCCCLXXXVII. Scripſerat teſte EBEDIESV *cap.* 180.

Benedictiones, & orationes

De uſu Pſalmorum

De Sacramentis Eccleſiaſticis

DCCCC-LXXXV. SABARIESVS Presbyter floruit ſub haec tempora, quum adhuc inviris eſſet EBEDIESV *Neſtorianorum* Catholicus a. 986. defunctus. Scripſit *Benedictionem*, ſeu populi dimiſſionem in fine Liturgiae.

DCCCCXC. HERIGERVS, ſeu HARIGERVS *Lobienſis* Abbas Ord. *S. Bened.* de quo FVLCVINVS a DACHERIO editus in libris *de geſtis Abbatum Lobienſium*. TRITHEMIVS *de Script. Eccleſ. cap.* 360. ei tribuit librum *de divinis officiis*. Hunc OVDINVS *T. II. pag.* 487. illum ipſum eſſe opinatur, quem ſub ALCVINI nomine HITTORPIVS vulgavit.

DCCCCXC-VII. ROBERTVS *Francorum* Rex. Ejus eſt ſequentia: *Sancti Spiritus adſit nobis gratia* (non illa: *Veni Sancte Spiritus*, quae potius *Hermannum* CONTRACTVM auctorem habet): *Reſponſorium* de S. PETRO; CORNELIVS *Centurio*: de Nativitate Domini; *Iudaea*, *& Ieruſalem nolite timere*, aliaque id genus, de quibus ALBERICVS in Chronico ad ann. DCCCCXGVII.

DCCCCXCIX HERIBERTVS Archiep. *Colonienſis* ab anno DCCCCXCIX. ad MXXII.

MXXII. Scripſit teſte EISENGREINIO, quem HARTZHEIM appellat *Bibl. Colon. p.* 131. A. C.

Volumen *de Eccleſiaſticis officiis*

FVLBERTVS ante annum MIV. Abbas *Ferrarienſis*, VVILHELMO Comiti *Pictavienſi* admodum gratioſus, a quo munere theſaurario S. HILARII donatus eſt: ROBERTO etiam *Francorum* Regi inter primos carus, ejuſque (uti vulgo fertur) Cancellarius, anno MVII. Epiſcopus *Carnotenſis* factus eſt. Obiit autem a. MXXVIII. die X. Aprilis. MVII.

Profas, & hymnos ſcripſit. In his *hymnus in Paſchate*, qui incipit.

Chorus novae Hieruſalem

Exſtat in *Georgii* FABRICII *Poetis Chriſtianis* p. 799. & in *Georgii* CASSANDRI *hymnis Eccleſiaſticis* p. 234. operum.

Vide quae ad IVONEM adnotavi

BERNO ex Monacho *Prumienſi* Abbas *Augiae divitis* ord. S. *Bened.* defunctus VII. Junii an. MXLVIII. MVIII.

Exſtat ejus liber, quem Anonymus *Mellicenſis* cap. LXXXI. vocat *de inſtitutione Miſſarum*, Romae ab eo ſcriptus, & in editis exemplis praenotatus: *de quibuſdam rebus ad Miſſae officium pertinentibus*. Prodiit *Pariſiis* MDX. (non, quod FABRICIO excidit, MDXVIII.) *ex officina libraria Henrici* STEPHANI, & *Venetiis* MDLXXII. 8. ut *Hiſtorianam* collectionem, & Bibliothecas Patrum, in quas relatus eſt, omittam.

Dialogus cum GERVNGO Monacho *de quatuor temporum jejuniis* per ſua ſabbata *obſervandis* ad ARIBONEM Archiep. *Moguntinum* editus eſt a *Bernardo* PEZ *Anecdot. T. IV. P. II. pag.* 55. Vide SIGEBERTVM *de Script. Eccleſ. cap.* 156. *Regulam* BERNONIS hunc dialogum vocant *Trevirenſes* in epiſtola ad *Leodienſes* a MARTENIO vulgata *T. I. Anecdot. p.* 305. *ſeq.*

Epiſtola ad eumdem ARIBONEM *de quatuor* Adventus *dominicis* ante Feſtum Nativitatis Chriſti celebrandis ab eodem PEZIO prodiit *ibid. p.* 41.

Scripſit etiam BERNO, SIGEBERTO teſte cap. 156., *opus de regulis Symphoniarum, & tonorum*; idem forte quod *libellus tonarius* ad PILIGRIMVM Archipraeſulem *Laureacenſem* (is an. DCCCCXCII. obiit) Hujus prologum edidit idem PEZIVS *l. c. pag.* 68.

TRITHEMIVS *de Script. Eccleſ. cap.* 311. tria diſtincta BERNONIS opera memorat.

De muſica, ſeu de tonis

De inſtrumentis muſicis

De menſura monochordi

Forte ſi *Tonarius* prodiret, unum eumdemque ſub tot titulis librum latere intelligeremus.

Demum TRITHEMIVS librum

De jejunio Sabbati

a BERNONE compoſitum ſcribit.

GVIDO *Arretinus* Monachus ord. S. BENEDICTI, ac deinde Abbas *S. Crucis Avellanae* in dioeceſi *Callienſi*, a BENEDICTO VIII. Pontifice *Romam* adcerſitus ipſi, ejuſque ſucceſſori IOHANNI XIX. ſuum in Muſica ſtudium maxime probavit, *in hoc*, SIGEBERTO judice de MXIV.

A. C. MXIV. Script. Eccleſ. cap. 144., *prioribus praeferendus, quod ignotos cantus etiam pueri, & puellae facilius diſcant, vel doceantur per ejus regulam, quam per vocem Magiſtri, aut per viſum alicujus inſtrumenti, dummodo ſex litteris vel ſyllabis modulatim adpoſitis ad ſex voces* (ſunt ille VR, RE, MI, FA, SOL, LA) *quas ſolas Muſica recipit, biſque vocibus per flexuras digitorum laevae manus diſtinctis per integrum diapſon, ſe oculis, & auribus ingerunt intentae, & remiſſae elevationes, vel depoſitiones earumdem vocum.* De eo Anonymus *Mellicenſis cap.* 80. & TRITHEMIVS *cap.* 318. Hic quidem Abbatem eum vocat S. LAVFRIDI; ſed quum ei tres adverſus BERENGARIVM libros, qui GVITMVNDVM Monachum S. LEVFREDI poſtea a GREGORIO VII. inter Cardinales cooptatum auctorem habent, adſcripſerit, mirum non eſt, illum in deſignando quoque, cui GVIDO praefuit, monaſterio erraſſe. Ceterum etiam GVITMVNDO, qui & GVIDO dictos, opus *de Muſica* nonnulli tribuunt, quod GVILLELMO Abbati primo *Rievallenſi* nuncuparit. Vide *Iacobum* HOMMEY *ſupplem. p.* 63.

Redeo ad *Arretinum* noſtrum. Scripſit is

Micrologum, ſive *libros duos de Muſica*, alterum proſa oratione, alterum carmine. Epiſtolam *dedicatoriam ad* THEODALDVM Epiſcopum *Arretinum* edidit BARONIVS *ad ann. MXXII. n.* 23.

Antiphonarium *praefixis regulis* recenſitum, quod *velut quoddam prodigium* BENEDICTVS VIII. evolvit, ut ipſe GVIDO narrat in epiſtola ad MICHAELEM *Monachum* apud eumdem BARONIVM *ad ann. MXXII. n.* 21.

De menſura monachordi opuſculum, quod teſte *Bernardo* PEZIO *T. III. Anecdot. p. III. pag.* 618. exſtat in Bibliotheca *Buranſi*.

MXXVI. ARNVLPHVS apud *Avenionem* in *Andaonenſi* S. ANDREAE Monaſterio ſcriptis haud ineelebris Monachus inter alia ſcripſit.

Breve Martyrologium, ſeu Kalendarium Sanctorum per annum

Libellum breviſſimum de argumento ſolſtitiali

Computationem *Graecorum*, ſive *Latinorum*,

Et commentarios in quoſdam alios Auctores, qui de computo, ac ratione Paſchatis inveniendi egerant, BEDAM, IVLIANVM *Toletanum*, VICTORIVM &c.

Hos, alioſque alterius a noſtro argumenti libellos ſervat praeſtantiſſimus Codex Bibliothecae Marchion. de CAMBIS, qui illum in ſuo MXXVII. *Catalogo pag.* 570. 636. ſingulari diligentia, & eruditione percenſet.

BRVNO *Leucorum* Epiſcopus a. deinde MXLVIII. Pontifex *Romanus in VVormatienſi* conventu renunciatus LEONIS IX. adſcito nomine ſancte obiit *Romae* 19. Aprilis a. MLIV. De eo haec Anonymus *Mellicenſis* cap. 85. *Hic in Muſica ſubtiliſſimus fuit, & inter cantus alios, quos plurimos edidit, hiſtoriam beatiſſimi Papae* GREGORII *ſatis artificioſe compoſuit*. Cantus in honorem Sanctorum ab eo compoſitos SIGEBERTVS MXXX. quoque memorat.

ADEMARVS, patria *Cabannenſis* RAIMVNDI, *Turpionis* Epiſcopi *Lemovicenſis* abnepotis, & ALDEARDIS filius, primum *Lemovicenſis*, dein S. EPARCHII *Engolismenſis* Monachus, claruit anno MXXX. Is a doctis viris auctor habetur *Supplementi* ad AMALARII *opus de divinis officiis*, de quo ad AMALARIVM diximus.

GO-

GODESCALCHVS Praepoſitus *Aquenſis* a ſacris HENRICO III. Imp. ſcripſiſſe fertur ab EISENGREINIO ad ann. Chriſti MXXXIX. in *Catal. teſtium veritat.* A. C. MXXXIX.

Multas ſequentias Miſſarum
De eo HARTZEIM *Bibl. Colon. p.* 105.

HERMANNVS *Contractus* a membris contractis dictus, ortu nobilis, VVOLFERADI Comitis *Veringenſis*, & HILTRVDIS filius, in Monaſterio *Sangallenſi* educatus, dein Monachus *Augiae majoris*, O. S. B. Claruit anno MXL. Omnibus ejus membris paralyſi ita contractis, ut hinc inde deportaretur; in ſtudia tamen adeo ſedulo incubuit, ut aequales ſuos doctrina, & ingenio facile ſuperarit; quippe latine, Graece, & Arabice doctus, Theologiae, hiſtoriae, philoſophiae, aſtronomiae, rhetoricae, & poeticae peritiſſimus. Hac ratione pulcre id, quod natura in corpore negarat, virtutibus animi reſarcivit, ut recte obſervat *Hen.* PANTALEON *de viris illuſtrib. Ger. pars. II. p.* 113. Obiit anno MLIV. Ejus elogium hiſtoricum ab ejus familiari conſcriptum ex Codice *Vindobonenſi* a MVRATORIO erutum habes *T. III. Antiq. Italic. Med. aevi p.* 933. TRITHEMIVS de *Script. Eccleſ. cap.* 321. ait illum *hymnos, & proſas varias* compoſuiſſe, tum addit: *compoſuit etiam dulci, & regulari melodia cantus, & proſas pulcherrimas. E quibus eſt illa de Beata Virgine* MARIA *dulciſſima* Salve Regina, & Alma Redemptoris Mater, & *cetera, quarum copioſus eſt numerus.* Sequentia quoque, *Veni Sancte Spiritus, & emitte coelitus lucis tuae radium* ad HERMANNVM auctorem refertur. Longe plura ejuſmodi indicantur cum a *Iohanne* EGONE *de viris illuſtrib. Augiae divit. cap.* 28. tum a *Iohanne* METZLERO *de viris illuſtr. Sangallenſ.* apud PEZIVM *T. I. Anecdot. P.* 3. *pag.* 68. & 582., ut *Ave praeclara maris ſtella*; reſponſorium *Simon Barjona*; Sequentia *Rex omnipotens* de Adſcenſione Domini; hiſtoriae, ſive officia Adnunciationis S. MARIAE Virg. *S. Mariae* MAGDALENAE, & de Angelis. MXL.

IOHANNES CAMPANVS *Novarienſis* illuſtris ſua aetate Mathematicus, quem TRITHEMIVS *de Scr. Eccl.* cap. 324. ad annum circiter MXL. refert, etſi *Lazarus Auguſtinus* COTTA *in Muſeo Novarienſi* repugnat, eumque ad annum MCCL. detrudit, inter alia librum ſcripſit MXL.

De computo Eccleſiaſtico.

AARON S. MARTINI, & ſubinde S. PANTALEONIS Monaſteriorum ordinis *Benedictini* intra *Coloniam* Abbas vivere deſiit non ſine magna Sanctitatis opinione a. MLII. XIV. Kal. Decembris. De eo poſt TRITHEMIVM, alioſque HARTZHEIM *Biblioth. Colon. p.* 1. Scripſit MXL.

De utilitate cantus vocalis, & de modo cantandi, & pſallendi. Exſtat MS. in Coenobio S. MARTINI, idemque opus videtur, quod TRITHEMIVS indicat hoc titulo: *de regulis tonorum, & ſymphoniarum.*

IOHANNES *Garlandius*, ſive *de Garlandia Anglus* Poeta, circa annum MXL., cujus in *Bodlejana, Cantabrigienſi*, aliiſque Bibliothecis exſtat MS. *de Myſteriis Eccleſiae* carmen ad FVLCONEM *Londinenſem* Epiſcopum, & in illud commentarius. Prologum, primumque operis caput vulgavit *Polycarpus* LEYSERVS in *hiſtoria Poetar. medii aevi pag.* 339. MXL.

NICETA PECTORATVS, ſeu *Stethatus* dictus, Monachus & Presbyter ML.

A. C. byter *Conſtantinopolitanus* in coenobio *Studienſi*; clarnit circa annum ML. *Latinorum* hoſtis acerrimus, adverſus quem HVMBERTVS, aliique *Eccleſiae Romanae* legati ſtrenue *Conſtantinopoli* diſputarunt. Exſtat in Bibliotheca *Vindobonenſi Cod. Theol. LVIII. num. 7. fol.* 136. Graece, latine vero apud CANISIVM *T. VI. ant. lect. p.* 4. & BARONIVM *in append. ad Tom. XI.* ejus *liber adverſus* latinos *de azymis, de Sabbatorum jejuniis, & nuptiis Sacerdotum*. Quaedam ejuſdem libri fragmenta Gr. & lat. recitat ALLATIVS *de Miſſa Praeſanct.* § 11. Canonem quoque NICETAS ſcripſit in S. NICOLAVM, ex eoque nonnulla idem ALLATIVS proferi in lib. adverſus HOTTINGERVM cap. XI. *pag.* 208.

ML. MICHAEL PSELLVS *Conſtantinopolitanus* MICHAELI *Ducae* inſtitutor datus. Quum autem DVCAS Imperio depulſus fuiſſet, ipſe quoque PSELLVS dignitatibus exutus, abraſa coma, habitum Monachalem indnit, & relicta urbe regia, non diu poſtea vitam cum morte commutaſſe videtur. *Auſim dicere, neminem ea, vel ſubſequente aetate, Graece vel inveniſſe acrius, vel ordinaſſe aptius, vel loquutum eloquentius, vel profundius res pertractaſſe. Nulla fuit ſcientia, quam ipſe vel notis non illuſtraverit, vel compendio non tentaverit, vel optima methodo non expedierit*, inquit *Leo* ALLATIVS diatriba, quam edidit de PSELLIS; *eorumque ſcriptis p.* 42. Inter ejus opera inedita recenſetur.

Expoſitio in illud, *quod in ſolemni Chriſti Adſcenſionis die dicitur; Hodie Sancta Condura, & erat Adſcenſio*. Exſtat in Vaticana Bibliotheca.

Expoſitio in illud *Domine Ieſu Chriſte, Deus noſter miſerere noſtri. Amen*. Ibid.

Paraphraſis carmine Iambico in Canonem S. COSMAE Maiumae *Epiſcopi, ſanctae & magnae feriae quintae canendum*.

MLL. SIMEON junior Theologus, ut a METAPHRASTE, ſen, ut alii, ut a GREGORIO NAZIANZENO Theologo, diſtinguatur, dictus, Presbyter *Conſtantinopolitanus* S. MAMANTIS praepoſitus, claruit circa annum MLI. NICETAE *Pectorato* aequalis, vel potius paullo ſenior, quippe cujus diſcipulum ſe fuiſſe ipſe NICETAS profitetur: unde perperam alii integro ſaeculo recentiorem faciunt. Parum de SIMEONE conſtat; niſi quod vergente aetate multorum criminationibus fugillatus, in judicium vocatus, & in carcerem conjectus fuerit, partim ob correptos liberius ſolutos Imperatoris mores, partim ob dogmata quaedam minus ſana: qualia foviſſe SIMEONEM non vana eſt ſuſpicio. Ejus opera accurate percenſet ALLATIVS *diatr.* de SIMEONIBVS *p.* 153. In his *hymni de laudibus divinis, ſeu commentationes ſacrae XIX.*

MLIV. IOHANNES, Μαυρόπους a nigris pedibus dictus, primum Monachus, deinde *Euchaitarum* Metropolita claruit circa annum MLIV. Quantae exiſtimationis vir fuerit IOHANNES *Euchaitenſis*, diſces ex elogio, quod in Codicis ſui veſtibulo, ſummo quidem artificio exaratum reperit BVSTVS. *Vir erat ſapientiſſimus, ſanctiſſimuſque, qui plures ſermones & epiſtolas & carmina iambica, aliaque multa, ratione & venuſtate digna conſcripſit, plurimoſque erudivit, ipſe Sacroſancti Spiritus gratia repletus*. In Bibliotheca *Vindobonenſi Cod. Theol.* 78. juxta NESSELIVM *num.* 1. *fol.* 1. habentur IOHANNIS noſtri *Canones paracletici*, ſive

sive cantica consolatoria 24. ad Christum Servatorem, quorum unumquodque peculiarem suam habet acrostichidem, quae itidem, ut quaelibet ode nona, nomine IOHANNIS insignita est. Ibid. *fol.* 77. *p.* 2. alia *duo Cantica* ad Christum Servatorem sine acrostichide, & nomine auctoris *fol.* 83. *p.* 1. *Canon* sive canticum ad Sanctum Angelum Custodem. *fol.* 88. *Canonem* sive Cantica 67 ad Beatissimam Virginem DEIPARAM, quorum unumquodque peculiarem suam habet acrostichidem, & itidem, ut quaelibet ode nona, nomine IOHANNIS insignitur. *fol.* 315. *p.* 1. *Canones*, sive Cantica II. ad S. IOHANNEM BAPTISTAM Christi praecursorem, eodem, quo priora, modo condita. *Ibid Cod.* 103. continentur ejusdem sacra *Iambica*, praefixa vitae ipsius epitome, num. 102. quorum inscriptiones & principia exhibet LAMBECIVS *Comment. l. b.* 5. *p.* 29. Haec eadem esse, arbitror, quae Graece elegantissimo plane charactere edidit, notisque breviusculis, sed eruditis illustravit *Matthaeus* BVSTVS nuper citatus, *Etonae* prope *Windesoram* in Collegio Regali MDCX. 4. Confer QVIRINI *Diatribam II. ad offic. Quadr. Graecor. p.* 82 *seqq.* A. C.

S. PETRVS DAMIANI *Ravennas* ex Abbate *Pomposiano* Ord. S. BENEDICTI Episcopus *Ostiensis*, & Cardinalis a. MLIX. creatus fuit. Episcoparum ille duobus post annis abdicavit, atque in solitudinem se recepit. Inde tamen a. MLXIII. ab ALEXANDRO II. avocatus, & ad magnas res componendas adhibitus. Decessit tandem *Faventiae* MLXVII. Tomo III. operum, quae *Constantinus* CAIETANVS collegit, haec exstant nostri instituti opuscula. MLVII.

De septem horis Canonicis.

Liber, qui inscribitur *Dominus vobiscum*, an haec verba in solitudine ex officio omittenda.

Contra sedentes tempore divini officii.

De Quadragesima, ex XLII. Hebraeorum mansionibus.

De nuptiis tempore Quadragesimali non contrahendis.

De laude flagellorum, & disciplinae.

De jejunio Sabbati.

De celebrandis vigiliis.

Hymnus de gloria Paradisi.

Tomo autem quarto, qui primum a. MDCXL. a CAIETANO additus fuit, continentur *orationes*, *sive preces*, *& litaniae*, *hymni*, *lectiones*, *Missae*, *Responsoria &c.*

ALBERICVS natione forsan *Italus*, Monachus, & Diaconus *Casinensis*, Cardinalis titulo *SS. Quatuor Coronatorum*, a STEPHANO IX. vel, ut alii, ab ALEXANDRO II. creatus. Claruit anno MLVII. Scripsit teste PETRO Diacono *de vir. illustr. cap.* 21. *hymnos* in S. NICOLAVM; *de Musica* Dialogum; *hymnos de Paschate*; *de Ascensione*; *de Cruce*; *de die judicii*; *de poenis inferni*; *de gaudio Paradisi*; *de assumptione* B. MARIAE; *de* S. PAVLLO; *de* S. APOLLINARE; *passionem* S. MODESTI, & S. CAESAREI. MLVII.

EINHARDVS II. Comes *de Kuzenelenbogen ex Limburgensi Benedictinae* Professionis Abbate *Spirensis* Praesul insigne volumen scripsit *de caeremoniis Ecclesiae* quatuor libris comprehensum ex SCHVLTING. *Bibioth.* MLVII.

A. C. *bliotb. Eccl. T. I. P. II. cap.* 13. & EISENGREINIO *in Catal. teſtium veritat.* Obiit VII. Kal. Mart. MLXVII.

MLVIII. GOSSELINVS, ſive GOSCELINVS *Gallus Morinenſis*, Monachus *Bertinianus* cum HERMANNO *Salisburienſi* Epiſcopo a. MLVIII. in *Angliam* ſe contulit, ubi teſte *Guillelmo* MALMESBVRIENSI *lib. IV. hiſt. Angl. Muſicae palmam poſt* OSBERNVM *adeptus eſt*. Plura ſcripſit, ut quibus.

Proſa S. ETHEDREDAE, cujus initium: *Chriſto Regi ſit gloria*.

MLX. PANDVLPHVS *Capuanus* ſub DESIDERIO Abbate Monaſticam apud *Caſinenſes* vitam ſuſcepit. Scripſit, ut PETRVS Diaconus refert in *lib. de vir. illuſtr. Caſin. cap.* 26. verſus de termino Paſchae Hebraeorum; de circulo ſolari ad concurrentes inveniendos; de cyclo Lunari, de feria Paſchae *Hebraeorum* inveniēda; ad annos Domini inveniendos, qualiter ſint inveniendae indictiones. De luna cujuſque diei inveniēda abſque Emboliſmorum contrarietate: quomodo fallunt, qui ſe ſcire putant, quot horis, vel punctis luna in unaquaque nocte luceat. Quibus modis curſus ſolis dividatur: quomodo efficiatur biſſexius ad ferias Kalendarum inveniendas: qualiter, vel unde regulae ad ferias menſium inveniendas praecedant. Quomodo regula terminorum *Hebraeorum* ex curſu ſolis inveniatur: ad feriam uniuſcujuſque diei inveniēdam. De quatuor temporibus: in quibus dariis ſolſtitia veraciter eſſe debeant: ubi aequinoctia veraciter credantur eſſe. Quomodo Adventus Domini ſit inveniendus. Ut littera hebdomadarum per totum annum memoriter inveniatur.

MLX. FRANCO Scholaſticus *Leodienſis* Eccleſiae, ut ait TRITHEMIVS *de Script. Eccleſ. cap.* 346., natione *Teutonicus*, vir in divinis Scripturis magnifice doctus, & in ſaecularium litterarum diſciplina eruditiſſimus, Philoſophus, Aſtronomus, & computiſta inſignis, & non minus religione, quam ſcientia venerabilis, ſcripſit.

De computo Eccleſiaſtico lib. I.

MLXI. IOHANNES Comes *Bajocarum* (*de Bayeux*) Epiſcopus ab ann. MLXI. *Abrincenſis*, deinde ab a. MLXVIII. ad MLXXIX. *Rotomagenſis* Archiep. librum ſcripſit *de divinis officiis* editum *Rotomagi* MDCXLII. 8. & cum notis *Iob.* PREVOTII ibid. MDCLXXIX. 8.

MLXIV. IOHANNES *Bar-ſuſan Antiochenus Iacobitarum* Patriarcha ſcripſit.

Anaphoram, cujus meminit ECCHELLENSIS (Not. in HEBEDIES p. 135.) Impreſſa ea eſt in *Miſſali Chaldaico* (p. 154.)

Praeterea libellum, quo ſuae gentis ritum de ſale & oleo pani Euchariſtico miſcendis adverſus *Coptos* propugnat. Exſtat Syriace in Codice *Colbertino*, ubi inſcribitur: *explicatio myſticae ſignificationis ſalis, fermenti, & olei, quod pani Euchariſtico admiſcemus*. Arabice quoque redditus fuit, teſte ASSEMANO (*Bibl. Orient. T. II. cap.* 27.)

MLXVI. BERTHOLDVS, HONORIO *Auguſt.* & TRITHEMIO BERNOLDVS, Anonymo *Mellicenſi* BERNARDVS, aliis BERNALDVS *Conſtantienſis* Presbyter obiit circa ann. MC. Praeter alia opuſcula ſcripſit iiſdem HONORIO, & TRITHEMIO teſtibus *Ordinem Romanum*, quem I. A. FABRICIVS *in not. ad Trith. cap.* 338. perperam exiſtimavit eſſe Ordinem a CASSANDRO, & HITTORPIO vulgatum. Anonymus autem

autem *Mellicenſis*, qui ex uno BERTHOLDO duos fecit, BERTHOLDVM alterum *cap.* 92. BERNARDVM alterum *cap.* 101., librum ei tribuit *de concordia officiorum*. SGHVLTINGIVS quoque BERTHOLDVM in duos fecat *T. I. p.* 11. BERNOLDVM *p.* 150. & BEMOLDVM *p.* 153. A. C.

GVILLIELMVS *Hirſaugienſis* Abbas ab hoc anno ad MXCI. quo deceſſit. Inter alia, de quibus poſt TRITHEMIVM, & Anonymum *Mellicenſem* FABRICIVS, ſcripſit *de Muſica*, & *tonis*; item *de Pſalterii*, ſeu errorum in cantibus deprehenſorum *correctione*, *quaeſtiones quoque de computo*. MLXVIII.

BONIZO, qui & BONITIVS, BONITO, BONITHO primum *Sutrinus*, deinde *Placentinus* Epiſcopus a *Placentinis* Schiſmaticis HENRICI IV. Imperatoris adverſus *Romanum* Pontificem ſectatoribus ann. MLXXXIX. crudeliter necatus eſt. Ejus *librum de Sacramentis* ad GVALTERIVM Leonenſis *Monaſterii* (in agro Brixiano) *Monachum* & *Priorem* a MABILLONIO in Bibliotheca *Ambroſiana* inſpectum primus in lucem emiſit MVRATORIVS *T. III. antiq. Italic. col.* 538. MLXX.

OSBERNVS, TRITHEMIO OSBERTVS Monachus praecentor, ac ſubprior *Duroverneníis*, ſive *Cantuarienſis* LANFRANCO Archiep. carus librum ſcripſit. MLXX.

De Muſica.

Quo illa aetate primam viſus eſt palmam tuliſſe.

NICOLAVS III. Grammaticus Patriarcha *Conſtantinopolitanus* ſedit ab anno MLXXXIV. ad MCXI., uti a GVPERO demonſtratum fuit. Huic CAVEVS *T. II. p.* 1156. adjudicat. MLXXXIV.

Carmen *de jejuniis*, & *feſtis totius anni*,

Et ſanctionem Eccleſiaſticam *de oblationibus Liturgicis*.

Quae opuſcula Graece exſtant in Bibliotheca *Vindobonenſi*.

ARIBO poſt VVILHELMVM Abbatem *Hirſaugienſem*, hoc eſt poſt annum MXC. ſcripſit *Muſicam* (utique Eccleſiaſticam, quum propterea Anonymus *Mellicenſis* eum Scriptoribus Eccleſiaſticis adcenſeat cap. 106.) eamque ſuo Epiſcopo nuncupavit. MXCI.

IOHANNES antea *Said Bar-Sabuni* ab ATHANASIO *Abulpharagio Iacobitarum* Patriarcha *Melitinenſibus* Epiſcopus conſtitutus, ſed quadrageſimo a ſua ordinatione die a GABRIELE *Melitinae* Praefecto occiſus. Exſtant ejus cantus in Pontificali *Iacobitarum Cod. Eccbell.* 4. hoc artificio diſpoſiti, ut initiales ſingulorum litterae auctoris nomen exprimant. A *Iacobitis in tonſura Monachorum* recitantur. MXCIV.

NEVELO *Corbejenſis* Monachus Martyrologium ſcripſit, nempe *Adoniani* Martyrologii epitomen. Vide *Benedictinos hiſtoriae Litterariae Galliarum* auctores (T. VIII. p. 591.) MXCVI.

BRVNO *Aſtenſis* Monachus, deinde a. MCVII. *Caſinenſis* Abbas, demum a. MCX. *Signienſis* Epiſcopus obiit a. MCXXV., de quo *Acta Sanctorum* (T. IV. Julii.) Scripſit MXCVII.

De ornamentis Eccleſiae

De ſacrificio azymi

De Sacramentis Eccleſiae, myſteriis, atque Eccleſiaſticis ritibus ad GVALTERIVM *Magalenſem* Epiſcopum. Inſcribitur etiam *de conſecratio-*

A. C. *cratione Ecclesiae, & vestimentis Episcopalibus*, sub quo titulo DACHERIVS hocce opusculum veluti *ανεκδοτον* edidit *T. XII. Spicileg. p. 79.* Quare in nova *Dacheriani Spicilegii* editione omissum fuit.

Haec quidem COMBEFISIVS S. BRVNONI *Carthusianorum* parenti adjudicavit; sed *Maurus* MARCHESIVS *Casinensis* Monachus edita *Romae* dissertatione, quae *Venetae* an. MDCLXI. *Brunonianorum* operum editioni praefixa deinde est, *Signiensi* illa strenue vindicavit.

MXCVII. MICROLOGVS post S. GREGORII VII. atque adeo S. ANSELMI *Lucensis* obitum (ille enimvero a. MLXXXV., hic a. MLXXXVI. ad superos evolavit) quum alterum *reverendae memoriae* Papam, alterum cap. XVII. *Beatum* appellet, illosque se vidisse & audiisse commemoret, scripsit *de observationibus Ecclesiasticis* librum. Quis sub MICROLOGI nomine lateat, incertum est. Qui ad BERNONEM *Augiensem*, vel ad GVIDONEM *Arretinum* referunt, hi, quam indicavimus, temporis nota manifesti erroris revincuntur, quum uterque multos ante GREGORII tempora annos floruerit. PAMELIVS Codicem vidit, in quo RHABANVS; CASSANDER librum, in quo BERNOLDVS Presbyter *Constantiensis*; MABILLONIVS exemplum, in quo IOHANNES quidam Episcopus auctor designabatur. Mihi tamen, uti & FABRICIO (*Bibl. Med. & inf. latinit. T. IV. p. 206 & T. V. p. 78.*) ex auctoritate vetusti Codicis *Lambethani*, quem *Henricus* VVARTHONVS in *auctario* ad VSSERIVM *de scripturis, sacrisque vernaculis* (p. 395.) appellat, librum hunc IVONI *Carnotensi* tribuendum esse, verosimillimum est. Recito VVARTHONI locum, ex quo multa de hoc opusculo non obvia docemur. *Ex Codice illo* MS. IVONEM MICROLOGI *auctorem esse* (*quod quidem hactenus Eruditos latuit*) *deprehendi. Codex enim ipse praeclarae vetustatis est, IVONE haud multo inferior, adeoque nihil non fidei meretur. In fronte autem istiusmodi titulum praefert*: Liber IVONIS Carnotensis Episcopi de Ecclesiasticis officiis. *Constat Capitulis* LXXI. *Ex his octo priora* (*quae* de Nocturnis Vigiliis, de matutinis laudibus, de Prima, de Tertia, de Sexta, de Nona, de vespertina synaxi, & de Completorio *inscribuntur*) *nondum, quod sciam, prodierunt: Sequentia Capitula LXII.* MICROLOGVM *constituunt. Ultimum* (*quod de Missae, singularumque ejus partium Auctoribus agit*) MICROLOGO *deest. Lambethano* Codici Anonymus *Mellicensis* adstipulatur; capite enim 95. de IVONE ait: *scribit sententias de divinis officiis*. Auctor quidem trium *de vita* CAROLI MAGNI librorum in prologo, quem BOLLANDVS (T. II. *Ianuar. p. 875.*) & LAMBECIVS (*T. II. Bibl.* Vindob. p. 329.) ediderunt, ait *se alias* Micrologum *conscripsisse*. Verum quum is post annum MCLXV. scripserit, nihil cum auctore, qui vivum audivit GREGORIVM VII. & ANSELMVM *Lucensem*, commune habere potuit. Nec vero mirandum est, Anonymum hunc CAROLI historicum *Micrologi* nomen ad rem historicam pertraxisse, quum GVIDO *Arretinus* nuper indicatus suo de *Musica* libro idem nomen inscripserit. Redeo ad MICROLOGI nostri opus. Hujus capita XXVIII. primus IOHANNES COCHLAEVS *in speculo antiquae devotionis* Colon. MDXLIX. evulgavit, eademque CASSANDER ad alios Codices recensa, atque adeo emendatiora in suis operibus *Colon. edit.* MDLXI. pag. 121. seqq. recudit. Codicem postea PAME-

LIVS

LIVS natus, in quo LXII. MICROLOGI capita continebantur, li- A.C.
brum *Antuerpiae* MDLX. 8. edidit, quam editionem HITTORPIVS
sequutus est. Prodiit etiam seorsum ex PAMELII exemplo *Venetiis*
MDLXXII. 8. Mitto *Bibliothecas Patrum*, in quas illatum eum vidimus.

IVO ex Abbate S. QVINCTINI ad muros *Bellovacenses Carnotenſis* MXCVII.
Epiſcopus ab anno MXC. ad MCXVII. quo obiit, vir fuit multarum
virtutum, & litterarum. Vide *Acta Sanctorum* (*T. V. Maij ad d. XX.*
p. 247. *Antuerp.* edit.) Ut alia ejus opera mittam, ſcripſit *de Eccleſiaſticis*
Sacramentis, & officiis, ac praecipuis per annum feſtis Sermones XXIV.
nempe

1. *De Sacramentis Neophytorum*
2. *De excellentia ſacrorum ordinum, & de vita ordinandorum*. Exſtat MS. in Monaſterio *Elnonenſi* apud SANDERVM (*Bibl. Belg. MS. p. I. pag.* 51.)
3. *De ſignificationibus indumentorum Sacerdotalium*. MS. exſtare hunc ſermonem in Monaſterio *Laetienſi* idem SANDERVS teſtificatur (p. II. pag. 28.)
4. *De Sacramentis dedicationis*, ſeu, ut in *Elnonenſi* Codice praenotatur, *de Sacramento dedicationis, & aedificationis Eccleſiae*.
5. *De convenientia veteris, & novi ſacrificii* (perperam in *Laetienſi* Codice *Teſtamenti* legitur)
6. *Quare Deus natus, & paſſus ſit*
7. De Adventu Domini, ſermo
8. De Nativitate Domini, ſermo
9. De Circumciſione Domini, ſermo
10. De Epiphania Domini, ſermo
11. De Purificatione S. MARIAE, ſermo
12. De Septuageſima, ſermo
13. De capite jejunii, ſermo
14. De Quadrageſima, ſermo
15. De Adnunciatione B. MARIAE, ſermo
16. In ramis Palmarum, ſermo
17. De Coena Domini, ſermo
18. De Paſcha, ſermo
19. De Adſcenſione Domini, ſermo
20. In die Sancto Pentecoſtes, ſermo
21. De Cathedra S. PETRI
22. De oratione Dominica
23. De Symbolo Apoſtolorum
24. De adulterino habitu

Hi ſermones, tribus poſtremis omiſſis, ab HITTORPIO inter Scriptores de divinis Catholicae Eccleſiae officiis editi fuerunt. *Franciſcus* COMBEFISIVS in *Bibliotheca Concionatoria* hos ſermones FVLBERTO *Carnotenſi* tribui malebat ex *Petri* DAMIANI teſtimonio in ſermone LXIX. *de dedic. Eccleſ.* Sub IVONIS tamen nomine plures ex his etiam MSS. in Belgicis Bibliothecis ſervantur, ut ex SANDERO monuimus. Plura ex iiſdem repetit *Hugo* de S. VICTORE, ſive quiſquis auctor eſt *ſpeculi de myſteriis Eccleſiae*.

A. C. MXCVII. ANSELMVS, patria *Burgundus*, *Augustae* in *Alpibus* natus, parentes habuit genere illustres GVNDVLPHVM Patrem, HEMMEBVRGAM Matrem. LANFRANCI fama excitatus ad *Beccense* monasterium properavit, atque ordinem *Benedictinum* ingressus est anno aetatis 27. Post LANFRANCVM primum Prior, deinde post quindecim annos Abbas *Beccensis* constitutus, in utroque munere illi successit. Exactis in hac etiam Provincia aliis annis quindecim, ab HVGONE Comite *Cestriensi* in *Angliam* evocatur: quumque negocii cujusdam conficiendi caussa apud *Gulielmum* RVFVM tunc aegrotantem ageret, eique sana consilia praesertim de tot sedibus Episcopalibus vacantibus subministraret, ipse inter alios Episcopus designatus, vehementer tametsi diu reluctatus, sedi *Cantuariensi* a Rege praefectus est, ab Episcopis, qui aderant, inauguratus die 4. Decembr. anno MXCIII. Ortis deinde inter ipsum, & Regem dissidiis, a. MXCVII. ANSELMVS in exteras oras exul abiit, & *Lugdunum* secessit. Inde *Romam* ab VRBANO Pontifice adcitus, ingenti honore exceptus est: & in Concilio *Barensi* contra *Graecos* disputavit. Pontificem vero anathema contra GVLIELMVM Regem expedientem precibus suis inhibuit. Anno MC. ab HENRICO Rege in *Angliam* revocatus rediit. Cum HENRICO tamen non diu pacem servare Sanctissimo Episcopo licuit: sed tandem quum Rex a coeptis in Ecclesiasticam libertatem molitionibus desisteret, concordiam ANSELMVS cum eo iniit. Decessit autem a. MCIX. die 21. Aprilis. Ex ejus operibus, quae GERBERONIVS *Parisiis* MDCLXXV. accuratius collegit, digestitque, huc spectant.

Hymni, & Psalterium in commemoratione DEIPARAE.

MXCVII. ANASTASIVS, gente forsan *Palaestinus*, seu *Syrus*, patria, ut videtur, *Antiochenus*, *Caesareae Palaestinae* Episcopus, claruit circa annum MXCVII. certe sub IOHANNE IV. Patriarcha *Antiocheno*, qui hunc thronum a. MXC. aut etiam MLXXXIX. conscendit, a. MC. abdicavit. Scripsit ANASTASIVS tractatum *de jejunio gloriosissimae* DEIPARAE, *quodque servandum sit, ut legitimum*. Hunc *Graece & latine* edidit I. B. COTELERIVS (*Eccl. Gr. Monument. Tom.* 3. *p.* 432.) Clarissimus LAMBECIVS (*de Biblioth. Vindob. lib.* 8. *p.* 450.) citat ANASTASII nostri fragmentum περὶ τῶν ἐντὸς ἐβδομάδων τῶν νηστειῶν. Ejusdem opusculum *de Artziburio* ad finem *typici* S. SABAE habetur. Interim non dissimulat COTELERIVS opusculum *de jejunio* DEIPARAE in Bibliotheca Regia *Cod.* 3027. multo longius, cumque varietatibus non paucis, sub NICONIS Monachi *Rheginsis* nomine reperiri.

MXCVII. HILDEBERTVS de LAVARDINO, Monachus *Cluniacensis*, deinde BERENGARII discipulus, ab anno MXCVII., seu ut alii, post annum MXCIX. Episcopus *Cenomanensis*. Post annos XXII., vel ut alii XXIX. ad Archiepiscopatum *Turonensem* translatus, sedem illam sexennio circiter tenuit, atque obiit anno MCXXXVI. secundum alios vero MCXXXII. Optima ejus operum editio cura *Benedictini Antonii* BEAVGENDRE prodiit *Parisiis* MDCCVIII. Ex his

Liber, seu prosa de natali Domini

Versus de mysteriis, & ordine Missae. Hos * I. A. FABRICIVS a. MDCCXIII. in *Bibliographia antiquaria Petro* MAVRICIO *Cluniacensi* inferi-

inſcriptos ediderat ; ſuo tamen auctori HILDEBERTO reſtituit *Praef. in Tom. VI. Bibl. Gr.* MANSIVS porro in Bibliotheca Cl. FLORENTINII *Lucae* exſtare nos docet membraneum ſaeculi XIII. Codicem, in quo hoc opuſculum ab editis exemplis non parum diſcrepat. A. C.

De Sacramentis

De utraque parte altaris

De tribus Miſſis in Natali Domini

SIGEBERTVS, patria, ut videtur, *Gallo-Brabantus*, Monachus *Gemblacenſis*, claruit a. MCI. In juventute adhuc in Monaſterio *Vincentiano* apud *Metenſes* Scholam aperuit, & monachos, clericoſque ad ſe venientes melioribus litteris imbuit. Poſtea ad *Gemblacum* ſuum rediit, & libris ſcribendis ſe praecipue addixit. Obiit autem III. Non. Octob. MCXIII. TRITHEMIVS ei librum MCI.

Decemnovalem, ſive

De computo Eccleſiaſtico

tribuit. Exſtat MS. *Gemblaci*. SWERTIVS autem *Athen. Belgic. p.* 634. MS. exſtare monuerat ejus opuſculum

De jejunio quatuor temporum ad Leodicenſes,

Quod poſtea MARTENIVS *Anecdot. T. I. p.* 293. vulgavit.

ODO, primum Scholaſticus *Aurelianenſis*, dein Abbas S. MARTINI *Tornacenſis*, demum Epiſcopus *Cameracenſis* anno circiter MCV. factus. Quum inveſtituram Epiſcopalem ab HENRICO IV. Imp. accipere nollet, ſede ſua pulſus, in monaſterium *Aquicinctenſe* prope *Duacum* ſeceſſit, ibique diem extremum obiit anno MCXIII. 13. Kal. Julii. Scripſit brevem *expoſitionem in Canonem Miſſae* diviſam in quatuor diſtinctiones, quae ſeorſim prodiit cum *Fr.* TITELMANNI libro ejuſdem argumenti, *Antuerpiae* MDXXIII. *Lugd.* MDLVI. & exinde in Bibliothecis Patrum. MCV.

CYRVS THEODORVS PRODROMVS, (in quo titulo CYRVM nihil aliud quam κῦρον, ſive Dominum denotare arbitror) ſive ut hoc tempore loqui ſolebant, *philoſophus*, cauſſae *Graecorum* adverſus *Latinos* fautor, & defenſor, ſcripſit ampliſſimam *expoſitionem* in SS. Patrum, COSMAE Epiſcopi *Majumenſis*, & *Iohannis* DAMASCENI canones, ſive cantica Eccleſiaſtica in praecipuis ſolemnitatibus cantari ſolita. Exſtat MS. in Bibliotheca *Vindobonenſi*, *Bodlejana*, & *Ateſtia* Sereniſſimi Ducis *Mutinenſis*. MCX.

GODFRIDVS Abbas *Vindocinenſis*, & S. PRISCAE Cardinalis plura opuſcula ſcripſit a SIRMONDO cum ejuſdem epiſtolis edita *Pariſiis* MDCX. In his. MCX.

Opuſc. VIII. de effectibus Baptiſmi, Confirmationis, unctionis infirmorum, & ſacrae coenae.

XI. de clamantibus inordinate, & reſpondentibus in Capitulo

Hymni tres.

ROBERTVS Prior S. LAVRENTII *Leodii* extra muros, ſcripſit *De divinis officiis*. MCXI.

Prologus incipit: *Memini cum de Eccleſiaſticis officiis parva quaedam*. Alius igitur liber eſt ab Homonymo RVPERTI *Tuitienſis*. Exſtat id operis MS. in Biblioth. Monaſt. S. MARTINI *Tornacenſis*, teſte SANDE-

A. C. RO Bibl. Belg. MS. ROBERTI noſtri meminit ALBERICVS in Chron. ad ann. MCXI.

MCXI. RVPERTVS Monachus primum S. LAVRENTII in ſuburbio *Leodienſi*, deinde in *Sigebergenſi*, ob praeclaram eruditionem a FRIDERICO Archiepiſcopo *Colonienſi* ad *Tuitienſe* coenobium vocatus eſt, ibique a. MCXXVIII. Abbas conſtitutus. Deceſsit IV. Non. Martii MCXXXV. Celeberrimus eſt ejus Commentarius.

De divinis officiis per anni circulum libris XII. comprehenſus, quem quoſdam VVALRAMO Abbati ANSELMI amico tribuiſſe CAVEVS adnotat. Verum ipſa ad CVNONEM Epiſcopum *Ratiſponenſem* praefatio eos inſignem hunc errorem dedocere poterat. Quid! quod exſtat Codex holographus CVNONI a RVPERTO tranſmiſſus cum utriuſque imagine. Vide PEZIVM in *diſſertatione Iſagogica ad Tom. I. Anecdot. p.* 39. ubi Codicem ipſum deſcribit. Praeter HITTORPII collectionem, & Bibliothecas Patrum, in quibus hic RVPERTI liber editus eſt, ſeparatim prodiit *Coloniae* MDXLIII. fol. *Antuerp.* MDXCIII.

TRITHEMIVS praeterea RVPERTI *cantus Eccleſiaſticos* de S. SEVERO *Confeſſore* memorat.

Alios quoque RVPERTI hymnos in Monaſterio *Leodienſi* S. LAVRENTII exſtitiſſe VALERIVS ANDREAS in *Bibliotheca Belgica p.* 805. teſtatur.

MCXIII. STEPHANVS *Aeduenſis*, ſive *Auguſtodunenſis* Epiſcopus creatus eſt anno MCXIII. Poſt annum MCXXIX. Epiſcopali dignitate ſe abdicavit ſub *Petro* MAVRICIO Monachus *Cluniacenſis* factus, eoque adſtante diem clauſit extremum. Scripſit *librum de Sacramento Altaris, & iis, quae ad illud, varioſque Eccleſiae Miniſtros pertinent*, qui habetur in Biblioth. Patr. Tom. XX. pag. 1872. primumque editus fuerat an. MDXVII.

MCXV. S. BERNARDVS *Burgundus* natus a. MXCI. *Claraevallenſis* Abbas, & *Ciſtercienſium* gloria obiit XX. Auguſti MCLIII. In poſtrema *Pariſienſi* MABILLONII. editione an. MDCXIX. haec exſtant ad rem praeſentem.

De Baptiſmo, aliiſque quaeſtionibus ad HVGONEM de S. VICTORE *Vol. II. T. II. pag.* 631.

Antiphonarium, ſive de ratione cantus *Ciſtercienſis* ordinis, ibi pag. 699.

Officium de S. VICTORE, rogatu GVIDONIS Abbatis *Arremarenſis* compoſitum Vol. I. T. III. p. 1263.

Jubilus Rhythmicus de nomine IESV T. II. Vol. II. T. V. pag 914. quem cum aliis Sancti Abbatis hymnis *Germanica* verſione donatum ſeorſum vulgavit *Joſephus* VVILHELMVS *Hamburgi* MDCXXXIII. 4.

Praeterea librum de Muſica edidit *Iacobus* HOMMEY.

MCXX. HVGO de S. VICTORE *Didaſcalus* a nonnullis dictus, natione, ut volunt, *Saxo*, rectius patria *Iprenſis*, quod ex veteri Codice *Aquicinctenſi* probat CL. MABILLONIVS *Analect. Tom. I. p.* 326. Verum ſingulari diſſertatione adverſus MABILLONIVM HVGONEM *Saxoniae* adſerere conatus eſt *Henr.* MEIBOMIVS *junior* ad calcem *T. III. rerum Germ. p.* 429. Erat HVGO Canonicus, & (ſi TRITHEMIO *de Script.*

Script. Eccles. c. 363. & PANTALEONI *de viris illustr. part.* 2. *p.* 171. fides) abbas Coenobii S. VICTORIS *Parisiensis*, ordinis S. AVGVSTINI; unde *Victorini*, sive de S. VICTORE, nomen traxit. Claruit anno MCXX. Vir, prout aevi sui indoles tulit, eruditus; in B. AVGVSTINI scriptis versatissimus, quem proinde in lucubrationibus suis maximopere aemulatus est, adeo ut *alter* AVGVSTINVS, & *lingua* AVGVSTINI cognominaretur. Obiit anno MCXL. die 11. Februarii aetatis suae XLIV. Inter ejus opera, & in HITTORPII collectione exstant A.C. MCXX.

De canone mystici libaminis, ejusque ordinibus libellus; quem tamen OVDINVS, & FABRICIVS IOHANNI *Cornubiensi* tribuunt.

Speculum de mysteriis Ecclesiae; hoc etiam juniori Scriptori OVDINVS adjudicat.

De caeremoniis, Sacramentis, & officiis Ecclesiasticis libri tres: hos autem *Roberto* PAVLLVLO Codex *Sangermanensis* vindicat.

IOHANNES *Constantiensis* scripsit *de computo Ecclesiastico*. Praefationem ad GAVFRIDVM Abbatem, & Monachos *Savignienses* edidit MARTENE *T. I. Anecdot.* p. 362. MCXX.

SVGERIVS, natione, ut opinor, *Gallus*, S. DIONYSII *Parisiensis* Monachus, deinde Abbas, claruit anno MCXXIII. Diaconus adhuc ex iis erat, quos LVDOVICVS VI. cognomento *Crassus*, *Galliarum* Rex, ad excipiendum GELASIVM II. Papam, tunc temporis in *Gallias* fugientem, ut suppetias adversus HENRICVM Imp. postularet, misit. Obiit anno MCLI., vel ut alii, MCLIII. Scripsit libellum *de consecratione Ecclesiae* a se aedificatae, quem ex prima editione mutilum, ex Codice *Victorino* supplevit *Job.* MABILLONIVS *Analect. T. I. p.* 328. MCXXIII.

PETRVS MAVRICIVS gente *Gallus*, patria *Arvernus*, postquam militiae gloriosam per annos aliquot navasset operam, saeculo abrenunciato, Monachis *Cluniacensibus* se adjunxit; & post HVGONIS *junioris* mortem, anno MCXXIII. die adsumptae in Coelum Virginis creatus est Abbas *Cluniacensis*, *Abbas Venerabilis* ob morum gravitatem vulgo dictus. Obiit exeunte anno MCLVI. VIII. Kal. Januarii. Exstant ejus. MCXXIII.

Rhythmi, *prosae*, *versus*, & *hymni*.

Vide supra in HILDEBERTO.

DROGO, primo quidem Monasterii *Nicasiani* apud *Rhemenses* Prior, deinde Abbas *Laudunensis*, denique ab INNOCENTIO II. *Romam* evocatus, *Ostiensis* Episcopus consecratur. Claruit anno MCXXVIII. quo Abbatiam adeptus est. Obiit circa annum MCXXXVIII. Scripsit. MCXXVIII.

De divinis officiis, seu Horis Canonicis opus, quod habes *T. XXI. Lugd. Bibl Patrum*.

HONORIVS *Augustodunensis* Ecclesiae in *Burgundia* Presbyter, & Scholasticus, claruit a. MCXXX. *Solitarii* etiam nomen gessisse videtur: ita enim ejus *gemmae* animae annorum D. exemplar in Codice *Ambrosiano* HONORII *Solitarii* nomen praefert, notante MABILLONIO *It. Ital. p.* 14. Scripsit multa, variique argumenti. In his, ut indicavimus, MCXXX.

Gemma animae, seu ut in *Lucensi* MANSII Codice, *Gemma Ecclesiae*

A.C. *siae*, de officio Missae, ejusque ceremoniis in quatuor partes distributa. Nescio quid in mentem venerit *Gabrieli* HENAO, & HERRERAE, ut hoc opus HONORIO abjudicarint, atque ille HONORIO cuidam Monacho *Anglo*, hic THEODORO Presbytero, qui a. MCCXX. vixerit, tribuere maluerint. Prodiit *Lipsiae* MDXIV. deinde a COCHLAEO in *Speculo devotionis* Coloniae MDXLIX. recusum, item in HITTORPII collectione ibid. MDLXVIII. & ex melioris notae Codice *Parisiis* MDCX. Nondum hujus libri absolutam editionem habemus. Confer MANSIVM ad FABRICII *Bibliothecam med. & inf. latin. T. III. p.* 270. Scripsit quoque Sacramentarium, de Sacramentis, sive de causis, & significatu mystico rituum divini in Ecclesia officii. Primus autem vulgavit Bernardus PEZIVS *Anecdot. T. II. P. I. pag.* 247—345.

MCXXX. VVASELINVS cognomento *Monachus*, S. LAVRENTII apud *Leodienses* Abbas, claruit anno MCXX. Obiit a. MCXLVII. Scripsit *epistolam de continentia conjugatorum ante Communionem*, quae a MABILLONIO evulgata est *Analect. Tom. I. pag.* 339. ubi de legibus continentiae conjugalis, quam certis diebus praescribunt Canones, plura, ut solet, erudite observat MABILLONIVS.

MCXXX. ABBAVDVS Abbas circa ann. MCXXX. scripsit opusculum

De fractione Corporis Christi

contra *Petrum* ABAILARDVM. Exstat apud MABILLONIVM T. III. *Analect. pag.* 442.

MCXXX. BEROLDVS *Custos*, & *Cicendelarius* (sic ipsemet se appellat) *Mediolanensis* Ecclesiae post obitum OLRICI Archiepiscopi (incidit is in XXVIII. Maij a. MCXXVI., ut a SAXIO ostensum fuit *T. V. Rer. Italic. pag.* 507. in notis ad LANDVLPHVM *Juniorem*) scripsit *ordinem & caeremonias Ecclesiae Ambrosianae Mediolanensis*. Hunc librum a *Iohanne Petro* PVRICELLIO in opere *de Sanctis Martyribus* NAZARIO, & CELSO indicatum ex duobus *Ambrosianae* Bibliothecae Codicibus eruit CL. MVRATORIVS *diss. LVII.* inter *Antiquitates Italicas*. PICINELLIVS in *Athenaeo Scriptorum Mediolanensium p.* 91. ei quoque tribuit *Manuale*, & *Pontificale Ambrosianum*.

MCXXX. HERVEVS *Cenomanensis*, Monachus *Burgidolensis*, seu *Dolensis* Ord. *S. Bened.*, de cujus vita, & scriptis Monachorum *Burgidolensium* epistola encyclica exstat apud DACHERIVM *Spicil. T. II. p.* 514. & PEZIVM *Praef. ad Tom. III. Anecdot. p. IV.* Ibi ad rem nostram de HERVEO haec legere est: *Inter haec quippe fecit plurimas expositiones de lectionibus Sanctorum Evangeliorum, Canticorum etiam, quae in Ecclesia leguntur.*

Libellum quoque de connexione quarumdam lectionum, *offendens in quibusdam Ecclesiis aliter legi, quam in sacra historia continentur: de quibus unum, quod subditur, exemplum sufficiat. Legitur in Quadragesima lectio quaedam de libro ESTHER:* Oravit ESTHER ad Dominum dicens: Domine Deus omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita. *Quam orationem ipse illic ex auctore sacrae historiae probat, non fecisse ESTHER:* oravit MARDOCHAEVS. *Et multa similia ibidem adserit.*

MCXXX. VVILLELMVS, seu *Guilielmus* natione *Anglus*, patria *Somersetensis*, inde *Somerset* dictus, Coenobii *Malmesburiensis* Monachus O. B. Biblio-

bliothecarius & praeceptor, claruit circa annum MCXXX. Obiit an. MCXLIII. Ejus eſt A. C.

Abbreviatio librorum AMALARII *de divinis officiis*, ROBERTO quodam amico ſuadente facta, eidemque nuncupata: exſtat MS. in Bibliotheca *Lambethana* N. 39. 40. Præfationem una cum duobus epilogis a Ioh. BATTELY adceptam edidit ALLIX in calce praefationis ad *Johannem* PARISIENSEM, Londini MDCLXXXVI. p. 82. Locum autem ex ipſo libro adfert VVARTHONVS (*p.* 360. *Auctarii* ad VSSERIVM *de Sacris, ſcripturiſque vernaculis.*)

IOHANNES ab ATHANASIO *Abulpharagio* ordinatus *Mardae*, conjunctarumque ei Eccleſiae urbium *Darae*, *Haran*, *Chaborae*, & *Niſibis* Epiſcopus obiit an. MCLXV. Ejus eſt anaphora, quam memorat RENAVDOTIVS (*T. II. p.* 254. & 260.) falſus, ſe quis qualiſve fuerit hic IOHANNES ignorare. Vide ASSEMANVM T. II. *Bibl. Orient. cap.* 36. MCXXXV.

RINALDVS II. patria *Etruſcus*, *Marſorum* ac *Barilli* Comes, factus eſt primum Monachus, dein Abbas *Caſſinenſis* a. MCXXXVI. & ſubtitulo SS. MARCELLINI & PETRI *Romanae* Eccleſiae Cardinalis dictus poſt XXVIII. annos & 8. menſes in Coenobii ſui regimine feliciter, & ſumma cum laude exactos, obiit *Caſini* Idibus Julii a. MCLXVI. Scripſit *de* S. SEVERO *Abbate Caſinenſi hymnum* 1., *de* S. MAVRO *Abbate hymnos* 3. *de* S. PLACIDO *Abbate & martyre hymnos* 3. Excuſi ſunt cum Breviario *Caſinenſi* anno MDLXVIII. MDLXXII. MCXXXVI.

GEORGIVS Metropolita *Corcyrenſis*, claruit circa annum MCXXXVI. *Romam* a *Manuele* COMNENO Imp. ad Concilium celebrandum miſſus eſt; verum infirmitate impeditus in itinere ſubſtitit, *Brunduſii* per ſex menſes commoratus; mox ab imperatore revocatus eſt, ut ſynodo Patriarchali *Conſtantinopoli* habitae intereſſet. De eo, ejuſque libris adverſus *Latinos* uberius agit Leo ALLATIVS tum diatriba *de Georgiis & eorum ſcriptis* p. 339. tum *de conſenſu* lib. 2. cap. 11. §. 6. In his *commentarius contra Latinos, in quo probare nixus Apoſtolos, & Eccleſiam primitivam panem ſolummodo fermentatum Euchariſtiae adhibuiſſe*. Exſtat in Bibliotheca *Barberina*. MCXXXVI.

ANSELMVS primum *Havelburgenſis* Epiſcopus, deinde Archiep. *Magdeburgenſis*, ac tandem ab anno MCLV. ad MCLVIII. *Ravennatium* Archiep. inter alia tractatum ſcripſit *de ordine pronunciandae letaniae ad* Fridericum *Magdeburg. Archiepiſc.* Cl. P. PEZIVS ſe illum editurum in Anecdotis receperat; non tamen edidit. Vide Cl. P. D. *Petri Paulli* GINANNI opus inſcriptum *Memorie Storico-critiche degli Scrittori Ravennati* T. I. p. 50. MCXL.

BENEDICTVS B. PETRI Canonicus ſcripſit libr. POLLICITVM, ſeu *de Eccleſiaſtico ordine totius anni*, *& praecipue Apoſtolicae dignitatis, & totius Curiae ad Guidonem* de CASTELLO tunc Card. S. MARCI, poſtea (a. MCXLIII.) CAELESTINVM II. MCXLII.

Editus eſt inter *ordines Romanos* MABILLONII. *T. II. Muſ. Ital. pag.* 118. Ord. XI. Adcedit Appendix, in qua:

I. IOHANNIS Papae XIX. (nobis XX.) diploma a. MXXVI. quo facultatem concedit Epiſcopo *Silvae Candidae* divina officia certis diebus

A. C. bus celebrandi in Ecclesia S. PETRI in VATICANO.

II. Excerpta ex libro *Petri* MALLII Canonici S. PETRI ad ALEXANDRVM III. nempe capita XXVII., & XXVIII.

MCXLVII. ISAAC Abbas *de Stella* Ord. *Cisterc.* in dioecesi *Gallliae Pictaviensis* scripsit prolixam.

De canone Missae epistolam

ad IOHANNEM, editam a DACHERIO *T. I. Spicil.* & in *Bertr.* TISSIERII *Bibliotheca Cisterc. T. VI. pag.* 104. Errant autem, qui hanc epistolam ISAACO saec. IX. *Lingonensi* Episcopo tribuunt.

MCL. ADILREDVS, qui & *Aelredus*, Ord. *Cisterc.* Abbas *Rievallensis in Angliae* dioecesi *Eboracensi*, de quo *Carolus* de VISCH *Bibl. Cisterc. pag. 9. seq.* OVDINVS *T. II. pag.* 1487. *seq.* FABRICIVS *Bibl. Med. & Inf. latin. T. I. p.* 14. praeter alia partim edita, partim inedita, librum scripsit *de officiis ministrorum*.

MCL. HVGO S. NORBERTI discipulus, Abbas *Praemonstratensis*, recusato Episcopatu obiit an. MCLXIV. 10. Febr. quo die agunt de eo BOLLANDIANI *T. II. Febr. p.* 384. edit. *Antuerp.* Scripsit

Ordinarium Praemonstratensis *Ecclesiae*, sive librum Signorum, seu caeremoniarum Ordinis. Exstat in Bibliotheca *Praemonstratensi Iohannis* le PAIGE Paris. MDCXXXIII. fol *pag.* 892. *seq.*

MCL. RICHARDVS, natione *Scotus*, Canonicus Regularis S. VICTORIS prope muros *Parisienses*, ac demum Prior S. BERNARDI, & *Hugonis* VICTORINI familiaris. Claruit anno MCL. Obiit anno MCLXXIII. VI. Id. Mart. postquam Prioratus munere novennio perfunctus esset. Ei librum *de officiis Ecclesiae* TRITHEMIVS tribuit.

MCLI. THEODORVS *Lephediensis* aba. MCLI. ad MCLXXIII. *Maronitarum* Patriarcha teste EDENENSI scripsit *Liturgiam*. Exstat in MSS. Missalibus Coenobii Patriarchalis S. MARIAE in *Canobin.* Vide ASSEMANVM *Bibl. Orient. T. I. cap.* 45.

MCLIII. LISIARDVS aliis *Lizziardus*, sive *Liffardus Turonensis* Clericus, ab anno autem MCLIII. ad MCLXVIII. decanus *Laudunensis*, de quo DACHERIVS ad GVIBERTVM, *Novigentinum. pag.* 820., scripsit *Ordinarium*, sive librum Caeremoniarum, & officii divini in *Laudunensi* Ecclesia.

MCLIV. DIONYSIVS patria *Melitenensis*, SALIBA Patre *Iacobita* ortus, unde ipsi cognomen *Barsalibi*, IACOBVS primum dictus, claruit anno Christi MCLIV. quo tempore ab ATHANASIO *Iacobitarum* Patriarcha ordinatus est Episcopus *Marbas*. Anno sequenti post coactam ab eodem Patriarcha in Coenobio *Barsumae* Synodum, *Mabugensi* Episcopatu auctus fuit. Anno MCLXVI. ad Episcopatum *Amidensem* a *Michaele* MAGNO Patriarcha ATHANASII successore translatus, obiit anno MCLXXI. sub eodem MICHAELE, cujus enthronisticum eleganti oratione ornaverat. Scripsit sermone *Syriaco* multa, eruditaque volumina, in quibus nil fere optimo Theologo indignum occurrit, si *Monophysitarum* haeresim excipias, quam ubique propugnat. In his *Expositio rerum mysticarum, quae in sacro Chrismate continentur*. Exstat *Arabice*, litteris tamen *Syriacis* in Cod. Beroensi, I.

Expositio rerum mysticarum, quae in Chirotonia, seu sacris ordinationibus continentur. Exstat *Syriace* in Rituali *Iacobitarum* Cod. Ebell. 5. fol. 195.

Cano-

Canones de modo recipiendi poenitentem in Sacramento Confessionis. Exstant in Cod. *Syr. Vat.* 27. Laudantur a RENAVDOTIO, *Tom. II. Lit. Orient. p.* 50. Licet autem BARSALIBAEI nomen praeferant, non fuerunt tamen ab eo excogitati, aut instituti, sed correcti dumtaxat, auctique, nova quadam, & minus rigida disciplina loco veterum canonum, qui pro poena peccatorum praescripti erant, adprobata, ut monet ASSEMANVS, qui, precationibus, & cantibus initio dumtaxat indicatis, ex BARSALIBAEI recensione exhibuit. A. C. MCLIV.

Anaphorae tres. Prima incipit: *Deus, qui in amore gaudes*. Exstat in Cod. *Nitrienſi* 3. fol. 179. in *Syr. Vatic.* 33. p. 25. & in altero *Syr. Vatic.* 35. p. 105. Altera *Amorem, & concordiam*. Exstat in Cod. *Nitr.* 3. fol. 277. & in Cod. *Ecbellenſ.* 5. fol. 37., quae per errorem sub nomine DIONYSII *Areopagitae* inter Catholicas Liturgias impressa fuit *Romae* in Missali *Chaldaico* an. MDXCIV. p. 106. Prodiit *lat.* apud RENAVDOTIVM, *tom II. p.* 449. Tertia denique: *Domine Deus, qui vera es, & perfecta caritas*. Exstat in MS. Cod. *Syr.* Biblioth. Coll. *Romani Maronitarum*, exarato ann. Christi MDXLII. p. 195.

Precationes Liturgicae tres. Prima recitatur a *Iacobitis* in Missa Feriae quinctae in Coena Domini. Altera Sabbato Sancto, loco primae orationis Liturgiae S. IACOBI Apostoli, quae est pro pace. Exstant in Cod. *Nitr.* 3. & 4. Tertia demum recitatur ab iisdem *Iacobitis* ante orationem Dominicam, dum hostia frangitur; appellatur *oratio fractionis*, estque duplex. Altera brevis: incipit, *Tu es Christus Deus*: Altera prolixior, *Ita vere*: Exstant in Cod. *Nitr.* 3. in ordine Missae *Iacobitarum*; prodieruntque *lat.* per RENAVDOTIVM, Tom. II. p. 22.

Expositio Missae, seu *Commentarius in Liturgiam Syriacam* S. IACOBI. Citatur ab EDENENSI c. 7. de haereticis Anaphorarum Auctoribus num. 16. ejusque meminit RENAVDOTIVS Tom. II. p. 454. Exstat in Bibl. *Vat.* exemplar recens descriptum inter Cod. *Ecclellenſ.* num. 36. Totum opus in capp. 20. dividitur, quorum synopsim exhibet ASSEMANVS *T. II. Bibl. Orient. pag.* 175.

BARTHOLOMAEVS Episcopus *Exonienſis* ab ann. MCLXI. ad MCLXXXIV. plura scripsit, de quibus LELANDVS, PITSEVS, & FABRICIVS *T. I. Bibl. M. & Inf. lat. pag.* 178. In his MCLXI.

Poenitentiale,

quod in variis Bibliothecis MS. servatur. Ex eo excerpta dedit *Iac.* PETITVS ad THEODORI *Poenitentiale p.* 331. *ſeq.*

IOHANNES BELETHVS Scholae Theologicae *Parisienſ.* Rector, claruisse videtur circa annum MCLXII. Non desunt alii, nempe *Claudius* IOLLY *Parisienſis* Canonicus, & *Casimirus* OVDIN, qui ipsum ad annum MCCCXXVIII. revocant; quod quidem mirum videri debeat; quum HENRICVS *Gandavenſis*, qui anno MCCLXXX. scripsit, eum inter primos catalogi sui scriptores recenseat, ac de illo ALBERICVS meminerit ad ann. MCLXXXII. Scripsit. MCLXII.

Rationale divinorum officiorum

editum *Antuerpiae* MDLIII. *Cornelio* LAVRIMANNO curante, *Dilingae*, iterumque *Antuerpiae* MDLXX. & cum DVRANDI *Rationali Ve-*

A. C. *netiis* MDLXXII. *Lugd.* MDLXV. *Venet.* MDLXXXI. *Lugd.* MDLXXXIII. MDXCII. MDCXII.

MCLXIV. MICHAEL cognomento *Magnus Iacobitarum* Patriarcha, de quo praeter ASSEMANVM *T. II. Bibl. Orient. cap.* 31. conſulendus BOSCHIVS *in hiſt. Chron. Patriarch. Antioch.* n. 662. *ſeq.* ex coenobio *Mar-Banſumae Scianenſis* electus edidit Anaphoram ab EDENENSI, & SCHVLTINGIO indicatam, *latine* autem vulgatam a RENAVDOTIO *T. II. pag.* 438. *Pontificale* quoque, & *Rituale Syrorum Iacobitarum* ordinavit.

MCLXVI. NIERSES *Chelaienſis*, natione *Armenus*, creatus eſt *Armeniae* Catholicus, ſeu Patriarcha anno MCLXVI. GREGORII Praedeceſſoris frater germanus. Orthodoxam fidei doctrinam amplexatus eſt, Eccleſiae pacis, concordiaeque ſummopere ſtudioſus. Miſſis ad illum nunciis a MANVELE *Graecorum* Imperatore, ſaepius ad MANVELEM reſcripſit, unaque fidei profeſſionem de SS. Trinitatis myſterio, deque Verbi incarnati *οἰκονομίᾳ* miſit. In qua quum quaedam minus ſana deprehenderentur, ann. MCLXX. MANVEL celebrem quemdam Theologum *Theorianum* in *Armenia* legavit, quocum prolixam admodum diſputationem per dies aliquot de duabus Chriſti naturis, de duplici voluntate, & operatione, aliiſque fidei capitibus controverſis, ritibuſque Eccleſiaſticis, habuit NIERSES, ejuſque tandem argumentis victus ceſſit, & ſublato *Armenorum* ſchiſmate concordiam cum *Graecis* meditatus eſt. Quo fine Concilium ſuorum convocare in animo habuit. Verum talia ſtudia volventem mors intercepit anno MCLXXIII. Poetica facultate mire pollens condidit librum integrum *canticorum* ſuorum, quibus Eccleſia *Armena* etiamnum utitur, *Venetiis* ab *Armenis* typis editum.

MCLXIX. THOMAS *Bajocenſis* cognomento *junior Anglus*, ſcripſit BALAEO teſte *Cent.* XIII. 25.

Cantus Eccleſiaſticos, &

Officiarium Eboracenſis Eccleſiae

MCLXX. IOHANNES gente *Anglus*, patria *Cornubienſis* dictus, claruit ann. MCLXX. In *Gallia* praeceptorem habuit *Petrum* LOMBARDVM, quocum multas poſtea lites exercuit; *Romae* diu in Litterarum ſtudia incubuit, ALEXANDRO Papae admodum carus. Ejus eſt

Summa, qualiter fiat Sacramentum Altaris per virtutem S. Crucis, & de ſeptem Canonibus, vel ordinibus Miſſae

quae exſtat inter opera *Hugonis* de S. VICTORE T. III. item inter opera GVILLELMI olim Abbatis S. THEODORICI, *Bertrando* TISSIERO edente.

MCLXX. ROBERTVS PAVLLVLVS Presbyter *Ambianenſis*. Supra diximus in *Singermanenſi* Codice ei tribui *de caerimoniis*, *Sacramentis*, *& officiis Eccleſiaſticis libros tres*, qui inter opera Hugonis de S. VICTORE excuſi ſunt.

MCLXX. EVSTATHIVS, ortu *Graecus*, Archiepiſcopus *Theſſalonicenſis* claruit ſub *Comneuis*, MANVELE, ALEXIO filio, & ANDRONICO patruele, circa annum MCLXX. quem proinde cum EVSTATHIO magnae Eccleſiae Archipresbytero, qui EVLOGIO ſeu SERGIO in ſede *Conſtantinopolitana* ſucceſſit anno MXVII. in chronologia ſua perperam con-

confundit FREHERVS. Plura ejus opera ſuperſunt MS. ut A. C.

Expoſitio doctiſſima in S. Iohannis DAMASCENI *canonem, ſive canticum Iambicum Pentecoſticum de Spiritu Sancto*. Praeſtantiſſimus hic Commentarius *Graece* MS. reperitur *Biblioth. Vindob. Cod. Theol.* juxta LAMBECIVM 21. NESSEL. 208. Ipſum prooemium decem folia continet, codex integer folia 144. Conter L. ALLATII Catalogum operum *Iob.* DAMASCENI *Symmict. p.* 453.

ARNVLPHVS *a monte* S. ELIGII apud *Atrebatum* Canonicus Regularis ad FRVMALDVM *Atrebatenſium* Epiſcopum ſcripſit Commentarium *in Canonem Miſſae* in variis *Belgii* Bibliothecis teſte *Valerio* ANDREA *p.* 89. *Biblioth. Belgic.* obvium, cujus praefationem MARTENE T. I. *Anecdot.* p. 477. evulgavit. MCLXX.

IOHANNES *Sariſburienſis* a loco natali dictus, natione *Anglus*, patria *Wiltuneuſis*, gentis & ſaeculi ſui decus, ac ornamentum, EVGENIO III. & HADRIANO IV. & ALEXANDRO III. Pontificibus, & THEOBALDO Archiepiſcopo *Cantuarienſi* (cui a ſacris fuit) eximie carus: *S. Thomae* BECKETO Archiepiſcopo familiariſſimus, & ab anno MCLXIII. totius exilii, omniumque moleſtiarum comes. Obiit an. MCLXXXII. Ejus MCLXXII.

Poenitentiale

laudant TRITHEMIVS *cap.* 394. & LELANDVS.

ELIAS cognomento *Abu-Halim Hadithenſis*, non Patriarcha *Antiochenus*, ſed nominis hujus tertius *Neſtorianorum* Patriarcha, ex Metropolita *Niſibeno* ad Patriarchalem ſedem, ann. Chriſti MCLXXVI. evectus eſt, quam annos 14. tenuit. Obiit ann. Chriſti MCXC. Ejus ſunt MCLXXVI.

Preces inter ſeſſiones, & ad matutinum. ECHELLENSIS & HOTTINGERVS perperam *orationes deciſionum judiciorum, & matutini* appellant. Sunt autem preces ab ELIA *Syriace* compoſitae, quae a *Syris Neſtorianis* ad officium nocturnum, & matutinum inter pſalmos, hymnoſque recitantur. Vide ASSEMANVM *T. III. Bibl. Orient. p.* 287.

THEODORVS BALSAMON, patria *Conſtantinopolitanus*, magnae Eccleſiae *Conſtantinopolitanae*, diaconus, nomophylax, & cartophylax, ſive ſigilli Patriarchalis, ejuſque archivorum cuſtos, primus etiam *Blachernarum*, ſive aedis B. Virginis, quam extra urbis muros ad *Blachernas* prope mare condidit PVLCHERIA Auguſta, praepoſitus. Claruit anno MCLXXX. Tandem Patriarcha *Antiochenus* factus; verum occupata dudum a *Latinis Antiochia*, ſedem ſuam numquam vidit; ſed *Conſtantinopoli* agens, res ſuas, quantum potuit, ſatagebat. Quin & ipſum ad thronum *Conſtantinopolitanum* promovendi vana, & fallaci ſpe lactavit diu ISACIVS Imperator; qua de re non illepidam hiſtoriam narrat NICETAS CHONIATES in ISACIO *l.* 2. *c.* 4. Vixit uſque ad annum MCCIII. quo capta eſt a *Latinis Conſtantinopolis*. De obitu vero ejus nihil conſtat. Ejus Epiſtolam *ad Antiochenos de jejuniis* edidit COTELERIVS *Monument.* T. II. p. 492. MCLXXX.

GVALTERVS *Anglus* S. ALBANI Monachus Ord. S. BENEDICTI ſcripſiſſe fertur a BALAEO. MCLXXX.

De libris Eccleſiae:

quo tamen titulo quid operis deſignetur, incertus haereo.

A. C. MCLXXX. THEODORVS, qui & IOHANNES *Bar-Vehebun*, adverſus *Michaelem* MAGNVM praeceptorem ſuum antipatriarcha, ſcripſit.

Tractatum *de elucidatione Miſſae Syriacae*, cujus fragmentum citatur a *Stephano* EDENENSI in *Vindiciis* Maronitarum *Lib. II. Apol. VI. Sect. 2.*

Anaphoram quoque, quae exſtat in *Vatic.* Cod. *Syr.* 32. eademque eſt, quam ſub *Iohannis* MAGNI Patriarchae nomine RENAVDOTIVS edidit *T. II. pag.* 409.

MCLXXX. LEO *Tuſcus Hugonis Eteriani* frater, *Imperialium Epiſtolarum* ſub EMMANVELE Graecorum *Principe Magno Interpres* Graeco & latino *ſermone peritus*, ut ait TRITHEMIVS *num.* 400. *S. Iob.* CHRYSOSTOMI Liturgiam *latine Conſtantinopoli* vertit, a *Beato* RHENANO *Coloniae* poſtea editam MDXL. uti & *Antuerpiae* in SANCTESII Liturgiis. Confer de eo Cl. *Iohannem Hieronymum* GRADONICVM, nunc *Utinenſem* Archiepiſcopum in *Italica* epiſtola *intorno agl' Italiani, che dal Secolo XI. in fin verſo alla fine del XIV. ſeppero di Greco* pag 12. ſeqq.

MCLXXXV. SICARDVS *Cremonenſis* Epiſcopus, de quo ARISIVS *Crem. Litter. T. I.* & ego in *Ughelliana Cremonenſium* Epiſcoporum ſerie a me reſtituta, editaque *Mediolani*, ſcripſit

Mitrale, vel ſummam de divinis officiis, digniſſimum opus, quod in lucem prodiret. Nonnulla ex eo protulit Cl. TROMBELLIVS in eruditiſſimis Commentariis *de Sacramento Baptiſmi*. Plures exſtant hujus MSS. Codices in *Vaticana*, in Regia *Pariſienſi*, & in S. VICTORIS *Pariſienſis* Bibliotheca, de quibus MONTFAVCONIVS in *Biblioth. Biblioth. pag.* 140. 898. 1375. Alius ejuſmodi Codex *Bononiae* ſervatur in locupletiſſima Bibliotheca Canonicorum Regularium *S. Salvatoris*.

De SICARDO, ejuſque *Mitrali* agit SCHOETTGENIVS *T. VI. Fabric. Bibl. Med. & Inf. Latinit. p.* 168. Mirum autem eſt, Virum hunc inter Proteſtantes eruditum non animadvertiſſe, quam turpiter & SICARDVM, & ejus opus *ipſemet* deformaſſet pag. 76. ex SICARDO RICHARDVM neſcio quem Epiſcopum *Cremonenſem*, ex *Mitrali Naturale*, quod nihil eſt, nobis obtrudens. Monendum id nobis fuit, ne fortaſſe nobis vitio verteretur de fictitio hocce RICHARDO ſilentium.

MCLXXXIX. ORDONIVS, VOSSIO OLDONIVS *Hiſpanus* Monachus, & Prior Monaſterii *Cellae novae* in *Gallaecia*, Congregationis *Cluniacenſis*. Scripſit *Exomologeſes*, ſeu ut ait *Ambroſius* MORALES, *Expomonogeron* inſtar *Rationalis divinorum officiorum*. Huic libro praefixi verſiculi annum aerae Hiſpanae MCCXXVII. Chriſti MCLXXIX. deſignant.

ORDONIVS *librum per Chriſtum condidit iſtum.*
Bis denis annis ſeptem ſupra mille ducentis.

MCXC. ADAMVS *de Corlandon* B. MARIAE *Laudunenſis* decanus ordinis *Ciſtercienſis* ſcripſit

Ordinarium Eccleſiae, ſive
Ordinem divini officii in Eccleſia Laudunenſi.

Edidit cum prolixis Commentariis *Antonius* BELLOTE *Pariſiis* MDCLXII. fol. 2. volum.

Vide de eo OVDINVM, & FABRICIVM *Bibl. med. inf. latin. T. I. Patav. edit. p.* 9.

CON-

CONRADVS Monachus *Hirſaugienſis* ſcripſit A. C.
De Muſica, & tonis MCXC.
teſte TRITHEMIO *cap.* 384.

RIGHARDVS *Anglus* Monachus, & Abbas *Praemonſtratenſis*, ſcripſit MCXC.
De canone Miſſae.
De computo Eccleſiaſtico.
Sunt, qui ei perperam tribuant HILDEBERTI carmen *de myſteriis ſacrorum.*

Confer de eo praeter BALAEVM, & PITSEVM, OVDINVM *T. II. p.* 1521.

CENCIVS *de Sabellis* Diac. Card. S. LVCIAE in *Orpheo* CLEM. III. MCXCII.
& CAELEST. III. Camerarius, immo & hujus Cancellarius, poſtea HONORIVS III., librum *de cenſibus* S. R. E. ſcripſit a. MCXCII. Hujus libri praefatio exſtat apud BARON. ad hunc ann. Ex hoc PANVINIVS primum excerpſerat, licet in aliam formam redactum, S.R.E. *Ritualem* librum, quem poſtea MABILLON. ad fidem *Vatic.* Cod. edidit *T. II. Muſ. Ital. p.* 167. ubi ordo eſt XII. *de conſuetudinibus &c.*

REINERVS, al. *Renerus*, & in Codice MS., de quo PAPEBROCHIVS *T. VI. Maij p.* 724. *Nonnus Renerus* Ord. *S. Bened.* interfuit an. MCCXV. Conc. *Lateranenſi*, obiitque a. MCCXXX. annum aetatis agens circiter LXXVI. Scripſit MCXCVII.

In novem antenatalitias Antiphonas, & hymnos ſeptem breves de Spiritu Sancto. Vide FABRIC. *Bibl. Med. & inf. latin. T. VI. p.* 63. *ſeq.*

INNOCENTIVS III. LOTHARIVS antea appellatus, natione MCXCVIII.
Campanus, patria *Anagninus*, TRASIMVNDI Comitis *Signini*, & CLARINAE filius, prima juventute *Lutetiam* miſſus, magnam ex doctrina omnifaria gloriam ſibi comparavit. Domum reverſus, Canonicus *Anagninus* factus eſt, & mox a CLEMENTE III. in Cardinalium album titulo SS. SERGII & BACCHI cooptatus. Anno MCXCVIII. die 8. Januarii Pontifex *Romanus* electus eſt, die 22. Februarii conſecratus, annos natus 37. Alia ejus opera praetereo. Nobis ſufficiant
De Myſteriis Miſſae libri III
editi *Lipſiae* MDXXXIV. *Antuerpiae* MDXL. Hos libros dubio procul ſpectavit HENRICVS *Gandavenſis*, dum cap. 35. ait, INNOCENTIVM *Canonem Miſſahs officii ſubtiliſſime expoſuiſſe.*

MICHAEL *Iunior* Patriarcha *Iacobitarum*. Scripſiſſe & hunc Ana- MCC.
phoram docet SCHVLTINGIVS.

AR-

ARTICVLVS II.

INDEX ALPHABETICVS.

A

A Aron Abbas. . . . . Clar. A. C. MXL.
Abbandus Abbas. . . . . MCXXX.
Abbo *Floriac.* Abbas. . . . . DCCCCLXX.
Abraham *Bar-Liphe.* . . . . . DCCL.
Abv-halim (*Elias*) Patriarch. Neſtorian. . . . MCLXXVI.
Acca Epiſc. *Hagulſtad.* . . . . . DCCV.
Ademarus Monach. . . . . MXXX.
Adilredus Abbas. . . . . MCL.
Ado *Vienn.* Epiſc. . . . . DCCCLIX.
Agobardus *Lugd.* Archiep. . . . . DCCCXIII.
Albericus Card. . . . . MLVII.
Alcvinus (*Flaccus*) Abbas. . . . . DCCLXXX.
Aldhelmus Epiſc. . . . . DCLXXX.
Amalarius *Fortunatus.* . . . . . DCCCX.
Amalarius *Metenſ.* Diac. . . . . DCCCXII.
S. Ambroſius *Mediol.* Archiep. . . . . CCCLXXIV.
Ananus *Adiabenus.* . . . . . DLXX.
Anaſtaſius *Sinaita.* . . . . . DLIX.
Anaſtaſius *Caeſar. Palaeſt.* Epiſc. . . . . MXCVII.
Anatolius Alexandr. Epiſc. Laodic. . . . . CCLXX.
Anatolius Conſtantinopolitanus. . . . . CCCCXLIX.
Andreas Cretenſ. Archiep. . . . . DCXXXV.
Angelomus *Luxov.* Monach. . . . . DCCCLVI.
Anonymus. . . . . DCCL.
Anonymus alius. . . . . DCCL.
Anſelmus Epiſc. *Cantuar.* . . . . . MXCVII.
Anſelmus Havelburgenſis Epiſc. . . . . MCXL.
Apollinarius Junior. . . . . CCCLXX.
Aribo. . . . . MXCI.
Arnulphus *Audaonenſis* Monachus. . . . . MXXVI.
Arnulphus Canon. Regul. . . . . MCLXX.
S. Athanaſius Alexandrin. . . . . CCCXXVI.
Athenogenes. . . . . CXCVI.
Auguſtinus (*Aurelius*) *Hippon.* Epiſc. . . . . CCCXCV.
Aurelianus Cleric. *Remenſ.* . . . . . DCCCC.
Auxilius. . . . . DCCCXCIV.

B

Babaeus *Magnus* Gadal. Neſtor. Patriarch. Clar. A. C. DLXXXIX.
Babaeus alter. . . . . DCCXX.
Balſamon (*Theodorus*). . . . . MCLXXX.
S. Barnabas *Cyprius*. . . . . XXIX.
Barſuma *Niſib.* Epiſc. . . . . DCCCLXXII.
Bartholomaeus Epiſc. *Exonienſ.* . . . . . MCLXI.
Baſilides *Pentapolis* in *Lybia* Epiſc. . . . . CCLVI.
S. Baſilius M *Cæſarienſ.* Epiſc. . . . . CCCLXX.
Baſilius *Macedo* Imp. . . . . DCCCLXVII.
Beda *Venerabilis*. . . . . DCCI.
Belethus (*Johannes*). . . . . MCLXII.
Benedictus *S. Petr.* Canonicus. . . . . MCXLII.
S. Bernardus Abbas *Claraevall.* . . . . . MCXV.
Berno Abbas. . . . . MVIII.
Beroldus. . . . . MCXXX.
Berholdus Presb. . . . . MLXVI.
Bonizo Epiſc. *Placent.* . . . . . MLXX.
Bruno Rom. Pont. Leo IX. dictus. . . . . MXXVII.
Bruno *Aſtenſ.*, Abbas *Caſinenſ.* . . . . . MXCVII.

C

Campanus (*Johannes*). . . . . MXL.
Carolus *Magnus* Imp. . . . . DCCLXVIII.
Caſia, & *Scaſia* & *Caſiana*. . . . . DCCCXXIX.
Caſſiodorius Senator (*Magnus Aurelius*). . . . . DXIV.
S. Clemens Rom. Pont. . . . . XCI.
Clemens (*T. Fl.*) Eccl. Alex. Presb. . . . . CXCII.
Cleofridus *Anglus* Abbas. . . . . DCLXXX.
Conantius *Palentinus* Epiſc. . . . . DCIX.
Conradus Monach. . . . . MCXC.
de Corlandon (*Adamus*). . . . . MCXC.
Coſmas *Hieroſol. Majum.* Epiſc. . . . . DCCCXXX.
Cumianus Abbas & Epiſc. . . . . DCLX.
Cyprianus (*Thaſcius Cæcilius*) Carthag. Epiſc. . . . . CCXLVIII.
Cyprianus *Niſibis* Metropolita. . . . . DCCLXXIII.
Cyriacus Epiſc. *Niſib.* . . . . . DCVIII.
Cyriacus *Graecor.* Patriarch. . . . . DCCXCIII.
S. Cyrillus *Hieroſolym.* Epiſc. . . . . CCCXLVII.
Cyrillus *Alex.* . . . . . CCCCXII.

D

Diodorus *Tarſenſ.* Epiſc. . . . . CCCLXXVIII.
Dionyſius Epiſc. *Alexandrin.* . . . . . CCXLVII.

Diony-

Dionyſius *Areopagita*. . . . . Clar. A. C. CCCLXI.
Dionyſius *Exiguus*. . . . . DXXXIII.
Dionyſius *Amidens*. Epiſc. . . . . MCLIV.
Drogo Epiſc. *Oſtiens*. . . . . MCXXVIII.
Dunſtanus Archiep. *Cantuar*. . . . . DCCCCLXI.

E

Ebertus *Suevigena* Monach. . . . . DCC.
Egbertus Archiep. *Eborac*. . . . . DCCXXXII.
Einhardus II. Comes de Katzenelenbogen Praeſul. . . MLVII.
Elbodus *Venetens*. Epiſc. . . . . DCX.
Eldephonſus *Hiſp*. Epiſc. . . . . DCCCXLV.
Elias *Bar-Canus* Caſcar. Epiſc. . . . . DCCCCLXXX.
Eliſaeus Patriarch. *Ceſiph*. . . . . DXX.
Elpis Vxor Boethii. . . . . DXX.
Ennodius (*Magnus Felix*) *Ticin*. Epiſc. . . . . DXI.
S. Ephraem *Syrus*. . . . . CCCLXX.
Eugenius II. *Tolet*. Epiſc. . . . . DCXLVI.
Euſebius *Caeſarienſ*. Epiſc. . . . . CCCXV.
Euſtathius *Antioch*. Epiſc. . . . . CCCXXIV.
Euſtathius Archiep. *Theſſal*. . . . . MCLXX.
Eutropius Eccl. *Valent*. Epiſc. . . . . DXCIX.

F

Florus Monachus. . . . . DCCLX.
Florus *Magiſter* Diac. *Lugd*. . . . . DCCCXXXVII.
Fortunatus (*Venantius Honorius Clementianus*) *Pictav*. Epiſc. . DLX.
Franco. . . . . MLX.
Fulbertus Epiſc. *Carnot*. . . . . MVII.
Fulgentius *Afer* Epiſc. . . . . DVII.

G

Gelaſius Papa. . . . . CCCCXCII.
Georgius Epiſc. *Syracuſanus*. . . . . DCLXI.
Georgius Archiep. *Nicomed*. . . . . DCCCLXXX.
Georgius Patriarch. *Nſtoriau*. . . . . DCCCXLV.
Georgius Metrop. *Corcyr*. . . . . MCXXXVI.
Germanus Epiſc. *Pariſ*. . . . . DLV.
S. Germanus Conſtantinopolitanus Epiſc. . . . DCCXV.
Gezo Abbas. . . . . DCCCCL.
Gobertus Epiſc. *Laudunenſis*. . . . . DCCCCXXX.
Godeſchalchus Praepoſ. *Aquenſ*. . . . . MXXXIX.
Godfridus Card. . . . . MCX.
Goſſelinus Monach. . . . . MLVIII.
S. Gregorius *Nyſſen*. . . . . CCCLXX.

S. Gre-

S. Gregorius *Nazianz.* . . . . . Clar. A. C. CCCLXX.
Gregorius (*Georgius Florentius*) Archiep. Turon. . . . DLXXIII.
S. Gregorius *Magnus* Papa. . . . . DXC.
Gregorius *Suffrae*. . . . . DCCLXX.
Grimoaldus Abbas. . . . . DCCCXLI.
Gvaltervs Monach. . . . . MCLXXX.
Gvido *Arretinus*, Abbas. . . . . MXIV.

H

H Alitgarius Epiſc. *Camerac. & Atreb.* . . . . DCCCXVI.
Helpericus Monach. . . . . DCCCCIII.
Heribertus Archiep. *Colon.* . . . . . DCCCCXCIX.
Herigerus *Lobienſ.* Abbas . . . . . DCCCCXC.
Hermannus *Contractus* Monach. . . . . MXL.
Hervevs *Cenomau.* Monach. . . . . MCXXX.
S. Hieronymus *Stridonenſ.* . . . . . CCCLXXVIII.
Hilarianus (*Q. Julius*) . . . . . CCCXCVII.
S. Hilarius *Pictav.* Epiſc. . . . . CCCLIV.
Hildebertus de *Lavardino* Archiep. *Turon.* . . . MXCVII.
S. Hippolytus Epiſc. & Mart. . . . . CCXX.
Honorius *Auguſtodun.* Presb. . . . . MCXXX.
Hubaldus Monach. . . . . DCCCCXVI.
Hugo Abbas *Praemonſtr.* . . . . . MCL.

I

S. Iacobus primus *Hieroſolym.* Epiſc. . . . . XXIX.
Iacobus *Niſiben.* Epiſc. . . . . CCCXXV.
Iacobus *Sarugenſis* Epiſc. . . . . DXIX.
Iacobus *Zanzalus* . . . . . DXLI.
Iacobus *Commentator Edeſſ.* Epiſc. . . . . DCLI.
Ieſſe Epiſc. *Ambian.* . . . . . DCCXCIX.
Ieſuiab Catholicus *Neſtorianorum*. . . . . DLXXX.
Ieſuiab *Adiabenus Neſtor.* Patriarch. . . . . DCLI.
IESVS Chriſtus Dei Filius. . . . . XXIX.
S. Ignatius *Antioch.* Epiſc. & Mart. . . . . CI.
Ildephonſus Archiep. *Tolet.* . . . . . DCLVII.
Innocentius III. Pont. Max. . . . . MCXCVIII.
S. Iohannes *Chryſoſtomus*. . . . . CCCXVIII.
Iohannes S. R. E. Diaconus. . . . . CCCCXCIII.
Iohannes *Bar-Aphtonius* Abbas. . . . . DXV.
Iohannes *Resh Rabanenſis*. . . . . DLXV.
Iohannes *Conſtantinopolitanus* Patriarch. . . . DLXXXII.
Iohannes *Philoponus Alex.* . . . . . DCI.
Iohannes *Caeſaraug.* Epiſc. . . . . DCXV.
Iohannes *Baſor.* Epiſc. . . . . DCXVII.
Iohannes Archicantor. . . . . DCLXXIX.

Iohannes *Maro Botr.* Epiſc. . . . . Clar. A.C. DCLXXXV.
Iohannes *Damaſcenus*. . . . . DCCXXX.
Iohannes *Darae Metropolit.* . . . . . DCCCXXXVII.
Iohannes *Garlandius*. . . . . MXL.
Iohannes *Euchaitenſis*. . . . . MLIV.
Iohannes *Abrincenſ.* Epiſc. . . . . MLXI.
Iohannes *Bar-Sufan Iacobit.* Patriarch. . . . . MLXIV.
Iohannes *Melit.* Epiſc. . . . . MXCIV.
Iohannes *Conſtantienſis*. . . . . MCXX.
Iohannes *Mardae* &c. Epiſc. . . . . MCXXXV.
Iohannes *Cornubienſis*. . . . . MCLXX.
Iohannes *Sariſburienſis*. . . . . MCLXXII.
Iohannicius *Ravennas*. . . . . DCXCI.
Ioſeph Huzita Presb. . . . . DLXXX.
Ioſeph *Studites Theſſal.* Archiep. . . . . DCCCVIII.
Ioſephus *Siculus*. . . . . DCCCLIII.
Ioſue *Bar Nun* Patriarch. . . . . DCCCXX.
S. Irenaeus *Lugd.* Epiſc. . . . . CXCVI.
Irenes *Orientis* Imperatrix. . . . . DCCXCVII.
Iſaac *Magnus* Presb. *Antioch.* . . . . . CCCCL.
Iſaac *Syrus Ninive.* Epiſc. . . . . DLXXX.
Iſaac Abbas. . . . . MCXLVII.
S. Iſidorus *Hiſpal.* Archiep. . . . . DXCV.
Iulianus Archiep. *Tolet.* . . . . . DCLXXX.
S. Iulius I. *Rom.* Pont. . . . . CCCXXXVII.
Ivo Epiſc. *Carnot.* . . . . . MXCVII.
S. Iuſtinus Martyr. . . . . CL.

L

LEander *Hiſpal.* Archiep. . . . . DLXXXV.
Leidradus *Lugdun.* Archiep. . . . . DCCXCVIII.
S. Leo M. . . . . CCCCXL.
Leo Imp. . . . . DCCCLXXXVI.
Leo IX. *Rom.* Pont. Vide *Bruno* . . . . . .
Leo *Tuſcus*. . . . . MCLXXX.
Licinianus *Spart. Carthag. in Hiſp.* Epiſc. . . . . DLXXXIV.
Lupus *Trec.* Epiſc. . . . . CCCCXXVI.

M

MAgnus *Senon.* Archiep. . . . . DCCC.
Magnus (*Michael*) *Iacobit.* Patriarch. . . . . MCLXIV.
Mamertus (*Claudianus*) Presb. Vienn. . . . . CCCCLXII.
Marabas *Neſtor.* Patriarch. . . . . DXXXV.
S. Marcus Evangeliſta. . . . . XL.
Marcus *Hydruntin.* . . . . . DCCCCI.
Martinus *Bracar.* Epiſc. . . . . DLX.

Maru-

Marutha *Tagrit.* in *Meſopot.* Epiſc. . . . Clar. A. C. CCCCVIII.
Matthaeus *Paſtor.* . . . . . XXIX.
Maxentius Patriarch. *Aquilej.* . . . . . DCCCXIII.
Maximianus Epiſc. *Ravennas.* . . . . . DXLVI.
Maximus *Conſtantinop.* . . . . . DCXLV.
Melito *Aſianus, Sardenſ.* Epiſc. . . . . CLXX.
Methodius *Conſtantinopolitanus Patriarch.* . . . DCCCXLII.
Michael *Magnus.* . . . . . MCLXIV.
Michael *Junior* Patriarch. *Iacobit.* . . . . . MCC.
Micheas Epiſc. . . . . CCCCXLVI.
Micrologus. . . . . MXCVII.
Momalius (*Vvaſelinus*) Abbas. . . . . MCXXX.
Moſes *Bar-Cepha* Epiſc. . . . . DCCCLXIII.
Muſaeus, ſive *Maſeus.* . . . . . CCCLVIII.

N

NArſes *Garbana*, ſeu *Leproſus* . . . . CCCCXLVI.
Neſtorius. . . . . CCCCXXVIII.
Neveló *Corbej.* Monach. . . . . MXCVI.
Niceas ſeu *Nicetas Romatianae* urb. . . . . CCCXCI.
Niceta *Pectoratus* Presb. *Conſtantinopolitanus* . . . . ML.
Nicetius *Gallus* Abbas. . . . . DXXVII.
Nicolaus *Conſtantinopolitanus* Patriarch. . . . MLXXXIV.
Nierſes *Chelajenſis Armen.* Patriarch. . . . . MCLXVI.
Notgerus Epiſc. *Leod.* . . . . . DCCCCLXXI.
Notkerus *Balbulus* Mon. . . . . DCCCCIV.
Novatianus Presb. *Rom.* . . . . . CCLI.

O

SODo Abbas. . . . . DCCCCXXVI.
Odo Epiſc. *Camerac.* . . . . . MCV.
Oldibertus *Craſſus Mediol. Archiep.* . . . . DCCCCV.
Ordonius *Hiſp.* Monach. . . . . MCLXXXIX.
Osbernus Monach. . . . . MLXX.

P

PAcianus *Barcinon.* Epiſc. . . . . CCCLXX.
Pandulphus *Capuan.* Monach. . . . . MLX.
Paſchaſinus *Lilybet.* in *Sic.* Epiſc. . . . . CCCCXLIII.
Paullinus *Aquilej.* Patriarch. . . . . DCCLXXVI.
Paullus Epiſc. . . . . DIII.
Paullulus (*Robertus*) Presb. *Ambian.* . . . . MCLXX.
Paullus *Langobard.* . . . . . DCCLXXIV.
S. Petrus Apoſtol. Princ. & Chriſt. Vic. . . . . XXIX.
S. Petrus *Alexandr.* Epiſc. . . . . CCCI.
S. Petrus *Damiani* Ep. & Card. . . . . MLVII.

Petrus *Mauricius* Abbas. . . . . Clar. A. C. MCXXIII.
Philoxenus. . . . . CCCCXLV.
Philoxenus Epiſc. *Bagdad.* . . . . . DCCCX.
Polycrates *Epheſ.* Epiſc. . . . . CXCVI.
Proclus *Conſtantinopolitanus* Epiſc. . . . CCCCXXXIV.
Prodromus (*Cyrus Theodorus*) . . . . . MCX.
S. Protadius, *Veſuntion.* Archiep. . . . . DCXXVI.
Proterius *Alexandr.* Epiſc. . . . . CCCCLI.
Prudens Hiſp., *Trecar.* Epiſc. . . . . DCCCXLVI.
Pſellus (*Michael*) *Conſtantinopolitanus* Monach. . . . . ML.

R

RHabanus *Maurus* Epiſc. *Mogunt.* . . . . DCCCXLVII.
Reginо *Germ.* Abbas. . . . . DCCCXCII.
Reinerus. . . . . MCXVII.
Remigius Monach. . . . . DCCCLXXX.
Richardus Canon. Regul. . . . . MCL.
Richardus *Auglus* Abbas. . . . . MCXC.
Rinaldus II. S. R. E. Card. . . . . MCXXXVI.
Robertus *Francor.* Rex. . . . . DCCCCXCVII.
Robertus Prior *S. Laur. Leod.* . . . . . MCXI.
Rodradus Presb. *Ambian.* . . . . . DCCCLIII.
S. Romanus. . . . . D.
Rupertus Abbas *Tuitienſ.* . . . . . MCXI.

S

SAbarieſus. . . . . DCCCCLXXXV.
Sabas. . . . . CCCCLXXXIV.
De Sabellis (*Ceucius*) Card. . . . . MCXCII.
Salvianus *Maſſil.* Presb. . . . . CCCCXL.
Salvus Abbas. . . . . DCCCLXII.
Severianus *Gabal. in Syr.* Epiſc. . . . . CCCCI.
Severus. . . . . DXVIII.
Sicardus *Cremon.* Epiſc. . . . . MCLXXXV.
Sidonius (*C. Sollius Apollinaris*) *Arvern.* Epiſc. . . . CCCCLXXII.
Sigebertus Monach. *Gemblac.* . . . . . MCI.
Simeon Epiſc. *Bethaſ.* . . . . . DX.
Simeon *Stylites.* . . . . . DXXVII.
Simeon Junior Theol. . . . . MLI.
Stephanus Epiſc. *Leodic.* . . . . . DCCCCIII.
Stephanus *Aeduenſis*, ſive *Auguſtodun.* Epiſc. . . . MCXIII.
Strabo (*Walafridus*) Abbas. . . . . DCCCXLII.
Sugerius Abbas. . . . . MCXXIII.
Synesius *Cyren. Ptolem.* Epiſc. . . . . CCCCX.

T

Tertullianus (Q. *Sept. Flor.*) *Carthag.* Eccl. Presb. Clar. A. C. CXCII.
Theoctistus . . . . . CCCCLXXII.
Theodorus *Mopsvest. in Cilic.* Episc. . . . . CCCCVII.
Theodorus *Cantuar.* Archiep. . . . . DCLXVIII.
Theodorus *Studites* Abbas. . . . . DCCCXIII.
Theodorus, & Theophanes. . . . . DCCCXVIII.
Theodorus Patriarch. *Maronit.* . . . . . MCLI.
Theodorus Antipatriarch. . . . . MCLXXX.
Theodosius Episcop. *Syracusanus* . . . . . DCCLX.
Theodulphus *Aurelian.* Episc. . . . . DCCXCIV.
Theophilus *Caesar. Palaest.* Episc. . . . . CXCVI.
Theophilus *Alexandr.* . . . . . CCCLXXXV.
Thomas *Edessenus* . . . . . DXXX.
Thomas *Heracleensis* . . . . . DCX.
Thomas *Bajocensis* junior . . . . . MCLXIX.
Timotheus *Constantinopolitan.* Episc. . . . . DXI.
Trumherus Episc. *Lichfeldensis* . . . . . DCC.

V

Victor *Rom.* Pont. . . . . CXCVI.
Victor Episc. *Capuan.* . . . . . DXLV.
de S. Victore (*Hugo*) Abbas. . . . . MCXX.
Victorius, sive Victorinus. . . . . CCCCLVII.
Voconius, sive Boconius Episc. . . . . CCCCLX.
Vsuardus *S. Germ. Paris.* Monach. . . . . DCCCLXXVI.

VV

VVandelbertus Diac. & Mon. *Prum.* . . . . DCCCL.
VVaselinus Monachus . . . . . MCXXX.
VVillelmus Monach. . . . . MCXXX.
VVilfridus *Ripponensis* Archiep. *Eborac.* . . . . DCC.
VVithredus Presb. *Angl.* . . . . . DCCXXX.

X

Xistus II. *Rom.* Pont. . . . . CCLVII.

CAPUT III.

Index Scriptorum, qui post saeculum XII. ad nostra tempora suis lucubrationibus de rituali re optime meriti sunt, ad alphabeti litteras digestus.

A

ABRAHAM *Ecchellensis*.

Vide *Ecchellensis*.

ACAMI (*Jacobus*) Comes.

Edidit 1. *dell' antichità, autore, e pregi del Sacramentario* VERONESE *dissertazione Apologetica tripartita*, Romae MDCCXLVIII. 4. (a).

2. Epistolam *de Paedobaptismo solemni in Ecclesia Latina & Graeca*, sive de perpetuo Ecclesiae ritu & dogmate baptizandorum cum infantium, tum adultorum in pervigiliis Paschae, & Pentecostes, Romae MDCCLV. ex typographio Angeli ROTILII (b).

(a) Vide quae diximus *lib. I. cap. III. artic. IV. §. 1. n. 15.* praesertim vero *T. I. histor. litterar. Ital. lib. I. cap. IV. n. 7. seqq.*

(b) Panca de hac epistola diximus *T. III. histor. litter. Ital.* p. 350. ubi IOHANNIS nomine Auctor typographico errore praenotatur.

ADAMI (*Andreas*) *Vulsinienſis*.

Osservazioni per ben regolare il Coro dei Cantori della Cappella Pontificia, tanto nelle funzioni ordinarie, che straordinarie, Romae apud Antonium de RVBEIS MDCCXI. 4. (a).

(a) Raris libris adscribitur a Davide CLEMENT Bibl. Curiense T. I. p. 44.

ADAMVS VILLICVS (Vulgo *Mayer*).

Fuit is Abbas S. MARTINI *Coloniae* nascentis Congregationis *Bursfeldensis* Praeses generalis (a) obiitque A. MCCCXCIX. Exstat autem in Bibliotheca *Lacensi* MS. ejus.

Caeremoniale metricum.

Hoc est operis initium:

In summis Festis ad Missam dicitur una
tantum collecta

Clauditur autem his versibus.

ADAM *jure minus doctis versus dedit istos:*
Ut discant, quae sint fugienda, per haecve cavenda:

(a) De eo plura HARTZHEIM *Biblioth. Colon. p. 2. seqq.*

ADEL-

ADELPHVS (*Iohannes*).

Argentoratenſis Phyſicus (a) *Argentorati* MDXIII. divulgavit in 4.

Sequentiarum, ut vocant, interpretationem:

(a) Ejus praeter SCHVLTINGIVM meminit *Aubertus* MIRAEVS *de Scriptor. Eccleſ. ſacc. XVI. cap. XX.*

AGAPIVS.

Cretenſis apud Montem *Athum* Monachus XVII. ſaeculo *Venetiis* edidit.

1. *Lectiones pro* Graecorum *officiis* (a):
2. *Theotocarion* (b).
3. *Paradiſum* (c).

(a) Vide *lib. I. cap. 4. art. I. n. 5.*
(b) *Ibid. n. 14.*
(c) *Ibid. n. 20.*

AGRICOLA (*Franciſcus*).

Iulias, Paſtor primum Eccleſiae *Rodingenſis*, dein Eccleſiae *Sittardienſis*, tum decanus Ruralis Capituli *Suſterenſis* obiit *Sittardiae* a. MDCXXIV. Plura ediderat (a). In his opuſculum.

De lectione horarum Canonicarum; de lectione ſacrae Scripturae, ejuſque interpretibus orthodoxis, Leodii MDC. 12.

(a) Ea diligenter percenſet HARTZHEIM *Bibliot. Colon. p. 79.* GAVANTVS tamen in indice auctorum, quibus uſus fuerat, AGRICOLAM laudat *de Sacerdotum officio*; quod opus in HARTZHEIMII Bibliotheca omittitur.

ALBANVS (*Ioh. Hieronymus*).

Ex illuſtri apud *Bergomenſes* familia eques, & Juriſconſultus longe clariſſimus, qui uxore jam defuncta a S. PIO V. inter Cardinales a. MDLXX. cooptatus fuit. Aliis ejus operibus omiſſis (a) exſtat ejus

De Cardinalatu Liber

Romae per ANTONIVM BLADVM excuſus MDXLI. 4. (b).

(a) Confer praeter CIACCONIVM OLDOINI, & EGGSIVM *in Purpura docta* Cl. MAZZVCHELLIVM in *Script. Ital.* Aliqua ejus opera indicat etiam MIRAEVS *de Scriptor. ſacc. XVI. cap. LXV.*
(b) Relatus quoque fuit inter Tractatus *Jur. T. III. p. II. fol. 105.*

ALBAS-

ALBASPINVS (a) (*Gabriel*).

Aurelianenſis Epiſcopus Eccleſiaſticae antiquitatis peritiſſimus edidit.

1. *De veteribus Eccleſiae ritibus, obſervationum libros duos, notas in Concilium* Eliberitanum, *quoſdam alios antiquos Canones, & aliquot* TERTVLLIANI *Libros*, Lutetiae Pariſiorum, ſumptibus *Laurentii* SONNII MDCXXIII. 4. (b).

2. *Ancienne police de l' Egliſe ſur l' adminiſtration de l' Euchariſtie, & ſur les circonſtances de la Meſſe*, ibid. MDCXXIX. (c) iterum MDCLV. in 8.

3. *Reſponſion. ad* Nic. RIGALTII *epiſtolam ad Cardinalem* BARBERINVM, qua nititur oſtendere, laicos olim neceſſitate poſtulante, Euchariſtiae Sacrificium obtuliſſe. Pariſiis apud *Antonium* STEPHANVM MDCXXX. 8.

Dignum utrumque opus, quod a Cl. MABILLONIO *in ſua Bibliotheca Eccleſiaſtica ſelectiorum operum* §. XIV. proponeretur, etſi in nonnullis PETAVIVS ab ALBASPINO diſſenſit (d), illumque BONA non ſemel erroris arguit.

(a) FONTANINIO, aliiſque ALBASPINAEVS. Nos editionem *Pariſienſem* ſequuti ſumus, ubi ipſe ſe ALBASPINVM inſcripſit.

(b) Vel ipſis eruditioribus Proteſtantibus ita probatae ſunt hae obſervationes, ut primum * *Iohannes Georgius* KETTENBEILIVS illas a ſe in epitomen redactas, notiſque illuſtratas *Helmſtadii* MDCLVII. 4. vulgarit; deinde *Gebh. Theodorus* MEIER ad *Pariſinum* exemplar ibidem recudendas MDCLXXII. curarit.

(c) Hic annus in MABILLONII *Bibliotheca Eccleſiaſtica*, & in Catalogo *Bibliothecae Gbiſianae* adſcribitur; MERATIVS, & SALA annum notant MDCXX.

(d) Vide DVPINIVM *de Script. Eccleſ. ſacc. XVII.*

ALBERTVS M. (a).

Ordinis *Praedicatorum*, & Eccleſiae *Ratiſponenſis*, cui praefuit, Epiſcopus, decus immortale deceſſit e vita a. MCCLXXX. Inter octingenta volumina, quibus implevit orbem, *ſatis unus omnibus Bibliothecis*, quemadmodum de eo ait *Philippus* LABBE, exſtat.

De ſacrificio, ſive de officio Miſſae lib. I. (b):

(a) Eum *Grotum* VIVES appellat; num ex Familiae nomine? quod HEYMANNVS *in conſpectu Reipubl. litter. cap. IV.* §. 42. ſuſpicatus eſt.

(b) Vide T. XXI. Operum *Lugdun.* edit. MDCLI.

ALBI-

ALBINI (*Ioh. Maria*).

Ferrarienſis Presbyter duodecim ante obitum ſuum annis, anno ſcilicet MDLXXX. in patria Urbe edidit : *Dichiarazione delle Ceremonie della Santa Meſſa*.

ALCOÇER (*Iohannes*).

Hiſpanus floruit circa ann. MDCXII., atque *hiſpano* idiomate librum vulgavit.

De caeremoniis Miſſae.

ALDOBRANDINVS *Ferrarienſis*.

Ord. *Praedic.* circa annum MCCCLXXX. ſcripſit *officium translationis* S. THOMAE *de* AQVINO : quod incipit : *O quam felix mater* ITALIA.

ALDOENSIS (*Stephanus*).

V. *Stephanus Aldoenſis*.

ALESSANDRI (*Gabriel*) (a).

Exſtat *Mediolani* excuſus a. MDLXXXVIII. ejus liber :

De candelarum , aliarumque rerum ſenſu carentium benedictionibus , quae Eccleſiaſtico more fieri conſueverunt .

(a) Confer de hoc *Ord. Praedicat.* Epiſcopo MAZZVCHELLIVM.

ALEXANDRI (*Natalis*).

Ord. *Praedicat.* celebris Scriptor *Pariſiis* a. MDCCXXIV. defunctus, quum annum ſextum ſupra octogeſimum aetatis ageret (a) . Ad rem noſtram pertinet liber ſeorſum excuſus hoc tutulo .

Diſſertationes hiſtoricae , & criticae , quibus officium Ven. Sacramenti S. THOMAE *vindicatur* . Pariſiis MDCLXXX. 8. (b) .

(a) Ejus elogium a TVRONIO compoſitum exſtat in fronte Tomi III. *hiſtoriae Eccleſiaſt.* ejuſdem NATALIS apud *Lucenſes* editae.

(b) In *actis Sanctorum* menſis *Aprilis* dubitaverat PAPEBROCHIVS, num S. THOMAE hoc officium eſſet tribuendum. „ Poſtea „ vero quum, inquit, BENEDICTVS XIV. *de feſtis lib. I. cap. XIII.* „ *n.* 11. celebrem legit diſſertationem, quam de hoc argumento *Na*„ *talis* ALEXANDER conſcripſit, candide declaravit, omnem ſibi „ ſcrupulum eſſe exemptum, ſeque D. THOMAM illius officii au„ ctorem agnoſcere „ in *Propyl. Maii p. II. pag.* 53.

ALFANI (*Thomas Maria*).

Ord. *Predicatorum* a. MDCCXXV. Italice dedit.

Iſtoria degli Anni Santi, Neapoli MDCCXXV. & MDCCXLIX. (a).

(a) Vide MANNI.

De ALFENTIA (*Nicolaus*):

Carmelita, qui TRITHEMIO teſte a. MCCCCXCV. ſuperſtes erat, ſcripſit *in Officium Miſſae*, *& Canonis* prolixum Volumen.

ALLATIVS (*Leo*).

Doctus aeque atque acerrimus Eccleſiae Latinae vindex, etſi ſchiſmaticos parentes habuit in inſula *Chio* ubi an. MDLXXXVI. natus eſt; dignus propterea, quem ALEXANDER VII. *Vaticanae* Bibliothecae cuſtodem renunciaret (a). In hoc autem munere obiit annoReparatae ſalutis MDCLXIX. aetatis LXXXIII. plurimis editis libris (b). Ad noſtram ſpectant Bibliothecam.

De aetate, *& interſtitiis in collatione ordinum etiam apud* Graecos *ſervandis*, Romae per MASCARDVM MDCXXXVIII. 8.

De Templis Graecorum *recentioribus*, *de Narthece Eccleſiae veteris*, *& de* Graecorum *quorumdam ordinationibus*, Coloniae per *Iacobum* KALCOVIVM MDCXLV. 8.

De libris & rebus Eccleſiaſticis Graecorum *diſſertationes*, *& obſervationes variae* (c), Pariſiis ſumptibus *Sebaſtiani* CRAMOISY MDCXLVI. (d) 4.

Diſſertatio *de ſolea veteris Eccleſiae*. Exſtat *in Symmictis Coloniae* editis apud *Iodocum* KALCOVIVM MDCLIII. 8. pag. 153.

Epiſtolae duae *de Liturgia* S. IACOBI (e) & *de Communione ſub unica ſpecie*. Exſtat in iiſdem *Symmictis* p. 175.

Diſſertatio *de Dominicis*, *& Hebdomadibus recentiorum* Graecorum. Exſtat *in perpetua conſenſione Eccleſiae Occidentalis & Orientalis* (prodiit *Coloniae* per KALCOVIVM MDCXLVIII. 4.) pag. 1401.

De Miſſa Praeſanctificatorum apud Graecos: ibid. p. 1530.

De Communione Graecorum *ſub utraque ſpecie*. Exſtat *in utriuſque Eccleſiae* Orientalis, *atque* Occidentalis *perpetua in dogmate de Purgatorio conſenſione*.

(a) *Dominicus* MARIA MANNI ſcripſit opuſculum praenomtum: *Notizie di* Leone ALLACCI *col catalogo delle ſue opere*, edidit-que T. XXX. Sylloges *Calogeranae* p. 265. Accuratiorem; & uberiorem de illo commentariolum habes in mea *Bibliotheca hiſtoriae litterariae Piſauri* vulgata. Ho-

(b) Horum librorum compendium quoddam ex DVPINIO magnam partem depromptum exhibet DINOVARTII *diarium Eccleſiaſticum* (*Iournal Eccleſiaſtique*) a. MDCCLXXII. *Tom. XLVI. p. II. & III. & T. XLVII. p. II.*

(c) Nempe de *Narthece veteris Eccleſiae* p. 3. *de recentiorum* Graecorum *templis* obſervatio prima pag. 98. de *eiſdem Templis* obſervatio ſecunda p. 157.

(d) MANNIVS in praecedentem annum MDCXLV. hanc editionem confert ; in *Colbertinae* quoque Bibliothecae Catalogo annus MDCXLV. indicatur. Suſpicor reapſe librum hoc anno editum fuiſſe ; quum vero ad recudendas , quae hoc ipſo anno *Coloniae* prodierant , *de narthece* , *& de templis* Graecorum *recentioribus* obſervationes *Pariſienſis* typographus animum adjeciſſet , quemadmodum eas recudit , utrique operi novum , eumque communem titulum inſcripſiſſe , adnotato , quo *Obſervationes* editae ſunt , anno MDCXLVI. Ut hoc conjiciam , facit cum alius omnino titulus , quo apud MANNIVM , & in *Colbertinae* Bibliothecae Catalogo liber hic praenotatur , nempe *de libris Eccleſiaſticis diſſertationes* , tum nova paginarum indicatio *obſervationibus* inſcripta . Vt ut eſt , vide quae de hoc opere diximus *lib. I. cap. I. n. 2.*

(e) Confer dicta *lib. I. Cap. III. art. II. §. I. n. 1.*

ALLEGRANZA (*Ioſephus*).

Ord. *Praedicatorum* in ſacrae antiquitatis ſtudiis adprime verſatus edidit .

1. *Ricerca dell' origine , e ſignificato di que' rozzi animali , che nelle fabbriche dette* Gotiche *veggonſi comunemente in marmo ſcolpiti* (a) .

2. *Dell' antico fonte Batteſimale di* CHIAVENNA *diſſertazione .*

In qua de Baptiſteriis , de ipſoque Baptiſmo , ejuſque ritibus diligentiſſime diſputat (b) .

3. *Spiegazioni , e Rifleſſioni ſopra alcuni ſacri monumenti antichi di* Milano , Mediolani MDCCLVI. 4.

(a) Exſtat in *Romano* litteratorum hominum diario a. MDCCLIV. artic. XXXV.

(b) Exſtat erudita haec diſſertatio Tom. XIV. *novae* ſylloges *Calogeranae* opuſculorum pag. 118-210.

De ALLIACO (*Petrus*) .

Compendii ad Iſaram natus . Litteris operam ſtrenue navavit eo fructu , ut primum Archididaſcalus Collegii *Navarraei* , deinde *Anicienſis* Epiſcopus , tandem Cardinalis *Cameracenſis* a. MCCCCXI. dictus fuerit . Obiit *Cameraci* a. MCCCCXXV. Inter ejus ſcripta recenſentur

De correctione Calendarii lib.
De vero cyclo lunari
Sacramentale
quod editum fuit *Lovanii* MCCCCLXXXVII.

De ALMEIDA (*Franciſcus*).

Apparato para a diſciplina,e ritos Eccleſiaſticos de PORTVGAL. Ulyſippone MDCCXXXV—MDCCXXXVII. Tom. III. 4.

ALTHANVS (*Fridericus*).

Ex Comitibus SALVAROLI *Forojulienſis* non exiguo rei Liturgicae damno paucos ante annos defunctus, a quo habuimus.

1. *In quoddam Altare portatile* Epiſtolarem diſſertationem (a).

2. *De Calendariis in genere, & ſpeciatim de Calendario Eccleſiaſtico* diſſertationem, cui adnectuntur complura pervetuſta Hagiologia nunc primum edita, atque illuſtrata, Index Martyrologicus, nec non tres epiſtolicae diſſertationes alia ſacra monumenta exhibentes (b), Venetiis MDCCLIII. ex typogr. Remondin. 8.

3. *Oſſervazioni in ſulla Voce* Breviarium, *che ſerve di nome a' noſtri Eccleſiaſtici offici* (c)

(a) Exſtat T. XLVI. ſylloges opuſculor. *Caloger. pag.* 201-244.

(b) Sunt hae I. *Iter Liturgicum Forojulienſe Romae* jam editum a. MDCCXLIX. in 4. ab *Emmanuele* de AZEVEDO, cui illud Auctor inſcripſerat. 2. *Baptiſmale hieroglyphicum epiſtolica diſſertatione explanatum*, quod a. MDCCXLIX. Patavii Italice prodierat inſcriptum: *lettera del Sig. Ab. Conte* Federico ALTAN *al M. R. P.* Filippo da VERONA *Cappuccino contenente la ſpiegazione di un celebre Battesimale Geroglifico*. 3. Jam indicata *in quoddam altare portatile* diſſertatio.

(c) Exſtat poſtumum hoc opuſculum T. XXV. *novae ſylloges Caloger.* p. 31. ſeq.

AMATVS (*Michael*).

Presbyter *Neapolitanus* praeter diſſertationem.

De opobalſami (a) *ſpecie ad ſacrum Chriſma conficiendum requiſita*, Neapoli MDCCXXII. 8. excudente *Franciſco* RICCIARDI.

Et aliam.

De piſcium, atque avium eſus conſuetudine in antepaſchali jejunio, ibidem MDCCXXIII. (b).

A. MDCCXXVIII. diſſertationes hiſtorico-dogmaticas 4. vulgavit, in quibus multa ſunt ad ſacros ritus pertinentia (c).

(a) Peruani.

Con-

(b) Consulendi de hac dissertatione, qui in illam aliqua scitissime animadvertunt, *Trivultiani* in Ephemeridibus MDCCXXIV. M. Iunio a. LIV. intelligesque eam dignam fuisse, quae S. R. C. decreto 2. Sept. MDCCXXVII. configeretur.

(c) Sic diss. III. & IV. quaerit quomodo Christus in ultima Coena benedixerit, & an duobus usus fuerit calicibus; item de ritu manibus sumendae Eucharistiae disserit.

AMELII (*Petrus*).

Gallus Electensis ex Eremita *Augustinienſi* VRBANI V. Sacrista, dein GREGORII XI. Poenitentiarius, ac Bibliothecarius, postea *Senogallenſis* Episcopus, Archiep. *Tarentinus*, tum Patriarcha *Gradenſis*, & *Alexandrinus*, atque Ecclesiae *Aquenſis* administrator in vivis erat ad ann. MCCCXCVIII. instante obitu BONIFACII IX. librum autem scripsit

De caeremoniis S. R. E.

quem MABILLONIVS edidit *Muſ. Ital. p. II. p.* 443.

Ab ANCONA (*Gabriel*).

Auguſtinienſis Ordinis Frater, &c. ad annum MDXXIX. Sacrista Apostolicus scripsit Tractatus tres in *Capponiana* Bibliotheca olim adservatos, nempe I. *de ritu*, & *Caeremoniis in Capella Pontificia*. II. *Acta in adventu*, & *Coronatione* CAROLI V. *in Civitate* Bononiae. III. *Acta quaedam Caeremonialia ab anno* MDVIII. *cum ſupplemento uſque ad annum* MDL.

De ANDERNACO (*Iohannes*).

Colonienſis S. BENEDICTI Monachus in Coenobio B. M. V. *ad lacum*, obiit MDXXX. (a) In Coenobii porro Bibliotheca exstat MS. ejus liber

De defectibus in Miſſa ſervandis.

(a) Vide HARTZHEIM *Bibliothecam Colon. p.* 159.

A S. ANDREA (*Iohannes*).

Pariſienſis Ecclesiae Canonicus edidit

S. MARCI Liturgiam Gr. & Lat. *Pariſiis* MDLXXXIII. (a).

(a) Confer *librum I. cap. III. art. II. §. I. n.* 3.

ANDREV (*Franciſcus*).

Hiſpanus Ord. B. M. *de Mercede* Redemptionis Captivorum (a) auctor fuit operis inscripti:

Caeremoniale Sacri Ordinis B. MARIAE *de Mercede cum ſcholiis*, Valentiae MDCXIV. 4.

(a) De eo *Nicolaus* ANTONIVS *in Bibl. Hiſp. rec.*

AN-

ANDREVCCI (*Andreas Hieronymus*).

Viterbienſis in Romana olim *Ieſuitarum* Profeſſorum domo XIII. Junii a. MDCCLXXI. extinctus, quum praeſertim Congregationis Presbyterorum, cui multis ibi annis praefuit, cauſſa non paucos libellos cum latine, tum Italice magna ſui nominis exiſtimatione vulgaſſet, latinos tandem duobus tomis comprehenderat. Ac primo quidem, cui titulum fecit.

Hierarchia Eccleſiaſtica in varias ſuas partes diſtributa, & Canonico-Theologice expoſita. Romae MDCCLXVI. typis *Generoſi* SALOMONI 4.

decem tractatus complexus eſt, ex quibus duo.

III. *De Epiſcopis Cardinalibus ſuburbicariis*.

IX. *De obſervandis ab Epiſcopo in authenticandis Reliquiis*:

Nobis ſunt indicandi. Duo quoque ex libro II. qui eodem anno, eodemque titulo prodiit numerandi ſunt.

II. *De Cardinalibus in genere*:

III. *De ritu Ambroſiano*.

ANDRIANVS (*Zacharias*):

Floruit a. MDLXXVI. quo etiam edidit *Brixiae* apud *Thomam* BOZZOLAM ſimul cum *Gabrielis* BIEL expoſitione Canonis Miſſae

Expoſitionem Sacrificii Altaris

quod opus GAVANTVS dum citat, *de ſacrificio* Miſſae inſcribit (a).

(a) MERATVS in indice citat *Zachariam* ANDRIANVM *de expoſitione SS. Sacramenti* Brixiae MDCXIII. ſed vereor, ne ZACHARIAS, quod apud MERATVM cognomen eſt, nomen ſit, ADRIANus vero nomen pro ANDRIANI cognomine huc irrepſerit. Si non inanis ſuſpicio mea eſt, ANDRIANI opuſculis & hoc addendum erit.

ANGELI (*Philippus*).

Ejus eſt

Praxis Miſſae privatae

quae *Patavii* prodiit MDXX. 12.

ANGELINI (*Nicolaus*).

Auctor operis praenotati:

Diſcorſo curioſiſſimo interno alla mutazion de' nomi de' PAPI nella loro creatione, *Venetiis* MDXC. 4. & MDCLXXVI. 4. (a)

(a) Secundam hanc editionem indicat CINELLIVS *Biblior. Volante T. I. p. 44. edit.* Ven. MDCCXXXIV.

A S. AN-

A S. ANGELO (*Mauritius*).

Florentinus Carmelita diſcalceatus obiit *Coloniae* XII. Julii MDCXLIX. inter alia MSS. relinquens.

1. *Hymnologium de Sanctiſſ. Virgine* MARIA, *Sanctis, ac praecipuis anni feſtis.*

2. Litanias varias e ſacris litteris, ſanctiſque Patribus collectas.

ANNVNZIATA (*Gabriel dell'*) (a).

E Clericis *Scholarum Piarum Genuae* in patria Urbe edidit: *Sacri Riti, e Cerimonie, che conforme l' ordine Romano ſi devono uſare da' Miniſtri Eccleſiaſtici nel ſervire al Sante Sacrificio della Meſſa baſſa, e cantata, e ne' Veſpri ſolenni*, MDCLXIV. in 8.

(a) *Iob. Baptiſta* BIANCHI antea vocatus. De eo MAZZVCHELLIVS *Vol. I. p. II. pag.* 810.

ANONYMI aliquot:

I.

L' antica diſciplina della Liturgia, o ſia Meſſa celebrata colle ſole offerte per li vivi, e per li morti, Venetiis MDCCLXVIII. apud GRATIOSVM 4. (a).

(a) Liber eſt acri cenſura dignus. Auctor in eo *Graecam* Eccleſiam, ejuſque Liturgiam ſummis laudibus extollit; *Latinam* deprimit. Miſſas privatas, quas poſt ſextum ſaeculum ex Sacerdotum cupiditate tandem obtinuiſſe exiſtimat, temere inſectatur. Miſſas immo, & generatim ſuffragia pro mortuis incredibili auſu reprehendit. Quae in Miſſae pro defunctis offertorio recitatur oratio centies a noſtris doctoribus, atque in his a BENEDICTO XIV. ſapienter explicata, eam aculeatus cenſor fugillat. Mitto alias, quae paſſim in hoc libello occurrunt, falſas ac temerarias (ne quid gravius dicam) propoſitiones. Non mirum igitur, eum in Romanum vetitorum librorum indicem a S. Sancti officii Congregatione relatum fuiſſe 13. Aprilis MDCCLXXIV.

II.

Apertio portae Sanctae per Sanctiſſ. & Beatiſſ. D. N. GREGORIVM Papam XIII. Venetiis MDLXXV. apud Franciſcum RAMPAZZETTVM (a).

(a) Exſtat in hoc libello *Latine*, & *Italice* Inſtructio Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Card. PALAEOTI Epiſc. *Bononienſis*, & Principis ad populum ſuae Civitatis, & dioeceſis de ſacro Iubilaeo *Romae* ſuſcipiendo anno Sancto MDLXXV.

Biblio-

III.

Bibliotheca selecta *de ritu azymi*, *ac fermentati* (a) *Venetiis* MDCCXXIX. 8. *Bononiae* vero MDCCL. Tomis duobus in 8. (b).

(a) Sinant quaeso lectores, ut quae *histor. litter. Ital. T. IV. p.* 81. seqq. de hac controversia commentatus olim sum, huc transferam. „ *I Greci* dopo l' undecimo secolo fecero a' *Latini* amari rimpro-„ veri per l' uso dell' azimo nella Liturgia; ma i *Latini* non si credet-„ tero obbligati di lasciare il loro rito, che dall' esempio di G. C. re-„ putavano bastevolmente autorizzato. Nella riunione, che nel Con-„ cilio di *Firenze* si fece de' *Greci* a' *Latini*, da niuna delle due par-„ ti non fecesi caso delle differenze delle due Chiese su questo pun-„ to. Dappoi cadde agli eruditi in pensiero di ricercare storicamen-„ te l' origine dell' uso tra' *Latini* introdotto dell' azimo. Ho detto „ tra' *Latini*; perciocchè di coloro, i quali nella erudita controversia „ intrapresa a raccontare ebbero la precipua parte, altri siccome co-„ sa certa, ne da potersene dubitare supposero, che i *Greci* costan-„ temente abbiano fino da' primi tempi celebrato nel lievitato, altri „ questo provarono senza contraddittore, benchè poi il *P. Onorato* da „ S. MARIA, siccome vedremo, siasi a questa comune persuasione „ opposto. Orbene. Il *P. Iacopo* SIRMONDO uomo eruditissimo nel „ MDCLI. stampò una breve, ma sugosa e forte disquisizione *de azy-„ mo*, la quale ora nel quarto tomo dell' opere sue si vede inserita. In „ essa dimostra, che per ottocento e più anni la Chiesa *Latina* usò „ *il pan fermentato*, e che l' introducimento *dell' azimo* dee a quel tem-„ po riferirsi, che tra lo scisma di FOZIO corse, e le contenzioni „ di *Michel* CERVLARIO. Sino al MDCLXIII. non trovo, che „ alcuno opposto si fosse all' opinion del SIRMONDO. Ma in quest' „ anno il famoso *Cristiano* LVPO nella dissertazione *de actis* LEO-„ NIS IX. c. 5. fino al 12. (Trovasi questa nel Tomo 3. delle sue „ opere) la combattè con vigore. Ma egli nol fece con tal succes-„ so, che gli eruditi credessero questo sentimento abbattuto. In fatti „ il dottissimo Cardinal BONA stampando in Roma nel MDCLXXI. „ l' eccellente opera *Rerum Liturgicarum* poco si allontanò dal SIR-„ MONDO (L. I. c. 23.) Quando quest' opera giunse a *Parigi*, era „ sotto il torchio il terzo secolo *Benedettino* del chiarissimo MABIL-„ LONE, il quale (nella prima *Praefazione obsery. 9. n.* 64.) con-„ tutto lo sforzo della sua erudizione studiato erasi di sostenere la to-„ talmente opposta sentenza, che presso a' *Latini* fosse perpetuo sta-„ to l' uso *dell' azimo*, trattine gli Apostoli, i quali ora del *pan fer-„ mentato*, ora *dell' azimo* credeva essersi valuti. Perchè al Card. me-„ desimo scrisse una lettera in data de' 13. Decembre dello stesso an-„ no MDCLXXI. ben degna di essere in parte qui riportata. *Prae-„ ter opinionem adcidit, ut offenderem in tuum judicium, cui me, meaque „ omnia subjecta semper esse volueram. De Azymis loquor, de quibus in „ eximio opere tuo aliter sentis, quam ego scripseram, antequam ea de re „ sententiam tuam rescirem. Verum quodcumque super hoc argumento scri-„ psi*,

1. Opera omnia Romae MDCCXLVII. vol. XII. fol. In his vero etsi *Institutiones*, quas Auctor, quum *Bononiensis* Archiep. esset, Italice primum *Bononiae* ediderat inscriptas: *Notificazioni*, uti & Libri tres de Festis ex Italico, quo antea *Bononiae*, & *Romae*, seu potius *Venetiis* prodierant, sermone in latinum a doctissimo Paesule GIACOMELLIO heu! nuper nobis erepto translati, nonnulla habent ad ritus pertinentia; tria tamen praecipua

opera sunt singulari commendatione a nobis heic commemoranda, nempe 1. *de Servorum Dei Beatificatione &c. Bononiae* primum a. MDCCXXXIV., ac *Patavii* deinde paucis, inconsulto, ut equidem existimo, auctore demptis Libri quatuor (b). 2. *de Sacrosancto Missae Sacrificio*, cujus quum secundam Latinam editionem (primo enim ab Auctore Italice exierat) auctiorem, & castigatiorem *Emmanuel* de AZEVEDO *Romae* curasset a. MDCCXLVIII. *synopsim* sequente mox anno emisit 3. *de Synodo dioecesana*, quod tamen opus multis auctius libris a MDCCLV. sapientissimus Pontifex *Romae* iterum dedit in f. atque ad novam hanc editionem *Patavina* a. MDCCLVI. falso *Ferrariae* nomine praenotata, aliaeque plures exactae sunt (c)

2. *Raccolta di circolari della Santità di N. S. Papa* BENEDETTO XIV. *per l' occasione del prossimo Anno Santo MDCCL.* Venetiis apud *Iosephum* BETTINELLIVM MDCCXLIX.

3. *Lettera della Santità di N. S.* BENEDETTO *Papa XIV. al Sig. Cardinale* Vincenzo MALVEZZI *Arciv. di* Bologna *sopra la consecrazione della sua Chiesa Metropolitana &c.* Romae, & Bononiae MDCCLVI. fol. (d)

4. *Lettera a Monsi.* Ignazio Reali *sopra il celebrare la Messa sedendo*, Romae MDCCLVII. fol. apud SALOMONII (e)

5. *Lettera &c. al Capitolo, e Canonici della Chiesa Metropolitana di* Bologna, *con cui accompagna il dono della Rosa d' oro mandata dalla Santità sua alla medesima Chiesa Metropolitana* (*f*)

6. Ejus demum Bullarium quatuor tomis in fol. comprehensum non canonicae modo Jurisprudentiae, sed etiam sacrae antiquitatis, & rei ritualis refertissimum quoddam promptuarium haberi jure ac merito debet. (g)

(a) *Prosper.* Card. LAMBERTINIVS patriae *Bononiensis* Ecclesiae Archiep. 17. Aug. MDCCXL. Pontifex *Romanus* renunciatus fuit; denatus autem 4. Maii MDCCXLVIII. Vide praeter GVARNACCIVM Annales meos Litterarios *Italiae T. III. P. II. pag. 497. seqq.*

(b) Quanti faciendum hoc opus sit, vel una in ejus conficiendam epitomen doctorum hominum conspiratio (vide supra AZEVEDO, AVDIERNE, BAVDEAV) satis ostendit. Quamobrem an non singularis impudentiae damnandus *Christianus Ernestus* a VVINDHEIM, qui in *observationibus Theologico-historicis ad* BENEDICTI XIV. *P. M. nuperam ad Episcopum* Augustanum *epistolam p.* 33. *seqq.* praestantissimos hosce commentarios ausus est redarguere? Verum bene est. *Lutheranum* hunc censorem pro meritis castigavit Cl. MVRATORIVS in dissertatione *Lucae* MDCCXLIX. edita; *de Naevis in Religionem incurrentibus*, praesertim cap. V.

Con-

(c) Confer hiſtoriam Litterariam *Italiae T. XIII. pag.* 293. *ſeqq.*

(d) Adi Annales Litterarios *Italiae T. I. P. II. pag.* 48.

(e) Vide eoſdem Annales *T. II. pag.* 397. *ſeqq.*

(f) Exſtat haec Italica epiſtola in Litteratorum virorum diario anni MDCCLVIII. *Romae* impreſſo MDCCLX. *Art. XV. pag.* 217. *ſeq.*

(g) Recole dicta Lib. I. ubi de *Euchologio Graecorum*, ac Latinis Rituali, Pontificali, Martyrologii libris a BENEDICTO XIV. magna cura caſtigatis egimus.

BENETVS, ſeu Benedictus (*Cyprianus*)

Gente *Hiſpanus*, patria *Aragonius*, Ordinis *Dominicani* Sodalis, & Theologiae Doctor *Pariſienſis*. Claruit ann. MDXI. tam doctrina quam pietate inſignis. Obiit poſt annum MDXXIX., ut videre eſt apud ECHARDVM.

Tractatum de non mutando Paſchate ſub *Cypriani* VENETI Doctoris nomine excuſum memorat SIMLERVS *Biblioth. Tigurin. p.* 152. qui & *Venetum* iſtum eumdem cum BENETO noſtro fuiſſe conijciebat; eum tamen falli FABRICIVS (*T. I. Bibl. Med. & inf. lat. p.* 444.) non male adfirmat. *Benedictum* enim *Valentinae gentis dialecto* ſolere BENET efferri notavit *Nicolaus* ANTONIVS *Bibl. vet. Hiſp. T. II. pag.* 262.

BENVENVTI (*Caeſar*)

Canonicus Regularis *Lateranenſis* edidit tria opuſcula. Primum inſcribitur:

Sacerdos ad Altare celebrans in Miſſa privata, Romae MDCCXXVI. typis Hieronymi MAINARDI 8.

Secundum: *Inſtructio pro Sacerdote celebrante in Miſſa ſolemni*, ibid. MDCCXXVII. apud eumdem 8.

Tertium, *Votum circa dubium quoddam propoſitum, utrum in feſtis duplicibus poſſint dici Miſſae de Requiem privatae praeſente corpore?* ibid. apud eumdem MDCCXXX.

BENZONI (*Donatus*)

Vide SECCHI *Anacletum*.

BENZONI (*Rutilius*)

Lauretanus Epiſcopus Tractatum edidit.

De anno Sancti Jubilaei Venetiis MDXCIX. fol. & *Moguntiae* MDC. fol.

Addatur ejuſdem BENZONII.

Lettera Paſtorale ſopra i miſterj tenuti nelle Cirimonie di ſerrare la Porta Santa l' anno del Giubileo, Romae MDC.

A BERGOMO (*Cajetanus*)

Ex Ordine *Capuccinorum* vir pietate, & plurimis ad Chri-

ſtianas fovendas virtutes editis voluminibus clarus (a) ad rem noſtram evulgavit.

Spiegazione delle Preci, e Cerimonie della Meſſa, Bergomi apud Petrum LANCELLOTTVM MDCCXLV. 12. (b)

(a) Ea percenſa habes in *hiſtoria Litteraria Italiae* ad ann. MDCCLIII., quo quarto Idus Septembres deceſſit, *T. VIII. p. 533. ſeqq.*

(b) Huic deinde addidit, quae ad Miſſam ſolemnem pertinent.

de BERLENDIS (*Franciſcus*)

Clericus Regularis Theatinus opus eruditiſſimum primum Italice *Venetiis* MDCCXXXIII. & MDCCXXXVI. 4. deinde multo auctius ibid. MDCCXLIII. ex typogr. *Balleoniana* 4. Latine prodidit praenotatum:

De oblationibus ad Altare communibus, & peculiaribus, hoc eſt Miſſae ſtipendii integra, ſecundum aetates expoſitio, diſſertatio hiſtorico - Theologica.

BERNARDI (*Arnaldus*)

Cadurcenſis Ord. *Praed.*, qui circa ann. MCCCXXXIV. diem ſupremum obiit. Ejus

Lecturam, & ſermones ſuper officium defunctorum poſt QVETIFIVM memorat FABRICIVS *Tom. I. Bibl. Med. & inf. latin. pag. 75.*

BERNENSIS

Helvetius Ord. *Praedic.* circa ann. MCCCXIV. QVETIFIVS *T. I. pag. 532. Bibl. Dom.* memorat hujus

Antiphonam de B. Virgine ex diverſis partibus Antiphonarum, Reſponſoriorum, hymnorum, retinentibus tamen proprium ſonum cum propriis melodiis.

BERTI (*Joh. Laurentius*)

Ordinis S. AVGVSTINI hiſtoriae Eccleſiaſticae in *Piſano* Lycaeo Profeſſor (a) duas Italicas diſſertationes edidit (b)

Alteram *de titulis, quos* EVARISTVS *Romanis Presbyteris diſtribuit*

Alteram *de Pallio*.

(a) Alia ejus opera percenſet MAZZVCHELIVS *de Script. Ital. T. II. p. I.*

(b) Exſtant in Libro, cui titulus: *Proſe volgari di F. Gianlorenzo* BERTI *Agoſtiniano*, Florentiae MDCCLIX. apud *Andream* BONDVCCI 4. Decem in hoc libro diſſertationes continentur. Quarta harum eſt ea, quam primo loco indicavimus; nona altera.

BER-

BERTRAM (*Johannes*)

Nurenburgenſis Erfordiae, & *Moguntiae* Theologiam docuit. Claruit a. MCCCCXCIV. quo de eo TRITHEMIVS ſcribebat cap. 913. Librum edidit

De valore Miſſarum.

BETTAZZI (*Jacobus*)

Pratenſis, Plebanus S. HIPPOLYTI in *Piazzaneſe* dioeceſis *Piſtorienſis*, *quo non alium*, inquiebat doctus vir e *Dominicana* familia P. MONIGLIA in diſſ. de Ann. Chr. p. 88., *facile reperias magis verſatum in hac temporum doctrina*, *& cyclo Judaico* (a), edidit

Epitomen operis Paſchalis, proferentem in prooemio neceſſitatem emendandi correctionem Gregorianam, inde opportunam ejuſdem Gregorianae correctionis emendationem ſine Calendarii, & Martyrologii variatione, atque exhibentem diſſertationes quatuor, & appendices duas ad materiam Cycli Paſchalis conſtitutione enucleandam. *Florentiae* apud *Bernardum* PAPERINIVM MDCCXXXIII. 4. (b)

Quum vero P. *Melito* a PERPINIANO *Capuccinus* hoc opus ſingulari libro, de quo infra, adgreſſus fuiſſet, librum adverſus eum BETTAZIVS compoſuit, cujus tamen nonniſi compendium *Florentiae* dedit in *Lamianis* a. MDCCLI. ephemeridibus. At novis *Capuccini Galli* oppugnationibus permotus, grandius opus molitus eſt, cujus conſpectum vulgavit, hoc titulo:

„ De recta Paſchae indictione ſolutiones quaeſtionum ab Ano-
„ nymo, & aliis editarum, proferentes neceſſitatem, utilita-
„ tem, & honeſtatem, ſimulque methodum facilem emendan-
„ di, ſine Calendarii & Martyrologii variatione, correctionem
„ vulgo GREGORIANAM; ac etiam detegentes veram vete-
„ rum temporum rationem ad hiſtoriae, & chronologiae uti-
„ litatem. *Tomus I.* de neceſſitate emendandi currentes epa-
„ ctas aut per novum cyclum, aut per ſyſtema *Gregorianum*
„ in priſtinum reſtituendum, olim certe deturpatum, nunc vero
„ detectum, quale GREGORIVS XIII. Pont. Max. vere reſti-
„ tuit, atque illuſtratum nova facillimaque methodo obtinendi
„ quocumque anno veram ejuſdem GREGORII epactam abſ-
„ que ullis litteris, & tabulis, & firmo permanente calenda-
„ rio ipſius GREGORII, & Martyrologio: adverſus apolo-
„ giam admodum R. P. *Melitonis* a PERPIGNANO Capuc-
„ cini. *Tomus II.* De Chriſto, num ultimum Paſcha cum *Ja-*

„ *daeis*

„ *daeis* celebrarit, ſimulque de vero anno Incarnationis, & Paſ-
„ ſionis ejuſdem D. N. J. C. *Tomus III.*

Ac revera *Lucae* hujus operis editio coeperat, primaque ejus folia ad Auctoris manus devenerant, quum ipſius morte (c) abrupta omnino fuit.

(a) Planſerunt enimvero BETTAZIO Proteſtantes *Lipſienſium Actorum* editores ad ann. MDCCXXXIV. *p.* 240.

(c) Incidit illa in extremum Martii diem an. MDCCLV.

le BEVF

V. DELANNES.

BEVTERVS (*Johannes Antonius*) (a)

Valentiae Edetanorum in Hiſpania natus, Theol. doctor ac Profeſſor in patria ſcripſit

De recta Sacrificii oblatione, ac Miſſae caeremoniis ad PAVLVM III.

(a) De eo praeter *Nicolai* ANTONII *Bibliothecam Hiſpanam* meminit MIRAEVS *de Scriptor. Saec. XVI. Cap.* 98. iterum *Cap.* 118. ubi *Petrum* ANTONIVM appellat.

BEYER (*Guillielmus*)

De Sacramento Confirmationis, *Antuerpiae* per *Joh.* CNOBBARVM MDCL. & MDCLVIII. 8.

BIANCHINI (*Franciſcus*)

Veronenſis illuſtris *Romanae* Eccleſiae Praeſul (a) multa vulgavit quovis pretio digna. Ex his

1. Deſcrizione della linea Meridiana fatta nella Chieſa di S. MARIA *degli Angeli* alle *Terme* di DIOCLEZIANO per lo regolamento della Paſqua e delle altre Feſte Mobili dell' Anno (b)

2. Lettera ſcritta al Sig. Conte GIO: BATTISTA ſuo Fratello ſopra la Meridiana, 18. Nov. MDCCII. (c)

3. De Kalendario, & Cyclo Caeſaris, ac de Paſchali Canone S. HIPPOLYTI Martyris diſſertationes II. *Romae* MDCCIII.

4. Solutio Problematis Paſchalis *Romae* MDCCIII. typis Camerae 4. ſine nomine

5. Table Paſchale (a)

6. Notae in Ordinem Romanum T. III. ANASTASII *Romae* MDCCXXVIII.

7. *de Sacris cineliis*

Con-

(a) Confer Cl. March. Scipionis MAFFEII Scriptores Veronenſes *Veron. Illuſtr. p. II.* & MAZZVCHELIVM in *Scriptor. Ital.*

(b) Exſtat inter BLANCHINI opuſcula varia *Romae* MDCCLIII. 4. T. II. pag. 113.

(c) Exſtat in eodem tomo p. 136.

(d) Exſtat in Litterariis *Trivultianorum* monumentis m. Februar. a. MDCCIV. artic. XXV. *p.* 301.

BIANCHINI (*Ioſephus*)

Franciſci ex fratre nepos eruditiſſimus *Vallicellano* S. PHILIPPI NERII oratorio adſcriptus fuit. Ei plura debemus, quae inter

1. Ordinem Romanum a Patruo, ut diximus, illuſtratum; eum enim IOSEPHVS e *Veronenſi* codice eruit, ac luculenta praefatione ornavit.

2. Sacramentarium Leonianum, quod a. MDCCXXXV. T. IV. *Anaſtaſii* primus e vetuſtiſſimo *Veronenſi* exemplo publici juris fecit

3 Ven. Viri *Ioſephi Mariae* S. R. E. Cardinalis THOMASII opera omnia, quae ſimul collecta recudere moliebatur, & ſi non ultra tomum primum editionem provexit. Hic autem tomus *Romae* MDCCXLI. exiit duas in partes tributus, in quarum prima eruditiſſimam Praefationem ſequuntur.

P. *Iohannis* PINII Tractatus de Liturgia Hiſpanica

Notitia Breviarii Mozarabici

Ordo divini officii Gothici Mozarabici excerptus, & in latinum converſus ex hiſpanico libro de vita & geſtis Franciſci XIMENII S. R. E. Card. ab *Eugenio* ROBLESIO *Toletano* conſcripto, & edito *Toleti* in officina *Petri* RODERICI Typographi Regii a. MDCIV.

Libellus orationum Eccleſiaſticorum officiorum Gothico - Hiſpanus nunc primum in lucem editus ex incomparabili, & pluſquam millenario MS. codice in fol. majoris formae ampliſſimi Capituli *Veronenſis*

4. Evangeliarium quadruplex latinae verſionis antiquae, ſeu veteris Italicae nunc primum in lucem editum ex codicibus MSS. aureis, argenteis, purpureis, aliiſque pluſquam millenariae antiquitatis, ſub auſpiciis IOHANNIS V. Regis Fideliſſimi Luſitaniae &c. Romae MDCCXLIX. fol. (a)

5. Carta Vaticani Templi faciem exhibens inſertis tot Numiſmatibus, quot Pontifices erant, qui a BONIFACIO VIII. ad BENEDICTVM XIV. Annum Jubilaeum celebraverant (b)

Con-

(a) Confer hiſtoriam Litterariam *Italiae T. I. p. 4. ſeqq.*
(b) Vide ejuſdem hiſtoriae Litterariae *T. II. p. 85.*

BIEL (*Gabriel*)

patria *Helvetus*, aliis tamen *Spirenſis* in Academia *Tubingenſi*, ad quam ab *Ebehardo* Comite *Vitembergenſi* evocatus fuerat, doctor celebris a. MCCCCLXXX. (a). Exſtat ejus in rem praeſentem *Expoſitio Canonis Miſſae*, quae tamen, ne ipſo quidem in operis calce diffitente GABRIELE, revera eſt EGGELINGI *Brunſuicenſis*, paucis demptis, additiſve. Prodiit ſaepius *Reutlingae* MCCCCLXXXVIII. *Tubingae* MCCCCXCIX., *Baſileae* MDX. MDXV. *Lugduni* MDXXVII. fol. & in 4. ibid. MDXLII. (b) MDCXII. *Venetiis* MDLXVII. MDLXXVI. *Brixiae* in fine addita *perſpicua Sanctiſſ. altaris Sacrificii expoſitione auctore* Zacharia MARIANO *Brixienſi* apud Thomam BOZZOLVM MDLXXVI. 4. item MDLXXX. *Bergomi* MDXCIV. (c)

(a) De eo poſt TRITHEMIVM *cap.* 903. HENDREICHIVS in *Pandect. Brandeburgenſ. p.* 571. CAVEI appendix, FABRICIVS.
(b) *Gottlieb* VVERNSDORFF a. MDCCXIX. *Vitembergae* inſulſam, impiamque diſſertationem edidit *de Gabriele* BIEL *celeberrimo Papiſta Anti-Papiſta*, qua illi in multis Tridentinos Patres fuiſſe adverſatos operoſe contendit: quaſi vero Tridentinae Synodo multum derogarent auctoritatis BIELIS errata. Sed revera neque Tridentinos Patres, neque Gabrielem *Vitembergenſis* ille pſeudotheologus intellexit, ſummamque, qua laborabat, inſcitiam cum pari petulantia, ac pervicacia coniunctam ſolummodo prodidit.
(c) Ex hoc opere *compendiaria elucidatio* neſcio a quo auctore decerpta *Coloniae* excuſa fuit MDXXXII. 8. & *Bergomi* MDLXXIV. 12.

BIGNON (*Hieronymus*)

Traitè ſommaire de l'election des Papes, Pariſiis MDCIV. 8. (a)

(a) Exſtant hujus operis exempla annum MDCV. praeferentia, de quibus vide Davidem CLEMENT *Biblioth. Curioſ. T. IV. p.* 239.

BILANCINI (*Joſeph Ferdinandus*)

Inni Sacri volgarizzati da poterſi cantare ſul *medeſimo tuono*, che ſoglionſi cantare per le Chieſe in metro latino nelle Ferie, e Feſte dell' anno a' Veſperi, diſtribuiti in quattro parti, con l' Aggiunta in fine dell' Offiziolo Innodico di San FILIPPO NERI, *Roma* in Typographio *Komarekiano* MDCCXXVI. in 12., ac rurſus *Piſtorii* apud *Bracali* MDCCXXXIX. in 12.

RIS-

BISSVS (*Bernardus*)

Ord. S. BENEDICTI Utiliſſimum ab eo opus adcepimus, cui titulus

Hierurgia, ſive rei divinae peractio, Genuae MDCLXXXVI. fol. vol. II. (a)

(a) Vide infra MAZZEI.

BLAERVS (*Iohannes*)

Diſtemius Leodici ad S. IACOBI Prior Monachorum *Benedictinorum* a. MCCCCXCVI. (a) ſcripſit commentarium

De inſtitutione Feſtivitatis Corporis Chriſti

Duaci MDCIII. primum excuſus hic fuit cum *ſpeculo exemplorum*, deinde a BZOVIO inſertus *T. XIII. Annal.*

(a) Vide MIRAEVM *in Scriptor Sacc. XVI. cap.* 3.

di BLASI (D. *Salvator*)

Ordinis S. BENEDICTI, inſignis celeberrimi, quod *Panormi* exſtat a S. MARTINO appellatum, Monaſterii Bibliothecae, Praefectus non pauca ſuae eruditionis ſpecimina edidit, cujuſmodi eſt

1. *Lettera del coſtume di doporre le armi prima di entrare in Chieſa*

2. *Lettera del Rito* Gallicano in S. MARTINO di Palermo (a)

(a) Exſtat utraque haec epiſtola in opere inſcripto : *Memorie per ſervire alla Storia Letteraria* di SICILIA, illa quidem *T. I. p. I. artic. I. pag.* 7. haec vero *T. II. p. I. pag.* 58.

BLASTARES (*Matthaeus*)

Juriſperitus *Graecus*, & Hieromonachus claruit anno MCCCXXXV. Exſtat in *Vindobonenſi* Bibliotheca ejus

Catalogus Officiorum Magnae Eccleſiae CPolitanae; in Bodlejana vero

Tractatus de *appoſitione coſti frumenti in officio pro mortuis* (a).

(a) Vide GERIVM in append. ad CAVEI hiſtoriam Litterariam *pag.* 34.

BLONDELLVS (*Franciſcus*)

Praeſtantiſſimum opus *Gallice* vulgavit praenotatum: *hiſtoire du calendrier Romain*, Pariſiis MDCLXXXII. quod Hagae comitum recuſum fuit MDCLXXXIV. Italice quoque redditum

habemus, impreſſumque *Roboreti* MDCCXLVII. 4. (a)

(a) Ex iſta BLONDELLI hiſtoria *Johannes* VVASSE ampla excerpta intulit in Bibliothecam Litterariam *Londini* editam MDCCXXIV. 4.

BOCQVILLOT (*Lazarus Andreas*)

Ejus eſt brevis, ſed ſucci plenus, atque eruditus libellus (a), nempe

Traitè hiſtorique de la Liturgie ſacrèe, ou de la Meſſe, Pariſiis MDCCI.

(a) Aliqua tamen in eo occurrunt non facile concedenda, ut quod uſum ſacrarum veſtium ante VII. ſaeculum non obtinuiſſe affirmat. Vide *Honoratum* a S. MARIA de *Regul. & uſu critic. T. II. Lib. IV. diſſ. VI.* Confer etiam *Trivultianos* MDCCII. *m. J. p.* 81.

BOERIVS (*Petrus*)

Urbevetanus Epiſcopus, cujus eſt

Expoſitio vocum Eccleſiaſticarum in DAMASI, ſive ANASTASII Vitis Pontificum (a)

(a) Exſtat inter opera CASSANDRI p. 138.

de BOGLIASCO (*Michael Angelus*)

E Minorum, quos *Obſervantes* dicimus, Familia *Genuae* apud *Andream Biſerti* edidit

Spoſizione letterale, miſtica, e allegorica de' Miſterj della Meſſa. MDCLXXII. in 8.

BOICK (*Henricus*)

De *VVidſtein*, natione *VVeſtphalus*, *Carmelita*, qui obiiſſe fertur circa ann. MCCCLXVI., praeter alia a POSSEVINO, GESNERO, & HARTZHEIMIO *Bibl. Colon. p.* 114. indicata ſcripſit

De celebratione Miſſarum Lib. I.

BOILEAV (*Iacobus*) (a)

1. Hiſtoria Confeſſionis auricularis, *Lutetiae* typis *Edmundi* MARTINI MDCLXXXIII. 8. (b)

2. De adoratione Euchariſtiae, & de praecepto Divino Communionis ſub utraque ſpecie, *Lutetiae* typis Edmundi MARTINI MDCLXXXV. 8.

3. Hiſtoria flagellantium, de recto & perverſo flagrorum uſu apud Chriſtianos (ſine auctoris nomine) *Pariſiis* per Joh. ANISSON MDCC. 8. (c)

4. Hi-

4. Hiſtorica diſquiſitio de re veſtiaria Hominis ſacri vitam communem more civili traducentis. *Amſtelodami* (d) typis Joh. *Ludovici* de LORME Bibliopolae MDCCIV. (e)

(a) Vide de eo DVPINIVM *T. XIX.*

(b) Hunc librum heterodoxus *Anglus Londini* confutavit a. MDCLXXXIV.

(c) Mox *Gallice* verſa fuit, & in *Belgio* recuſa. Eam acriter perſtrinxere *Trivultiani*: cum primis autem THIERS in cenſura *hiſtoriae flagellantium* vulgata *Gallice Pariſ.* MDCCII. de qua iidem *Trivultiani* a. MDCCIII. *m. Jun. pag.* 969.

(d) Immo *Rothomagi* ſub fictitio *Amſtelodami* nomine.

(e) Confer *Richardum* SIMONIVM *T. III. Biblioth. Criticae cap. XXXI.*

BOLDETTI (*M. Antonius*)

Canonicus S. MARIAE *trans Tyberim*, & Sacrorum coemeteriorum cuſtos juſſu CLEMENTIS XI. a Card. CARPEGNA renunciatus. Obiit IV. dec. MDCCXLIX. (a) Eruditiſſimum opus ab eo habuimus, cui titulus

Oſſervazioni ſopra i Cemeterii de' Santi Martiri, ed antichi Criſtiani di Roma (lib. III.) *Romae* apud *Ioh. Mariam* SALVIONIVM MDCCXX. f.

(a) Vide ejus elogium *Tom. II. hiſt. Litter. Ital. pag.* 538. *ſeqq.*

BONA (*Iohannes*)

Patritius *Monteregalis* apud *Pedemontanos*, Congreg. S. BERNARDI Ordinis *Ciſtercienſis* a CLEMENTE IX. tertio Kal. decembris a. MDCLXIX. in Sacrum Cardinalium Senatum adlectus obiit V. Kal. Nov. MDCLXXIV. Exſtat de vita ac rebus geſtis tanti Cardinalis, ac Rerum Liturgicarum Magiſtri fere princi, pis Commentarius ab *Ildephonſo* TARDITO *Scholarum Piarum* concinnatus, atque a *Roberto* SALA praemiſſus eſt ejuſdem Cardinalis epiſtolis ſelectis, quas uno tomo comprehenſas edidit *Taurinenſe* Regium typographium MDCCLV. fol. Ibid. p. XX. legere eſt elogium ejuſdem Cardinalis ex libro, cui titulus: *Ciſtercii reflorescentis chronologica hiſtoria* auctore D. Carolo Joſepho MOROTIO *tunc Viſitatore Provinciali, poſtea* Salutiarum *Epiſcopo* part. II. pag. 52. (a)

1. *Rerum Liturgicarum Libri duo*, Romae apud TINASIVM MDCLXXI. Pariſ. apud L. BILLAINE MDCLXXII. 4. & cum ceteris BONAE operibus *Pariſ.* MDCLXXVII. Vol.

III. 8. uti & *Antuerpiae* fol. MDCCXXXIX. & cum notis *Roberti* SALA *Taurini* T. III. fol. MDCCXLVII. (T. I.) MDCCXLIX. (T. II.) MDCCLIII. (T. III.) (b)

2. *Pſallentis Eccleſiae harmonia*, Romae typ. Petri COLLINII MDCLIII. 4 & ſub titulo *de divina Pſalmodia* Pariſ. MDCLXIII. per Ludovicum BILLAINE 8. Coloniae MDCLXXVII. 8.

3. Liturgica plura tractat BONA in epiſtolis (c) ſic

Ep. 34. ad varia quaeſita *de translatione* reſpondet.

Ep. 102. nonnullis quoad caeremonias quaeſitis reſpondet.

Ep. 237. indicat quid ſibi reprehendendum videatur *in Mabillonianis* de Azymo argumentis.

Ep. 244. mentem ſuam circa fermentati diſquiſitionem aperit.

Ep. 263. quaedam ex veteri libro *Sacramentorum Rom.* Eccleſiae excerpta.

Ep. 273. Joh. de VOISIN conjecturas de pluribus Miſſarum codicibus tam *Gelaſianis*, quam *Gregorianis* olim apud Monachos exſtantibus adprobat, & de *conteſtationis* voce nonnulla addit.

Ep. 302. aperit qua ratione in quaeſtione de azymis procedendum eſſe judicet.

Ep. 327. ad Ioh. MABILLONIVM obſervationes a ſe factas in ejus Librum de Pane Euchariſtico mittit

In earumdem epiſtolarum calce exſtant Em. BONAE Analecta Liturgico - Sacra. Nempe

Votum an a. S. R. C. approbandus ſit VERONICAE cultus p. 312.

Votum, an concedendum, & adprobandum ſit officium S. HIEROTHEI S. C. exhibitum a *Segovienſi* Epiſcopo p. 313.

Adprobatio antiqui Pſalterii Romani nuper correcti p. 314.

Reſponſio facta N. N. Epiſcopo *Priſmilienſi* interroganti, quid ſibi velit illa clauſula in juramento Epiſcoporum apponi ſolita iis verbis: *Regulas Sanctorum Patrum obſervabo* p. 316.

Reſponſio ad quaeſitum, utrum Miſſa, in qua conſecratur Epiſcopus, vel conferuntur Ordines, dicenda ſit ſolemnis, licet ſine cantu celebretur p. 317.

Reſponſio ad dubium, utrum ſit valida conſecratio Epiſcopi ſine auctoritate Patriarchae, vel Metropolitani facta in Eccleſia Orientali p. 318.

Reſponſio ad dubium, an Epiſcopus Graeci ritus ab uno tantum

tum Episcopo consecratus sit valide consecratus? p. 331.

(a) Alia BONAE Elogia collegit SALA, praemisitque primo *Rerum Liturgicarum* libro.

(b) Commendatissimum opus, de quo etiam Auctores diarii Litteratorum hominum *Romani* a. MDCLXXI. p. 143. conferri possunt. Quasdam tamen in illud animadversiones confecit *Joh. de* VOLSIN, quasdam BALVZIVS, quas suis locis heic indicamus. In *Colbertinae* Bibliothecae catalogo p. 949. indicatur *Praxis Poenitentialis Ecclesiae primitivae per J.* BONAM, & *Joh.* GROPPERVM Gandavi MDLXXIII. Hanc ex illis, quae de Poenitentibus tradit BONA in Libris Rerum Liturgicarum, excerptam fuisse suspicor.

(c) De his epistolis a SALA, ut indicatum est, collectis; editisque a. MDCCLV. vide dicta *T. XII. histor. Litter. Ital. pag.* 258. *seqq.* In FLORENTINII disquisitione de Azymo p. 29. exstabat Italica ad eumdem FLORENTINIVM BONAE epistola de Azymo.

BONACINA (*Martinus*)

Celebris rerum moralium, & Canonicarum Scriptor (a) inter alia Commentarium edidit

De Legitima summi electione Pontificis, *Lugduni* per Laurentium DVRAND MDCXXXVII. fol. & *Venetiis per Petrum* TVRRINVM MDCXXXVIII. 4.

(a) Adi MAZZVCHELLIVM *de Script. Ital.* & ARGELATVM in *Biblioth. Scriptor. Mediolan.*

BONAMICI (*Tydaeus*)

Bononiensis, *S. Philippi* NERII Congregationi adscriptus auctor fuit Libri inscripti

Compendiose osservazioni Ecclesiastiche, Bononiae MDCXLII. apud heredem Victorii BENACCII.

BONANNI (*Philippus*)

Musaei Kirkeriani multis annis Praefectus (a) praeter alia, vulgavit

La Gerarchia Ecclesiastica considerata nelle vesti sacre, e civili usate da quelli, li quali la compongono, espresse, e spiegate con le immagini di ciascun grado della medesima, Romae MDCCXX. apud Georgium PLACHVM 4.

(a) In *Zeniano* litteratorum hominum diario ejus elogium legere est.

BONARDI (*Vincentius*)

Romanus Ord. *Praedic.* Episcopus *Hieracensis* edidit

di-

Diſcorſo intorno l' antichità, e origine, modo di fare, benedire, battezzare, e diſtribuire i ſacri Agnus Dei, Romae apud Vincentium ACCOLTI MDLXXXVI. (a) 4. MDCXXI. MDCC. 8.

(a) FABRICIVS *in Bibliogr. antiq. p.* 522. edit. a. MDCCLX. antiquiorem *Romanam* a. MDLXXXIV. editionem indicat.

BONARTIVS (*Oliverius*)

Belga Ipris defunctus XXIII. octobris MDCLV. (a) duos a doctis quibuſve viris jure plurimi aeſtimatos dederat commentarios, nempe

1. De Inſtitutione, obligatione, & religione Horarum Canonicarum Libros III. *Duaci* ex typographio *Baltazaris* BELLERI MDCXXIV. 8. & iterum ibid. MDCXXXIV. & Antuerpiae MDCLIII. 4. recuſos

2. De Sacroſancto Miſſae ſacrificio tractatum poſteriorem, quo Sacroſancti Miſſae Sacrificii inſtitutionem, Religionem, & fructum ternis libris dilucide, ac breviter exponit, *Antuerpiae* typis *Cornelii* VVOONS MDCLIII. 4.

(a) De eo ALEGAMBIVS, & SOTVELLVS in Biblioth. S. I.

S. BONAVENTVRA

Balneoregienſis Hetruſcus, Ord. *Minor.* Generalis, poſtea Cardinalis & Epiſcopus *Hoſtienſis* poſt primam ſeſſionem *Lugdunenſis* Concilii, cui intererat, obiit an. MCCLXXIV. aetatis LIII. deide Sanctis adſcriptus an. MCCCCLXXXII. Scripſit

Officium de Paſſione Dominica
Expoſitionem Miſſae

Iohannes RIOCHE adfirmat, ſuam eſſe proſam: *Lauda Sion Salvatorem*, neque id FABRICIO *T. I. Bibl. M. & I. latin. p.* 255. omnino improbatur; quod miror. *Petrus* RODVLPHVS *Officium* S. FRANCISCI ei tribuit:

BONDIER

Gallus Ord. S. BENEDICTI, de quo haec in vita GAVANTI legimus T. II. p. 543. Meliorì conſilio uſus eſt P. „ BONDIER Gallus Ordinis S. BENEDICTI, eruditione cum paucis conferendus, quì ſex vicibus *Romam Pariſiis* venit, tum „ ut Sacrarum caeremoniarum uſum ediſceret, tum ut Librum „ de ritibus, quem typis committere meditabatur, ejus ſententia, quae plurimi apud intelligentes erat, firmaret; in cujus

„ Prae-

„ Praefatione quanti ipſum faceret, declaravit his verbis: *Jura-*
„ *vi in verba hujus Magiſtri.* „

BONFADINVS (*Bartholomaeus*)

Narrazione dell' origine, come fu inſtituito il Santo Giubileo nella legge Moſaica, e da' Sommi Pontefici Romani, con la dichiarazione delle Chieſe, che ſi viſitano MDC. Mediolani

Le Cerimonie, che uſano i Sommi Pontefici ad aprir la porta Santa della Baſilica di S. PIETRO. Romae MDC.

de BONIS (Joſephus)

Clericus Regularis S. PAVLLI edidit

de Oratoriis Publicis Tractatum hiſtorico-Canonicum, Mediolani MDCCLXI. typis *Ioh. Baptiſtae* BIANCHI (a)

(a) Cl. Joſephus Aloyſius ASSEMANVS egregium hunc Tractatum *Romae* recudit MDCCLXVI. cum doctiſſimi Viri *Fortunati* a BRIXIA diſſertatione *de Oratoriis domeſticis*, veluti appendicem ſui Commentarii Theologico-Canonico-Critici *de Eccleſiis*.

BONIOVR (*Guillielmus*)

Toloſanus Ord. *S. Auguſtini* Vir doctiſſimus, de quo inter alios vide *Cinellium Bibliot. Volante T. I. p.* 184. *ſeqq.* juſſu Eminentiſſimi Cardinalis & Archiepiſcopi *Montisfaliſci*, & *Corneti* M. *Antonii* BARBADICI edidit

Tractatum de Computo Eccleſiaſtico ad uſum Seminarii *Montisfaliſci*, apud *Montem Faliſcum* MDCCII. fol.

BORDONVS (*Franciſcus*)

Eccleſiaſtica ratiocinatio Feſtorum Mobilium a Chriſti morte ad bis millenarium per Cyclos Eccleſiaſticos. Bononiae ex typographia *Montii* MDCLVII. in 4.

Meditationes ſuper miraculorum eſſentia & qualitate pro Beatificatione, & Canonizatione Servorum Dei Parmae per Paullum MONTIVM MDCCIII. fol. (a)

(a) Liceat mihi hujus libri occaſione praeclariſſimi Philoſophiae, atque Medicinae Doctoris meminiſſe. Is eſt *Franciſcus* PETRAGLIA cui plurimum debeo. Exſtant ejus *Judicia* aliquot typis excuſa de quorumdam Servorum Dei, quorum cauſſa agitur, miraculis (nuperrimum eſt *ſuper miraculo, quod tertio loco proponitur in cauſſa Romana Beatificationis, & Canonizationis Ven. Viri Fr.* Nicolai a LONGOBARDIS *oblati Profeſſi Ordinis Minimorum*), cum ſingulari quadam ſtyli elegantia, tum maxime exquiſita accuratione, acerrimique ingenii perſpicacitate conſcripta, ut omnibus, qui ad examinanda miracula animum adiiciunt, exemplo eſſe poſſint.

BOR-

BORGIA (*Stephenus*)

Pluribus editis eruditiſſimis Libris Clariſſimus Praeſul, & S. C. de Propaganda Fide a Secretis. De eo legeſis *Mazzuchellium*, meamque *hiſtoriam litterariam Italiae*, in qua de illo cum laude non ſemel egiſſe me libens memini. Quod ad noſtrum adtinet inſtitutum

Auguſtini Card. VALERII *opuſculum* de Benedictione Agnorum Dei illuſtratum, & Sanctiſſ. D. N. PIO *Sexto* P. M. dicatum vulgavit Romae 1775. typis S. C. de Propaganda Fide 4.

Sub iiſdem praelis habet latinam *Chaldaicae* APOSTOLORVM Liturgiae verſionem cum Epiſtolarum, & Evangeliorum Capitulari (a)

(a) Vide *lib. I. cap. 3. artic. 3. num. 9.*

BORGONDIO (*Horatius*)

Brixienſis Romae in *Gregoriano* Lycaeo celebris Matheſeos multis annis Profeſſor, ac tandem ejus Collegii Rector obiit a. MDCCXLI. multis editis libris nominis adeptus immortalitatem (a) Hujuſmodi eſt *Conſtructio Calendarii* Gregoriani. *propugnata*. Romae MDCCXXIX. 4.

(a) Confer MAZZVCHELII Scriptores Italicos.

BORROMAEVS (*Fridericus*)

S. R. E. Card. & *Mediolanenſis* Archiepiſcopus inter alia vulgavit

1. Caeremoniale Ambroſianum, *Mediolani* per Jo: Jacobum COMVM MDCXIX. 4.
2. de Concionante Epiſcopo, Mediolani MDCXXXII. fol.

BOSIVS (*Antonius*) (a)

Magnam, inquit MIRAEVS *de Script. Saec. XVI. cap.* 149. vitae ſuae partem coemeteriis, ſeu cryptis veterum Chriſtianorum Romae & in vicinia luſtrandis ab anno MDLXVII. uſque ad annum MDC. impendit; ſcripſitque lingua Italica libros tres *de Roma ſubterranea* (b), quos poſt BOSII obitum *Johannes* SEVERANVS perfecit, & libro quarto auctos *Romae* MDCXXXII. in fol. edidit. Hic operis titulus

Roma *ſotterranea*, *accreſciuta* da Giovanni SEVERANO, *e pubblicata da* Carlo ALDOBRANDINI, apud *Guillelmum* FACCIOTTVM, & iterum MDCL. apud *Ludovicum* GRIGNANVM 4.

Con-

(a) Conſule *Jani* NICII, *Erythraei Pinacothecam*.

(b) Id operis jam ab anno MDCXIV. BOSIVS promiſerat. Vide in Epiſtolis illuſtrium virorum MDCCXLIV. a BALLEONIO impreſſis duas *Nicolai Claudii* de PEIRESC ad *Paullum* GVALDVM epiſtolas, alteram II. Januar. alteram XXX. Julii a. MDCXV. perſcriptam.

BOSSIVS (*Joh. Angelus*)

De triplici Jubilaei privilegio, *Mediolani* per Franciſcum VIGONVM MDCLXX. 4.

BOSSVET (*Jacobus Benignus*)

Celeberrimus *Meldenſium* Epiſcopus, cujus imaginem ante ejus opera inſculpendam neſcio quis apud DINOVARTIVM in diario Eccleſiaſtico M. Februar. a. MDCCLXXII. p. 188. hoc diſticho ornavit

Turba verenda Patrum ſe totam agnoſcit in illo:
Perlege, & hanc facient tot bene ſcripta fidem

Ex tot egregiis illius operibus unum heic adnotamus, nempe *Explication de quelques difficultes ſur les Prieres de la Meſſe*. Pariſ. apud ANISSON MDCLXXXIX. 12. Italiace vero reddita (*Spiegazione d' alcune difficoltà ſopra le orazioni della Meſſa*) Venetiis MDCCXIV. apud Ludovicum PAVINIVM 8.

BOTTARI (*Iohannes*) (a)

Sculture e pitture Sacre eſtratte da Cimiterj di Roma, *pubblicate già dagli Autori della* Roma Sotterranea (Antonio BOSIO, & Paullo ARINGHIO) *nuovamente date in luce colle ſpiegazioni* T. III. fol. quorum primus, Romae prodiit e *Salvionaeo* typographio MDCCXXXVII. fol. II. MDCCXLVI. III. MDCCLIV. (b)

(a) De celebri hoc Praeſule *Florentino* qui nuper defunctus eſt, adi MAZZVCHELLII Scriptores Italicos, & Romanas Ephemerides.

(b) De tertio volumine nonnulla diximus *T. IX. hiſtor. Litter. Ital. pag.* 303. quae recoli poſſunt.

de BOTTIS (*Henricus*) (a)

De Synodo Epiſcopi, & de ſtatutis Epiſcopi Synodalibus *Lugduni* MDXXIX. 4. & Venetiis MDLXXXIV. fol.

(a) Conferatur MAZZVCHELLIVS *Vol. II. P. III. pag.* 1891.

BOVGEANT (*Guill. Hiacynthus*)

Natione *Gallus* Vir magni nominis, praeſertim ob laudatiſſimam bellorum rerumque actarum, quae *VVeſtphalicam* pacem

antecesserunt, historiam, anno superioris saeculi nonagesimo natus est; denatus *Parisiis* anno hujus saeculi quarto & quadragesimo (a). Locum autem in hac Bibliotheca sibi deposcit propter duo opuscula, quibus *le* BRVNIVM refellit

Primum dedit *Parisiis* MDCCXXVII. nempe: *confutation de la dissertation du P. le* BRVN *sur la forme de la consecration Eucharistique*

Alterum *Lugduni* MDCCXXIX., ut le BRVNII responsioni satisfaceret, scilicet: *Traité Theologique de la forme de l'Eucharistie* (b)

(a) Vide LADVOCAT in dictionario.

(b) Laudantur haec opuscula a BENEDICTO XIV. *de Sacrof. Missae Sacrif. Lib. II. cap. XV. n.* 21.

BOVSARDVS (*Gaufridus*)

Et hic natione *Gallus* nobili apud *Cenomanos* loco ortus, anno MCCCCLVI. in Collegium *Navarrense* receptus, philosophiam, & humaniores litteras excoluit. Anno MDXI. Academiae *Parisiensis* Cancellarius creatus est; tandem MDXIII. *Auximensi* apud *Cenomanos* Ecclesia donatus patriam repetiit, ibique a. aetatis suae LXXXI. decessit a. MDXX. Ejus

de divinissimo Missae Sacrificio compendiosa, & brevis expositio prodiit Paris. MDXI. & MDXX. 4.

BOZIDAR (*Vincentius*)

Psalterium, & Synaxarium pro totius anni mensibus Graeco ritu, charactere Cyrilliano Venetiis edi curavit MDLXI. 4.

de BOZONIS (*Zacharias*)

Savonensis Ord. S. AVGVSTINI, Sacrarii Apostolici Custos an. MCCCCXCVIII. renunciatus quadriennio post decessit. Scripsit Tractatum

de Sacris ritibus

qui MS. in Vaticana Bibliotheca servatur (a)

(a) Vide OLDOINVM *Athen. Ligust. p.* 542., & CANDOLPHVM *de CC. August. Scriptor. pag.* 346.

de BRALION (*Nicolaus*)

1. Pallium Archiepiscopale, *Parisiis* per *Ioh.* CAMVSAT MDCXLVIII. 8.

2. Caeremoniale Canonicorum, ibid. per *Dionysium* BECHER MDCLVII. 8.

BRA-

BRAMICELLI (*Guilielmus*)

Congregationis *Somaſchae* Clericus Regularis edidit

I. *Inni, che ſi cantano tutto l'anno alle ore Canoniche nella Chieſa Romana dichiarati e tradotti in Rima Italiana*, Venetiis apud *Georgium Angelieri* MDXCVII. in 8.

II. Le *quattro Ritmiche proſe delle Sequenze, che ſi leggono nel Meſſale.* Patavii apud *Petrum Paullum Tozzi* MDCXI. in 16.

BRANCATIVS (*Franciſcus Maria*)

Neapolitanus a. MDCXXXIV. ab VRBANO VIII. S. R. E. Cardinalis dictus (a) edidit

Diſſertationes (octo), *Romae* ex typogr. *Angeli* TINASSI MDCLXXII. fol. (b)

In his, quae ad noſtram Bibliothecam pertinent, ſunt

1. de privilegiis, quibus gaudent Cardinales in propriis Cappellis

2. de optione ſex Epiſcopatuum S. R. E. Cardinalium (c)

3. de pactionibus Cardinalium, quae vocantur conclavis Capitula

4. de Sacro Viatico in extremo vitae periculo certantibus exhibendo (d)

7. de Benedictione diaconali

8. de Altarium conſecratione

(a) Agunt de eo praeter CIACCONIVM, VGHELLIVM, EGGSIVM TOPPIVS *Biblioth. Neapolit. pag.* 99. & LADVOCAT in dictionario.

(b) Confer diarium Romanum Litteratorum virorum a. MDCLXXII. *p.* 185. *ſeqq.*

(c) Hanc prius BRANCATIVS ſeorſum ediderat *Viterbii*. Vide idem diarium a. MDCLXVIII. p. 102.

(d) Haec quoque *Viterbii* antea prodierat in 4. Conſule idem diarium ejuſdem anni MDCLXVIII.

de BRITTO (*Iohannes*)

V. de PAYVA (*Iohannes*)

a BRIXIA (*Fortunatus*)

Brixienſis e Minorum S. FRANCISCI, quos Reformatos vocant, Familia moriens (a) diſſertationem reliquit, quae poſtuma prodiit

de Oratoriis domeſticis

(a) *Matriti* XI. Maii MDCCLIV. Vide quae de eo diximus *T. IX. hiſt. Litter. Italiae pag.* 523. *ſeqq.* Adde MAZZVCHELLIVM

in Script. Italicis T. II. p. II. Romae ab ASSEMANO recusa fuit haec dissertatio a. MDCCLXVI. simul cum P. de BONIS Tractatu ad calcem sui Commentarii de *Ecclesiis*.

BRVLEFER (*Stephanus*)

Armoricus floruit a. MCCCCLXXX., scripsitque

declarationem mysteriorum Missae

le BRVN desmarets (*Ioh. Baptista*)

V. *Moleon*

le BRVN (*Petrus*)

Gallus Oratorii *Berulliani* Presbyter tribus, antequam moreretur, annis eruditissimum opus divulgavit inscriptum

Explication litterale, historique, & dogmatique des prieres, & des ceremonies de la Messe, Parisiis MDCCXXVI. T. IV. 8. auctior deinde ibid. MDCCXXXVI. & iterum MDCCXLI. apud CAVALIER. Italice reddita fuit a P. *Antonio Maria* DONADO Cl. Reg. editaque *Veronae* MDCCLII. 4.

Quum autem P. BOVGEANT auctoris de Eucharisticae Consecrationis forma sententiam confutasset, illi le BRVNIVS opposuit.

Defense de l' ancienne sentence sur la forme de la Consecration de l' Eucharistie, MDCCXXVII. 8. (a).

(a) Vide etiam ejusdem le BRVNII epistolam, quam *Trivultiani* exhibent m. Julio a. MDCCXXVIII. *p.* 1306.

BRVNETTI (*Ioh. Stephanus*)

Ravennas Jurisperitus a. MDCCXXXVI. defunctus (a). Exstat ejus

Dichiarazione letterale degl' Inni secondo la correzione di VRBANO VIII. *fatta da Nicodemo* GRIMA Maltese, *e di nuova consegnata alle stampe da Gianstefano* BRVNETTI *da Ravenna Causidico Collegiato con Varie aggiunte del medesimo per utile, e comodo delle persone divote* 4. Ravennae apud Antonium Mariam LANDI MDCCXXVIII.

(a) Confer Cl. P. GINANNI opus praenotatum: *Memorie Storico-critiche degli Scrittori* Ravennati T. I. pag. 93.

de BRVNSVICO (*Angelus*)

Saxo, vulgo Magister *Engelinus*. Obiit ex TRITHEMIO cap. 854. *Moguntiae*, ubi multo tempore praedicationis gessit officium a MCDLXXI. scripsit

in Canonem Missae Lib. I.

BRV-

BRVNVS (*Conradus*)

In pago *Kircken ad Neccarum* fl. natus, Juriſconſultus & Canonicus obiit *Auguſtae Vindelicorum* MDLXIII. Inter ejus opera junctim *Moguntiae* edita ex officina *Franciſci* BEHEM MDXLVIII. fol. & a MIRAEO percenſa *de Script. Eccleſ. ſaec. XVI. cap.* 81. libros ſex invenio

de caeremoniis, etiam a SCHVLTINGIO memoratos.

de BRVXELLIS (*Henricus*)

Monachus *Affligemenſis* in *Brabantia* Ord. *Ben.* ſub ſaec. XIV. initia, *calculatoriae artis peritus*, *diſcordiam naturalis computi Lunae & Cycli decemnovennalis diligenter abſolvens*, *Kalendarium ita diſtinxit*, *ut poſitis ſecundum cyclum decemnovennalem ſuo loco primilunii*, *ipſe e regione non ſolum qua die*, *vel qua hora*, *ſed etiam qua parte horae ſingularum lunationum ſingulis menſibus adcenſio contingeret*, *adnotaret*. Haec de eo *Henricus* GANDAVENSIS *de ſcript. Eccleſ. cap.* 58. ex quo TRITHEMIVS *de ſcript. Eccleſ. cap.* 535. illi tribuit Librum

de ratione computi, &

Calendarium *de accenſionibus*

BVLENGERVS (*Iul. Caeſar*)

Doctiſſimus vir, quem a LADVOCATO praetermiſſum fuiſſe miror, non pauca magnae eruditionis, *Graecae* praeſertim, opera divulgavit (a): Inter varia ejus opuſcula *Lugduni* MDXXI. in fol. edita T. I. exſtant

de donariis Pontificum Lib. I.

de Templis Lib. I.

Prius autem opuſculum dederat *de officiis magnae Eccleſiae Conſtantinopolitanae* (b)

(a) Vide de eo ALEGAMBII Bibliothecam.

(b) Exſtat in ejuſdem BVLENGERI Libro *de Imperatore*, *& Imperio Romano*, & *de Officiis Regni* Galliae, *nec non magnae Eccleſiae* CPOLITANAE, *Lugduni* typis ROVILLII MDXVIII. fol.

BVLENGERVS (*Petrus*)

Edidit opus *de Sacrificio altaris*. Vide SALAM *T. I. in* BONAM p. 2.

BVOMMATTEI (*Benedictus*) (a)

Modo di conſecrar le Vergini ſecondo l' uſo del Pontifical Romano *con la dichiarazione de' Miſterj delle Cerimonie*, *che in*

quell'

quell' azion ſi fanno, aggiuntovi in fine l' ordine, che in alcuni Monaſterj ſi tiene nel dar l' abito a eſſe Vergini, e nel ricever da loro i voti, e velarle, del medeſimo Autore. Venetiis MDCXXII. apud *Antonium* PINELLI. 4. & iterum, omiſſo tamen poſtremo hoc *ordine*, Caeſenae MDCCLXXIII. apud *Gregorium* BIASINI 4. (b)

(a) De eo vide Cl. MAZZVCHELLIVM *de Scriptor. Ital.* T. II.
(b) Haec editio apparuit ſub Illuſtriſſimi *Caeſenatium* Epiſcopi *Franciſci* ex Comitib. AGVSELLIIS nomine; digna autem eſt, quae legatur nuncupatoria epiſtola, qua optimo, & praeclariſſimo Antiſtiti Velandae Monaſterii S. CATHARINAE Sanctimoniales opus inſcribunt. Nam (quod ab egregio auctore praetermiſſum penitus fuerat) nonnulla in ea de hujus ritus antiquitate, & originibus erudite adtinguntur.

BVONARROTI (*Philippus*)

Senator *Florentinus* ſacrae, profanaeque vetuſtatis ſcientiſſimus (a). Eximium opus vulgavit, cui titulus:

Oſſervazioni ſopra alcuni frammenti di vaſi antichi, ornati di figure, trovati nei Cimiterj di Roma, Florentiae in Magni Ducis typographio per Jacobum GVIDVCCI, & Sanctem FRANCHI MDCCXVI. 4. (b)

(a) Confer MAZZVCHELLIVM *in Script. Ital. T. II.*
(b) Has *Nicolaus* GALEOTTVS *Piſanus* Latine verterat. Quae interpretatio utinam non interciderit,

BVONGIOVANNI (*Simon*)

A *Larciano* Ordinis *Minor.* Regularis obſervantiae S. FRANCISCI, Provinciae *Thuſciae* edidit

1. *Avviſi per i Miniſtri inferiori del ſacro Altare*, Bononiae MDCLXXXIV. 12.

2. *Sacrarum caeremoniarum ſylvam ex variis Auctoribus, Caeremonialibus collectam, & compilatam juxta ritum S. R. E.* Brixiae MDCCXXIV. 12. & MDCCLV. ibid. apud RIZZARDI 12.

BVRCHARDVS (*Iohannes*)

Argentoratenſis, Capellae ALEXANDRI VI. Papae Clericus, & Caeremoniarum Magiſter, poſtea Eccleſiae *Hortanae* a IVLIO II. praefectus

Ordinem Miſſae ſcripſit (a)

Pontificale Romanum cum Auguſtino PATRICIO edidit (b)

Hujus

(a) Hujus editiones recenſui *Lib. I. Cap. III. Art. IV. §. 2. n. 8.*
(b) Vide *Lib. I. Cap. VI. art. 2.*

BVRIVS (*Guillielmus*)

Bruxellenſis Eccleſiae Metropolit. *Mechlinienſis* Canonicus *Zellarienſis* ad calcem operis ſaepius poſt primam *Belgicam* editionem recuſi, ut *Patavii* MDCCXXVI., & *Auguſtae Vindelic.* MDCCXXXIV. *Patavii* quoque MDCCXLVII. & MDCCLIII. *Romanorum Pontificum brevis notitia*, addidit utiliſſimum Onomaſticon Vocum obſcuriorum, quae in Miſſali, Breviario Martyrologio Romano continentur

BVSAEVS (*Iohannes*)

Belga, patria *Noviomagenſis* (a) *Moguntiae* MDLXXXV. edidit diſputationem apologeticam pro Calendario Gregoriano 4:

(a) Cetera ejus opera percenſet ALEGAMBIVS in Bibliotheca S. I.

BVSENELLI (*Petrus*)

e Clericis Regularibus Theatinis doctus Juris Canonici in Patavina Academia Profeſſor edidit tacito nomine

1. de ſummi Pontificis eligendi forma hiſtoricam diſſertationem, Patavii MDCLVIII. ex typographia CONZATTI 8.
2. de Roſa aurea epiſtolam, ibid. MDCCLIX., quae eodem anno bis e praelo emerſit

de BVSTAMANTE de la Camara (*Iohannes*)

Edidit (a)

1. *de la Ceremonias de la Miſſa*, Conchae MDCXXII. 8. Matriti MDCLV. & alibi
2. *Rubricas del officio divino*, Matriti MDCXLIX.

(a) Vide de eo *Nicolai* ANTONII Bibliothecam Hiſpanam recentem.

C

CABASILAS (*Nicolaus*)

Graecus Schiſmaticus, cujus *Johannes* CANTACVZENVS in ſua hiſtoria lib. III. cap. LXXIII. & XCIX. meminit, vixit ſub annum MCCCL., ſcripſitque

Expoſitionem Liturgiae

Exſtat Gr. & lat. in *Auctario Ducaeano Patrum Pariſiis* MDCXXIV.

CXXIV. T. II. p. 200. latine autem prodierat *Venetiis* MDXLVIII. & *Antuerpiae* MDLX. (a)

(a) Caute hujus opera legenda BELLARMINVS monuit *in Catal. de Script. Eccleſ.* Nempe, ut recte ait BONA *in aliquot praecipuorum Auctorum cenſuris*, quae in calce ejus Epiſtolarum exſtant p. 332. „ non caret erroribus recentioris *Graeciae*, ſeque infenſum oſtendit „ Eccleſiae *Latinae* cap. XXIX. & XXX. *Gentianus* HERVETVS „ ejus interpres conatur ipſum excuſare in Praefatione; ſed Aethio„ pem lavat. Capitibus citatis perperam exiſtimat, non confici Eu„ chariſtiam ſolis verbis conſecrationis, ſed aliis, quae in *Graecorum* „ Liturgiis adponuntur. „

CABASSVTIVS (*Iohannes*)

Oratorii Domini IESV in *Galliis* Presbyter, quum *Avenione* jus Canonicum magna ſui nominis commendatione docuiſſet, *Aquis Sextiis*, ubi natus erat, deceſſit octogenario major XXV. Septembr. MDCLXXXV. Edidit

Notitiam Eccleſiaſticam hiſtoriarum & Conciliorum *Lugduni* per ANISSONIVM MDCLXX. & MDCLXXXV. fol.

Hinc in *diſciplinam* Fleuryanam *populi Dei*, quam *latine*, apud ZATTAM recudi, meis adnotationibus, variorumque diſſertationibus illuſtratam, plures intuli diſſertationes. Ex his, quae ad Ritualem diſciplinam pertinent, ſunt hae

T. I. de veterum jejuniorum Eccleſiae origine, & ritibus
de Agapis
de Litteris formatis, ſeu Canonicis
de Communionibus laica, & peregrina
de Diaconiſſis

T. II. de ritibus olim in Baptiſmo adhiberi ſolitis
de veterum Eccleſiarum ſitu, partibus, & ſtructura
de diptychis Eccleſiaſticis
de veteribus in Sacroſancta Euchariſtia ſolitis adhiberi ritibus
de Eulogiis
de fermento, & quidnam rei inter priſcos Eccleſiae Romanae ritus fuerit
de publicis priſcorum Chriſtianorum Poenitentiis
de manuum impoſitione
de priſco eligendi eos, qui ad ſacros ordines initiandi erant, ritu.

de CABHAM (*Thomas*)

Anglus, Eccleſiae *Sariſburienſis* Canonicus, & Pro - decanus

nus, tandem a. MCCCXIII. Archiep. *Cantuarienſis* ſcripſit
Summam de Eccleſiaſticis officiis
& de Baptiſmo

CABRINVS (Joſeph)
Vide DOMINICINVM (Stephanum)

CAIETANVS (*Iacobus*)

de *Stephaneſcis Anagninus* Card. S. GEORGII in Velo-aureo, ſeu Velabro creatus a. MCCXCVI. a BONIFACIO VIII. cujus & nepos erat, obiit ſub CLEMENTE VI. a. MCCCXLIII.

Ejus creditur eſſe *Ordinarium S. R. E.* quod MABILLONIVS vulgavit *T. II. Muſ. Ital. p.* 243. licet poſtea interpolatum. Purius in chartaceo Codice Olim *Petri* FERRICII Card. *Tiraſonenſis* habuit Cl. MANSIVS, qui in notis ad FABRICII *Bibl. Med. & inf. Latin. T. IV. p.* 8. codicem illum deſcribit.

Librum praeterea ſcripſit
de anno centeſimo, ſeu Jubilaeo
qui cum Scholiis *Julii* ROSEI prodiit, ac poſtea in Bibliothecas Patrum *Pariſinam* a. MDCXLIV. T. VI. *Colonienſem* T. XIII. & *Lugdunenſem* T. XXV. p. 396. illatus eſt.

CALAMATO (*Alexander*)

Hinni ſacri del Breviario Romano con le quattro ſeguenze, che ſi leggono nel Meſſale, tradotti, e comentati. Meſſanae apud Petrum BREA MDCXXIX. 8.

CAMARDA (*Antonius Seraphinus*)

Meſſanenſis ex ordine *Praedicatorum*, *ac Reatinus* Epiſcopus edidit

Conſtitutionum Apoſtolicarum una cum Caeremoniali Gregoriano, de pertinentibus ad electionem Papae ſynopſim accuratam, & planam, nec non elucidationem omnium fere difficultatum, quae evenire poſſunt circa pertinentia ad electionem Romani Pontificis, *Reate* per *Angelum* MANCINVM MDCCXXXVIII fol.

Additionem ad Synopſim.... ubi & Conſtitutio CLEMENTIS XII. ejuſque chirographus emanatus poſt praeſentem Tractatum, una cum illorum ſynopſi, & aliquibus animadverſionibus fol. ſine loci & anni indicatione.

a CANTALICIO (*Baptiſta*)

Petri Aloyſii BORGIAE, a quo jam Cardinali VALENTINI cognomen, & Familiae inſignia adcepit, ſub ALEXANDRO

VI. praeceptor, *Pinnenſis* deinde, & *Adrienſis in Aprutio* Epiſcopus (a). Exſtat

Uffizio della Glorioſiſſima Vergine MARIA *con l' Eſpoſizione Italiana del Revño Mon.* Battiſta VALENTINI *Veſcovo del. la Civitá di* Penna *&* d' Atri *detto il* CANTALICIO... *data in luce dal Sig.* Lelio CARLVCCI *Pronepote di detto Veſcovo*, Romae apud *Jacobum* MASCARDI MDCXVIII. 4. (b).

(a) Ejus vitam edidit a. MDCXVIII. *Viterbii Offreducius* ANCAIANI. Vide etiam VGHELLIVM, & TOPPIVM *Biblioth. Neapolit. p.* 41.

(b) Confer de hoc opere catalogum *Bibliothecae Capponianae* p. 273. & PAITONVM in Bibliotheca Scriptorum Italice redditorum *T. V. p.* 212.

CANTELMVS (*Jacobus*)

S. R. E. Cardinalis, & Archiep. *Neapolitanus* vulgavit Caeremoniale Miſſae privatae Romae MDCCIV. 12.

CANTONVS (*Hieronymus*)

Floruit circa ann. MDCVI., ediditque Hiſpano idiomate *ordinarium divinorum officiorum*.

a GAVANTO indicatum.

CAPALLI (*Ioh. Baptiſta*)

Arretini Principis Templi decanus e praelo emiſit *Le ore Canoniche*, *diſcorſo Sagro*, Peruſii MDCLXXX. 8. (a)

(a) Vide *Cinellium Bibliot. volante* T. II. *pag.* 57.

CAPECE (*Cajetanus Maria*)

Clericus Regularis *Theatinus Neapolitanus* Regius Ethicae Profeſſor eruditum commentarium evulgavit.

De vetuſto altaris pallio Eccleſiae Graecae Chriſtianorum ex Cimeliarchio *Clericorum Regular. Theatinor.* domus SS. *Apoſtolorum Neapol. Neapoli* MDCCLVI. 4. (a)

(a) Vide Annales Litterarios *Italiae T. I. p. II. pag.* 108.

de CAPELLIS (*Fr. Franciſcus*)

Vulgo a *Bononia* Ordinis Capuccinorum edidit

circulum aureum, ſeu breve compendium Caeremoniarum, quibus paſſim ad ſuas, & proximi utilitates Presbyteris uti contingit.

Saepius recuſum, ſed a S. Indicis Congregatione IV. dec. MDCCXXV. prohibitum *quocumque loco, & tempore impreſſum.*

CAP.

CAPPONI (*Seraphinus*)

Porrectanus Ord. *Praedicatorum* Italicum Librum edidit inſcriptum

Sacerdos in aeternum, *o dichiarazione delle cerimonie, e delle veſti della Meſſa*, Romae MDCCXXIX. 12.

CAPRARA (*Alexander*)

Bononienſis ab ALEGAMBIO dicitur edidiſſe in lucem juvenis, volente Cardinali PALAEOTTO eleganti ſtylo

Tractatum de Benedictione Epiſcopali

CARACCIOLI (*Antonius*)

Neapolitanus Cleric. Regularis Theatinus eruditione conſpicuus vulgavit

1. Synopſim veterum Religioſorum rituum, atque legum Romae MDCXII. 4. & Pariſiis MDCLXIII. 4.

2. Apologiam pro pſalmodia in choro, cujus Libri TOPPIVS meminit in Bibliotheca Scriptorum Neapolitan.

de CARDENAS (*Bernardinus*)

Diſcurſo Teologico a la Santitad de ALEXANDRO VII. ſobre el dezir tres Miſſas el dia de la Commemoration de los difunctos, ſine loco & anno 4. (a)

(a) Exſtat in Bibliotheca Card. IMPERIALIS.

CARDI (*Paullus Maria*)

Regienſis Ord. Servorum B. M. V., cujus elogium dedi in hiſtoria Litteraria Italiae (a) edidit

Ritualis Romani documenta de exorcizandis obſeſſis a daemonio commentariis ex SS. Patribus & Eccleſiaſticis Scriptoribus potiſſimum depromptis illuſtrata. Venetiis MDCCXXXIII. apud Joſephum CORONA.

(a) Ad ann. MDCCLV. quo obiit XIV. Februarii T. XIV. p. 327. ubi & cetera egregii viri opera cum edita tum MSS. recenſui.

CARDONI (*Ioh. Idelphonſus*)

Ex illuſtri S. *Franciſci* PAVLLANI familia vir doctus, nuperrime *Neapoli* vulgavit:

Rifleſſioni ſopra il novello Progetto; o ſia diſſertazione (a) *del buon uſo delle Litanie* (b), *ed altre Preghiere* (c) *di* D. Leoluca *Ab.* ROLLI, MDCCLXXV. apud *Vincentium* Mazzola - Vocola 8.

(a) Quae quidem diatribe plena eſt ignorantiae, impudentiae; atque impietatis.

(b) Nimirum ROLLIVS *Lauretanas* cumprimis Litanias ſibi nulla certe auctoritate, nec niſi quadam novaturiendi libidine ſumpſerat reformandas; tum etiam piam illam conſuetudinem, qua ejuſmodi Litaniae coram Auguſtiſſimo Euchariſtiae Sacramento recitantur, accuſandam, atque carpendam.

(c) In his praeſertim antiphona *Salve Regina*, in qua neſcio quot vitia novus Dogmatiſtes ROLLIVS deprehendit.

CARELLO (Fr. *Hieronymus*)

e *Minorum Obſervantium* familia *Venetiis* vulgavit dialogum, cui titulus:

La dottrina de' Sagri Riti ſopra le Rubriche del Breviario Romano ad uſo delle Monache. MDCLXVIII. 4.

CAREZANVS (*Angelus*)

Edidit Italice GAVANTO teſte.

de Miniſtro Miſſae MDCXIII.

CARMIGNANO (*Nicolaus Antonius*)

Il Razionale de' divini uffici, tradotto dal latino in volgare da Colantonio CARMIGNANO Napoletano *per comandamento di* Bona SFORZA *Reina di* Polonia, Napoli per Gio: SVLTZBACH MDXXXIX. f. (a)

(a) CARMIGNANII nulla apud TOPPIVM in Bibliotheca Neapolitana ſit mentio.

de S. CARO (*Hugo*)

Gallus, Theologus *Pariſ.* Ord. *Praedic.*, & ab a. MCCXLV. ad ann. MCCLX. quo *Lugduni* deceſſit, Card. Presbyter titulo S. SABINAE. Prodiit *Lugd.* MDLIV. ejus

Speculum Sacerdotum, & Eccleſiae de ſymbolo, & officio Miſſae.

CARRARA (*Barptolomaeus*)

Clericus Regularis *Theatinus* ſub nomine *Caroli* BRVMATI *da Grano* edidit

dell' antica preminenza del Cardinalato, Ravennae MDCCLVI. apud *Antonium Mariam* LANDI 4. (a)

(a) Vide Annales meos Litterarios *Italiae T. I. p. II. pag.* 101.

CARRIERE (*Franciſcus*)

Ord. *Minorum Conventualium* eruditus Scriptor, ac de Summorum Pontificum hiſtoria optime meritus opus quoque edidit

de ritibus Eccleſiae Catholicae, Lugduni MDCLXIII.

CAR-

CARTARI (*Carolus*)

Urbevetanus inter alia, quae vulgavit, egregium Libellum edidit inſcriptum

La Roſa d' oro Pontificia, racconto Iſtorico. Romae in typographio Camerae MDCLXXXI. 4. & MDCLXXXVII. 4.

CASALI (*Iob. Baptiſta*)

de veteribus ſacris Chriſtianorum ritibus ſive apud *Occidentales*, ſive *Orientales* Catholica in Eccleſia probatis *Romae* MDCXLV. 4. & duobus aliis, quorum alterum de veteribus *Aegyptiorum* ritibus a. MDCXLIV., alterum *de antiquis Romanorum ritibus* a. MDCXLV. Cl. Auctor ediderat, uno volumine junctis primo ibidem MDCXLVII. fol. hoc titulo: *Sacrae, profanaeque religionis vetuſtiora monimenta; tum Francofurti & Hanoverae* MDCLXXXI. (a) itemque MDCLXXXIV. (b) alio titulo: *de profanis & ſacris veteribus ritibus opus tripartitum* 4. (c)

(a) Hanc tranſalpinam CASALII editionem indicat WALCHIVS *Bibl. Theol. T. III. p. 696.*

(b) Hanc vero FABRICIVS in *Bibliographia antiquaria p.* 159. edit. *Hamburg.* a. MDCCLX.

(c) Praejudicatis *Lutheranae* ſectae erroribus, quibus imbutus eſt, tribuendum, quod WALCHIVS l. c. ait, multa heic a CASALIO dicta, *quae ad Eccleſiae* Romanae, *non veterum Chriſtianorum ritus pertinent*, quaſi Eccleſia *Romana* a veterum Chriſtianorum ritibus deſciverit: dum vero ſubiicit p. 670.: *res ipſas auctor ita perſequutus eſt, ut qui illarum periti ſunt, iis neque induſtriam, neque fidem ſatis probaverit, opuſque ejus mediocrem exiſtimationem conſequutum ſit*, paullo iniquiorem ſe in optimum auctorem praebuit; in eo enim majorem quidem criticen deſideramus (quod tamen omnium fere, qui eo tempore ſcripſerunt, vitium eſt) fortaſſe etiam exquiſitiorem, quemdam ſive argumentorum, ſive teſtimoniorum delectum; de fide autem illius nemo niſi inimiciſſimus dubitaverit.

CASOLA (*Petrus*)

Mediolanenſis Cathedralis Canonicus edidit

Rationale Caeremoniarum Miſſae Ambroſianae, Mediolani MCCCCXCIX. 4.

CASSANDER (*Georgius*)

Brugis Flandrorum natus a. MDXV. defunctus vero *Coloniae* III. Februar. MDLXVI. (a) edidit

Liturgica de ritu, & Ordine Dominicae Coenae celebrandae e variis Scriptoribus. *Coloniae* MDLVIII. in 8.

Or-

Ordinem Romanum de officio Miſſae, ibid.

Preces Eccleſiaſticas, quae *Collectae* vulgo dicuntur &c. Hymnos Eccleſiaſticos, praeſertim, qui *Ambroſiani* dicuntur, cum ſcholiis ſuis, & appendice de invocando Spiritu Sancto, ibid. MDLVI. (b)

(a) Vide Bibliotheeam *Colonienſem* HARTZHEIMII *p. 90. ſeq.* & *Antifebronium T. I. Introduct. cap. V. n. 3.*

(b) Recuſa haec omnia ſunt cum ceteris CASSANDRI operibus *Pariſiis* MDCXVI.

CASSETA (*Petrus*)

Clericus Regularis S. PAVLLI emiſit in lucem *Speculum Eccleſiaſticum* Bononiae MDCL. Vol. 3. in 4.

CASSINI (*Ioh. Dominicus*) (a)

1. *Diſſertation de la Correction* Gregorienne *des Mois lunaires Eccleſiaſtiques* (b)
2. *des Equations des Mois Lunaires, & des Années ſolaires* (c)

(a) Vide de Clariſs. Viro Diarium Litteratorum hominum *Italiae* T. XXVII. art. 2. & *Niceronium* T. VII.

(b) Inſerta eſt Monumentis Regiae *Pariſienſis* Scientiarum Academiae ad ann. MDCCI.

(c) Exſtat in iiſdem Monumentis ad ann. MDCCIV. Vide infra MAHOVDEAV, & MARALDI.

CASSIVS (*Bartholomaeus*)

Rituale Romanum Illyrico idiomate edidit *Romae* MDCXL. ex typogr. S. C. de Propag. Fide 4. (a)

(a) Vide de CASSIO ALEGAMBIVM in Bibliotheca S. I.

CASTALDVS (*Andreas*)

Floruit circa ann. MDCXXV., ediditque

1. Caeremoniale Clericorum Regularium
2. Praxim Caeremoniarum

CASTANAEVS *de la Rochepozay* (*Henricus Ludovicus*)

Pictavorum Epiſcopus *notas* ſcripſit ad *Litanias* PICTONICAS, quas ipſe concinnavit, diſpoſuit, vulgavitque (a)

(a) Exſtant hae notae apud LABBEVM T. II. *Novae Biblioth. Mſs. Libror. pag. 728.*

CA-

CASTANVS (*Augustinus*)

de maxime supernaturali Agni Dei *virtute* Venetiis MDCLXIX. 4.

CASTELLANVS (*Albertus*)

Ord. Praedic. sub LEONE X. floruit, ediditque *Sacerdotale* (a)

Item *Pontificale Romanum* emendavit, vulgavitque (b)

(a) Vide *Lib. I. hujus Biblioth. Cap. V. art. I. n.* 1.
(b) Adi eumdem *Lib. I. Cap. VI. art.* 2. *n.* 1.

CASTELLANVS (*Jacobus*)

De Canonizatione Sanctorum, Romae per Marcellum SILBER MDXXI. 4.

CASTELLINVS (*Lucas*)

Ordinis *Praedicatorum* Episcopus *Catacensis* edidit

1. de electione Praelatorum, *Romae* per *Bartholomaeum* ZANNETTVM MDCXXV. fol.

2. de certitudine gloriae Sanctorum, *Romae* MDCXXVIII. 4.

3. de inquisitione miraculorum in Canonizatione Martyrum *Romae* per *Jacobum* MASCARDVM MDCXXIX 4.

4. de dilatione Canonizationis Sanctorum, *Neapoli* per *Octavium* BELTRANVM MDCXXX. 4.

CATALANVS (*Josephus*)

Congregationis *Romanae* Oratorii, quod S HIERONYMI Caritatis appellatur, Vir laboriosus atque eruditus.

1. de Codice Sancti Evangelii, atque servatis in ejus lectione, & usu variis ritibus Libri III. *Romae* ex typograph. *Antonii de* RVBEIS MDCCXXXIII. 4.

2. Commentaria in Pontificale Romanum ibid. MDCCXXXVI. fol. T. III.

3. Caeremoniale Episcoporum commentariis illustratum ibid. MDCCXLIV. fol. T. II.

4. Sacrarum Caeremoniarum, sive rituum Ecclesiasticorum S. R. E. Libri tres ab *Augustino* PATRICIO ordinati, & a MARCELLO *Corcyrensi* Archiepiscopo primum editi... commentariis aucti, ibid. MDCCL. fol. T. II.

5. Rituale Romanum BENEDICTI Papae XIV. jussu editum, & auctum, perpetuis commentariis exornatum, ibid. ex typogr. *Josephi*, & *Philippi de* RVBEIS MDCCLVII. fol. T. II.

CA-

CATENA (*Hieronymus*)

Diſcorſo ſopra la Beretta roſſa per li Cardinali Religioſi, Patavii MDXCI. 4.

CAVALIERI (*Joh. Michael*)

Bergomas Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI VI. Januarii MDCCLVII. defunctus (a) ediderat

1. in Authentica S. R. C. decreta commentariorum T. I. part. I. *Brixiae* MDCCXLIII. typis *Marci* VENDRAMINI 4. Part. II. ibid. MDCCXLV. 4.

2. Agenda defunctorum, ſive in Sacrarum Congregationum decreta Commentariorum Tom. II *Bergomi* MDCCXLVIII. apud *Petrum* LANCELLOTTI 4.

3. Rituale expenſum ſive in ſacrarum Congregationum decreta Commentariorum Tomus III. *Bergomi* MDCCLI. apud *Johannem* SANTINI 4.

Haec deinde opera poſt auctoris obitum optimo conſilio in unum corpus collecta, & Auctoris vita, aliiſque ejus nondum editis commentariis aucta, *Venetiis* MDCCLVIII. ex typographio *Remondiniano* prodierunt hoc titulo: *Opera omnia Liturgica, ſeu commentaria in authentica S. R. C.* decreta ad *Romanum* praeſertim Breviarium, Miſſale, & Rituale quomodolibet attinentia, quinquae tomis comprehenſa fol. (b)

(a) Vide Annales meos Litterarios *Italiae T. II. pag.* 458.

(b) CAVALERIVS rei Liturgicae ſcientiſſimus erat; paullo tamen quam forte decuit, infenſiorem ſe doctiſſimo MERATIO exhibuit. Hinc Italico de MERATII vita commentario *Venetiis* adjectum vidimus opuſculum praenotatum: *Riſpoſta a quanto oppone il P. M.* Giammichele CAVALIERI *Romitano di S.* AGOSTINO *contro le nuove oſſervazioni, e addizioni del P.* Gaetano Maria MERATI, *dato in luce da* Carlo PONIVALLE.

De CAVALLERIIS (*Marcellus*)

Ordinis *Praedicatorum*, poſtea Epiſcopus *Gravinenſis* edidit. Card. VRSINIO, qui deinde BENEDICTVS XIII. fuit, inſcriptum Librum hoc titulo

Statera ſacra Miſſam juxta ritum ſacri Ordinis *Praedicatorum* practice hiſtorice myſtice expendens, Neapoli MDCLXXXVI. 8.

CECCONI (*Leonardus*)

Antea Epiſcopus Montis alti edidit

Diſſertazione ſopra l' origine, ſignificato, uſo e morali ammaeſtra-

maeſtramenti per la divota recita dell' ALLELVIA, Velitris MDCCXLIX. 8.

CERRACHINI (*Lucas Joſephus*)

Presbyter *Florentinus*

dubbj ſopra le Rubriche del Meſſale e del Breviario Romano, *Florentiae* MDCCXXVI. & MDCCXXVII. Vol. II. 12.

Item directorium ad rite peragendas Majoris hebdomadae functiones in minoribus Eccleſiis, ibid. MDCCXXXVII. 12.

Et dubia ad Sacras rubricas, & ad Eccleſiaſticas functiones ſpectantia ibid. eodem anno 12.

CERTANI (*Joh. Philippus*)

Bononienſis Oratorii Presbyter opus moriens reliquit, quod poſtumum ſemel, atque iterum prodiit hoc titulo:

Riti della Meſſa Privata ſpiegati ſecondo il ſenſo piu proprio delle Rubriche del Meſſale, e le dottrine degli Autori. Edizione ſeconda ricorretta, ed accreſciuta di note da un Prete dello ſteſſo Oratorio. Bononiae MDCCLVII. 8.

CHAMILLARD (*Gaſton*)

de corona, tonſura, & habitu Clericorum Pariſiis per *Georgium* IOSSE MDCLIX. 8.

CHAPEAVILLE (*Jobannes*)

Canonicus Archidiaconus, & Vicarius in D. LAMBERTI, ac Vicarius Epiſcopatus *Leodienſis*, quem MIRAEVS in ſcriptor. ſaec. XVII. *cap.* 184. *Virum* appellat, *eruditionis exactae, judicii ſubacti*, ſcripſit

De prima & vera origine Feſtivitatis SS. Corporis & Sanguinis Domini (a).

(a) Exſtat T. II. *geſtorum Epiſcoporum Leodienſium pag.* 641.

CHARDON (C...)

Benedictinus Pariſiis MDCCXLV. Gallice edidit praeclarum opus inſcriptum

hiſtoire des Sacremens T. VI. 12. (a)

Ea deinde hiſtoria Italice prodiit Tomis III. in 4. *Veronae* MDCCLIV. hoc titulo:

Storia de' Sacramenti, ove ſi dimoſtra la maniera tenuta dalla Chieſa in celebrarli ed amminiſtrarli, e l' uſo fattone dal tempo degli Apoſtoli ſino al preſente, ſcritta in Franceſe dal R. P. D. C. CHARDON *Monaco* Benedittino; *poi reſa Ita-*

liana, e di annotazioni ſparſa, e di notizie accreſciuta dal P. Fr. Bernardo *da* VENEZIA *M. O. Riformato* (b)

Ex eruditiſſimo hoc opere duo capita quae latine redderem, atque adnotationibus illuſtrarem, ſelegi, ea ſcilicet, quae de Baptiſteriis, & ſuſceptoribus, qui prioribus ſaeculis dabantur baptizandis, agunt, edidique T. II. Fleuryanae *diſciplinae populi Dei* Venetiis apud ZATTAM *pag.* 47. & 54.

(a) Confer *Triqultianos* in Ephemeridibus menſium Junii, Auguſti, Octobris, & Decembris a. MDCCXLV. & diarium Romanum a. MDCCXLVIII. & MDCCXLIX.

(b) Aliqua in *Italicam* hanc verſionem me adnotaſſe memini *T. X. hiſtor. Litter. Ital. pag.* 497.

CHIAPPONI (*Juſtinianus*)

Sub CLEMENTE XI. Caeremoniarum Magiſter edidit Acta Canonizationis SS. PII, *Andreae* AVELLINI, *Felicis* a CANTALICIO, & *Catharinae* de BONONIA, cum diſſertatione ſuper myſteriis oblationum in Miſſa Canonizationis, Romae MDCCXX. fol. (a).

(a) Confer BENEDICTVM XIV. *de Sacr. Miſſae Sacrificio Lib. I. cap. IV. n.* 10.

CHIFFLETIVS (I)

De Euchariſtia ultimo ſupplicio afficiendis non neganda, *Bruxellis* MDCXLIV. 8.

CHRYSANTHVS

Hieroſ. Patriarcha. Ejus eſt

Opuſculum, in quo agitur de offi:iis, clero, & dignitatibus Eccleſiae Chriſti cum libellis *Gabrielis* PHILADELPHIENSIS, & IOBI peccatoris de VII. Sacramentis, & homilia GENNADII Patr. CPolitani de Sacramentali Corpore Domini ..... impreſſum (Graece) cura & correctione METROPHANIS humilis Hieromonachi *Dodonenſis* in Sanctiſſima *Hungaro - Valachiae* Metropoli *Tergobyſte* MDCCXV fol.

CHRYSOLORAS (*Emmanuel*) (a)

Liturgiam S. GREGORII M. Graece vertit (b)

(a) Illuſtris hujus *Graeci*, cui *Italia Graecas* Litteras apud nos reſtitutas fere debet (eas enim *Venetiis* primum, deinde *Florentiae*, quo a. MCCCXCVI. evocatus fuit, magno auditorum ſuorum profectu docuit) res geſtas quum non pauci tradiderint, conſulere tamen ſatis erit *Dominici* GEORGII Italicas de eo animadverſiones *Syl-*

loges

loges Calogeranae T. XXV. pag. 241. seqq. evulgatas.

(b) Vide hujus Bibliothecae *Lib. I. Cap. III. art. §. 1. n. 9.*

CIACCONIVS (*Alphonsus*)

Ord. *Praedic.* Patriarcha *Alexandrinus* Romae obiit MDXCIX. Habuimus ab eo eruditum opusculum

De jejuniis, & varia eorum apud Antiquos observantia, *Romae* MDXCIX. 4.

CIAMPINI (*Johanes*)

1. Coniecturae de perpetuo Azymorum usu in Ecclesia *latina*, vel saltem *Romana*, *Romae* apud KOMAREK MDCLXXXVIII. 4. (a)

2. Vetera monimenta, in quibus Musiva opera illustrantur Pars I. ibid. MDCXC. fol. Pars II. ibid. MDCXCIX. (b)

3. Synopsis historica de sacris aedificiis a CONSTANTINO M. constructis, ibid. MDCXCIII. fol.

4. De Cruce Stationali investigatio historica ibid. MDCXCIV. 4. (c)

5. Explicatio duorum Sarcophagorum Baptismi ritum indicantium ibid. MDCXCVI. 4. (d)

(a) Vide quae supra de hac controversia indicavimus V. *Bibliotheca &c.*

(b) Vere FABRICIVS *Bibliogr. ant. p. 414.* animadvertit, CIAMPINVM hoc in opere (*T. I. cap. 18.*) *certa ab incertis non satis distinguentem templa Christianorum* DCCC. circiter observasse, exstructa ab A. C. XXXIII. ad ann. CCLXXV. Ceterum praeter Sacrorum aedificiorum structuras, invenies disquisitiones.

De antiquo baculorum usu & symbolo T. I. cap. XV.

De Evangeliorum Volumine & cultu T. I. C. XVI.

De formis sepulcrorum tum apud Ethnicos tum apud Hebraeos, antiquosque Christifideles T. I. C. XIX. & T. II. cap. 3.

(c) Recusa fuit *Venetiis*, sed ex typographi oscitantia, absque tabulis T. I. Fleuryanae *disciplinae populi Dei* pag. 129.

(d) Inserta quoque fuit *Museo Minervae* Venetae (*Galleria di Minerva*) T. II. Part. III. pag. 77.

CICONIOLANVS (*Ludovicus*)

Floruit a. circiter MDXL. atque edidit GAVANTO teste *Directorium Officii divini*

de CIGONGNE' (*Daniel*)

V. *Marolles*

CIMELIVS (*Petrus*)

Darocenſis in *Complutenſi* Academia Profeſſor edidit Expoſitionem Miſſalis, Compluti in aedibus Michaelis de EGVIA MDXXVIII. fol.

CLAIRE' (*Martinus*)

Hymni Eccleſiaſtici novo cultu adornati, *Pariſiis* MDCLXXIII. 4. & MDCLXXX. 12. quae tertia editio eſt (a)

(a) Praemittitur *de vera & propria hymnorum Eccleſiaſticorum ratione* diſſertatio. Vide de auctore SOTVELLVM in Biblioth. S. I.

CLAVIVS (*Chriſtophorus*)

Bambergenſis, illuſtris ſaeculi XVI. Mathematicus (a) edidit juſſu CLEMENTIS VIII.

1. Romani Calendarii a GREGORIO XIII. P. M. reſtituti explicationem, cui adnexus eſt Computus Eccleſiaſticus.

2. Novi Calendarii *Romani* apologiam adverſus *Michaelem* MASTLINVM *Geppingenſem* in *Tubingenſi* Academia Mathematicum duobus Libris explicatam

3. Appendicem ad novi Calendarii apologiam, in qua *Joſephus* SCALIGER, *Georgius* GERMANVS, *Franciſcus* VIETA, qui Calendarium aliter inſtaurandum eſſe contenderunt, ſeorſim ſinguli confutantur.

(a) Vide ALEGAMBIVM in Biblioth. S. I.

de CLEMANGIS (*Nicolaus*)

In vico *Clemange*, unde cognomen adſcivit, provinciae *Catalaunenſis* natus, in Collegio *Navarraeo Lutetiae* inſtitutus, ac poſtea BENEDICTO XIII. pſeudo-pontifici a ſecretis obiit ante annum MCCCCXL. (a) Aliis ejus operibus miſſis, ſcripſerat a. MCCCCXIII. librum

de novis feſtivitatibus non inſtituendis (b)

(a) Agunt de eo praeter TRITHEMIVM, CAVEI Appendicem, & FABRICIVM *in Bibl. Med. & Inf. Latin.* LAVNOIVS *p.11. hiſt. Gymn. Navarr.* & HERMANNVS *ab* HARDT *T. I. Conc. Conſtant. p. 71.*

(b) Ejuſdem *ab* HARDT cura ſeorſim prodiit Helmſtadii MDCCIII. 4.

CLERVS GALLICANVS

Collectio quorumdam gravium Auctorum, qui ex profeſſo, vel ex occaſione Sacrae Scripturae aut Divinorum officiorum in vulga-

vulgarem Linguam translationes damnarunt, jussu Cleri Gallicani edita *Lutetiae* per *Antonium* VITRE' MDCXLI. 4. (a)

(a) Non obviam hanc collectionem accurate recenset *Fridericus Gotthilf* FREYTAG *Adparatus Litterarii* T. I. pag. 160.

CLICHTOVEVS (*Jodocus*)

Neoportuensis Jac. FABRI *Stapulensis* discipulus, Theologus *Paris.* & Canonicus *Carnotensis* obiit a. MDXLIII. Scripsit Elucidatorium Ecclesiasticum, sive explanationem in hymnos, & Cantica Ecclesiastica, officium, & Prosas (a). Prodiit Paris. MDXVI. Basil. MDXVII., Paris. MDLVI. apud *Johannem de* ROIGNY fol.

(a) Quatuor scilicet Libros laudatissimum hoc opus complectitur. Primus Hymnos adjecta explanatione declarat: secundus nonnulla Cantica Ecclesiastica, antiphonas, & Responsoria una cum Benedictionibus candelarum, Cerei Paschalis, & fontium: tertius ea, quae ad Missae pertinent officium, praesertim Praefationes, & Sacrum Canonem: quartus Prosas.

COCHLAEVS (*Johannes*)

Norimbergensis egregius Catholicae fidei vindex adversus LVTHERVM, BVCERVM, CALVINVM &c. *Uratislaviae in Silesia* Collegio Canonicorum adscriptus (a), obiit MDLII. Ex ejus operibus praeter collectionem Auctorum circa Missam, de qua hujus libri cap. 1., heic memorandus

de modo & usu orandi antiquo, Liber.

(a) De eo POSSEVINVS, & MIRAEVS *de Scriptor. sacc. XVI. cap.* 64.

CODINVS (*Georgius*)

Natione *Graecus*, *Curopalates* dictus; id vero an officii sui, an familiae nomen, prorsus incertum est. Nec incerta minus ejus aetas. Unum hoc constat, illum post expugnatam a *Turcis Constantinopolim* scripsisse: quippe qui urbem sub *Constantino* PALAEOLOGO Imp. ab impiis *Agarenis* anno mundi 6961. (Christi scilicet MCCCCLIII.) captam esse, atque Imperatorem glorioso morte occubuisse narrat. Anno igitur MCCCCLIII. superior non fuit; neque ut videtur, inferior multo; adeoque circa annum MCCCCLX. jure collocari potest. Ejus.

De Curiae, & Ecclesiae Constantinopolitanae officiis & officia-

tialibus Liber prodiit Gr. Lat. cum verſione & notis Pr. IVNII (qui ſub Hebraicis *Nadabi Agmoni* vocabulis ſeſe occultare voluit) *Francofurti* MDLXXXVIII. 8. dein auctior ab eodem editus *Heidelberg.* MDXCVI. 8. Tum Gr. L. interprete GRETSERO, cum tribus obſervationum, & emendationum libris *Pariſ.* MDCXXV. fol. denique cum iiſdem & *Jac.* GOARI notis ampliſſimis *Pariſ.* MDCXLVIII. fol.

GREGORII Papae *dialogi* dicti, Miſſam in linguam *Graecam* convertit, quam *Graece* edidit MORELLVS *Pariſ.* MDXCV. *Gr. Lat. Fr.* DVCAEVS in *Auctario PP. Tom. II. p.* 125. Auctiorem multo, & perfectiorem haberi in Bibl. *Barberina* Cod. 75. *Emmanueli* tamen CHRYSOLORAE tributam, monet *Leo* ALLATIVS *diatrib. de Georgiis*, *& eorum ſcriptis p.* 362.

COHELLIVS (*Jacobus*)

Notitia Cardinalatus, *Romae* apud *Joh.* CASONIVM MDCLIII. typis *Ignatii* de LAZARIS fol. (a)

(a) Confer *Davidem* CLEMENT *Biblioth. Curios.* T. VII. p. 226., ubi duo *Michaelis* a S. IOSEPH de hoc libro in ſua *Bibliographia Critica* differentis errata notat, corrigitque.

de COLONIA (*Dominicus*) S. I.

Inſtruction ſur le Jubilé de l' Egliſe Primatial de Lyon a l' occaſion du concours de la Fête dieu avec celle de la Nativité de S. IEAN BAPTISTE, *qui arrive le* 24. *Iuin de cette année* MDCCXXXIV. (a) *imprimée par ordre de Monſeigneur l' Archevêque*, Lugduni typis Petri VALFRAY MDCCXXXIV. 8.

(a) A. MCCCCLI. adnuente Sede Apoſtolica celebrari hoc Jubilaeum coepit; quod quum nonniſi Feſto S. IOH. BAPTISTAE *Lugdunenſis* Eccleſiae patroni in Feſtum diem Corporis Chriſti incidente celebretur, quartum fuit eo anno MDCCXXXIV.

COLLET (*Petrus*)

E Congregatione Miſſionis Presbyter, noſtrique temporis celeberrimus apud *Gallos* Theologus edidit

1. *Examen, & reſolution des principales difficultès, qui ſe rencontrent dans la celebration des Saints Myſteres* Pariſiis MDCCLII. 12.

2. *Examen, & reſolution des principales difficultès, qui regardent l' office divin* ibid. MDCCLV. MDCCLVI. 12.

3. *Trai-*

3. *Traitè hiſtorique, dogmatique, & practique des Indulgences, & du Jubile* MDCCLIX. Vol. II. in 12.

de S. CONICORDIO (*Bartholomaeus*)

Piſanus Ord. Praedic. obiit ſenio confectus a. MCCCXLVII: Praeter *ſummam Caſuum conſcientiae* ab eo *Piſanellam* vulgo dictam, & alia, de quibus poſt QVETIFIVM, alioſque FABRICIVS *T. I. Bibl. med. & inf. lat.* p. 177. confecit *Tabulam ad inveniendum Paſcha*.

CONRADVS NVREMBERGENSIS

Ex Monacho *Mellicenſi* Abbas *Obernburgenſis*, qui obiit a. MCCCCXLI., Tractatum compoſuit in MS. *Mellicenſi* Codice praenotatum: *Reductio Gradualis in Introitibus, Antiphonis, Kyrieleiſon, Gl., ſequentiis, offertoriis, communionibus* (a)

(a) Confer KROPFFII *Bibliothecam* Benedictino-Mellicenſem cap. 24.

CONTELORIVS (*Felix*)

Bibliothecae *Vaticanae* Cuſtos, Apoſtolici *Vaticani* Archivi Praefectus, ac *Vaticanae* Baſilicae Canonicus multa edidit (a). Huc ſpectat tractatus.

De Canonizatione Sanctorum, *Lugduni* MDCIX. & MDCXXXIV. 8.

(a) Vide *Leonem* ALLATIVM in *Apibus Urbanis*, & IACOBILLIVM in *Catalogo Scriptorum Umbriae* p. 105. Laudatur etiam a MIRAEO de *Scriptor. ſaec. XVII. cap.* 216.

CONTI (*Petrus*)

In *Meſſanenſi* olim *Jeſuitarum* Collegio generalis ſtudiorum Praefectus edidit.

Tria opuſcula de privilegiorum ad hebdomaticum, menſtruumque officium, Miſſamque ſpectantium communicatione, & exemplo, ac de Feſtorum ad libitum translatione, deque eorumdem cum aliis vel ad libitum, vel translatis contentione, & occurſu, *Lugduni* apud *Antonium* BOVDET MDCCV. 4.

CONTVS (*Angelus*)

GAVANTO, & BONA teſtibus ſcripſit *de Myſteriis Miſſae*.

COPETI (*Paſchalis*) Canonicus.

Diſcorſi di Liturgia recitati alla preſenza di BENEDETTO XIV. *Pontefice Maſſima nella Sala Apoſtolica del Quirina-*

le

le con due dissertazioni fatte altrove (a), Romae typis MAINARDI MDCCLXVI. 4. (b)

(a) En harum dissertationum indiculum

I. *Della Litturgia* Gallicana, *e della sua antichità, diversità dalla* Romana, *e pratica.*

II. *Dell' antichità, origine, e convenienza del Rito, con cui si unisce alle benedizioni il segno di Croce, e l'invocazione delle Persone della Santissima Trinità.*

III. *Della disciplina dell' arcano in riguardo a' Catecumeni, e dell' origine, oggetto, e ragioni della medesima.*

IV. *Delle pernottazioni, che i novelli battezzati facevano, e dell' antica costumanza di dispensar l'* Agnus Dei *di cera benedetti.*

V. *Dell' obblazione dell' olio, e del balsamo, antichità di unirli insieme per formare il crisma, e del vaso a conservarvi il crisma.*

VI. *Dello special culto, con cui i Fedeli fino dal primo nascer della Chiesa hanno sempre venerati i Misterj dell' Altare, e dell' antica disciplina, colla quale venivan purgati i difetti, che intorno a quelli succedevano.*

VII. *Del sagrifizio della Messa senza la Comunione de' Fedeli astanti, e della Comunione de' Fedeli fuori del Sagrifizio della Messa.*

VIII. *Delle Indulgenze, e remissioni, loro origine, e progresso.*

(b) Quid de his dissertationibus senserit larvatus, sed eruditissimus SANDELLIVS in commentario *de pristor. Christian. synaxib.* &c. adcipe. „ Addidere, inquit, ad id animum inconditi sermones quidam „ Liturgici *Romae* Italice evulgati, atque *Romae*, ut eorumdem in„ scriptio monet, coram BENEDICTO XIV. recitati. Auctor, quem „ nominare nolo, sexto in sermone de speciali cultu, quo Christi fi„ deles ab ipso nascentis Ecclesiae exordio altaris mysteria prosequu„ ti sunt, deque antiqua disciplina in expiandis defectibus disputare „ adgressus est, tamque leviter & inerudite gravissimum argumentum „ digessit, ut mirum sit coram Pontifice rerum Liturgicarum scien„ tissimo sermonem illum fuisse perlectum, ac *Romae* typis vulgatum. „

de CORDVBA (*Fernandus*)

V. *Fernandus* de *Corduba*

CORONA (*Tobias*)

Mediolanensis Clericus Regularis S. PAVLLI edidit

Sacri Tempj, dove si rappresenta quanto appartiene al culto, e venerazione de' Tempj, le loro immunità, l' obbligo de' loro Ministri, i significati delle vesti Sacerdotali, ed altre Ecclesiastiche supellettili Romae apud Andream FEII MDCXXV. 4.

CORSETTI (*Bartolomaeus*)

Benacensis edidit

Novissimam, ac compendiosam Sacrorum rituum, ac caeremoniarum

rum praxim in Missis solemnibus ad instar caeremonialis Episcoporum, *Venetiis* MDCLIV. apud *Franciscum* VIVIENVM in 12. *Beneventi* MDCCXXVI. 4.

CORTESIVS (*Paullus*)

Protonotarius Apostolicus scripsit Libros tres *de Cardinalatu*,

quos & excudi curavit in Castro *Cortesio* per *Nicolaum* NARDVM MDX. fol.

COSICICH (*Simon*)

Episcopus *Madrussensis* edidit *Illyrica* Lingua Missale *Fani* S. VITI *Flomonensis* MDXXXI. 4.

COSENTINVS Archiep. (*Joseph.*)

Espositione del Canone della Messa, *Coloniae* apud *Antonium* KINCHIVM MDCLV. 16.

COVENTRIENSIS (*Vincentius*)

Cantabrigiensis Professor ex S. *Francisci* familia circa ann. MCCLI. Scripsit *Expositorium Missae*

de CRACOVIA (*Matthaeus*)

Quem TRITHEMIVS *cap.* 654. gente *Polonum*, Jo: *Petrus* LVDEVVIG *T. II. Scriptor. Bamberg. p.* 499. & *Bernardus* PEZIVS Praef. *ad T. I. Anecdot. p.* 4. *Pomeranum*, atque adeo *Germanum* fuisse perhibent, floruit circa annum MCCCLXXV. Theologiam primum in *Pragensi*, deinde ab *Hussitis* hinc pulsus in *Parisiensi*, tum in *Heidelbergensi* Academia docuit ea celebritate, ut S. R. E. Card. & ab a. MCCCCV. Episcopus *Vormatiensis* fuerit renunciatus. Obiit MCCCCX. Plura scripsit: in his *de celebratione Missae frequentanda, & intermittenda Lib. I.*

CRANTZIVS (*Albertus*)

Decanus, & Sindicus *Hamburgensis* obiit 7. decembris MDXVII. (a). A FABRICIO *Bibl. Med.* & *Inf. Latin.* T. I. p. 41. haec ejus opera in rem nostram memorantur

Opusculum *de institutione Sacerdotum ad officium Missae*, Hamburgi, & Rostochii MDVI. 4.

Ordo Missae secundum ritum Ecclesiae *Hamburgensis*, *Argentorati* MDIX. fol.

Formulae precum obviae in cursu *de domina* edito Rostochii MDXXII. 12.

(a) Ejus vitam *Germanice* edidit *Nicolaus* VVITKENS MDCCXXII, & MDCCXXIX.

de CRASSIS (*Paris*)

Piſaurenſis Epiſc. vixit ad ann. ſaltem MDXXIX. Vide MABILLON. *Comm. in Ord. Rom. pag. LXIII.* quamvis VGHELLIVS ejus mortem in anni ſuperioris diem 10. Junii conferat.

Scripſit Ordinem (a)

Celeberrimum ejus opus diarium, cujus fragmenta aliqua ſparſim ab anno MDIII. ad MDXXI. refert RAYNALDVS, plura collegit HOFFMANNVS *T. I. Novae Script. & Monum Collect.* Excerpta ex hoc diario contra ELECIVM *Corcyrenſem*, qui *Auguſtini* PATRICII Librum vulgaverat, recitat MABILLONIVS *T. II. Muſ Ital. pag.* 587. (b)

(a) Confer *Lib. I. Cap. VII. art. I. n. 9.*
(b) *Ibid. n.* 8.

CRATEPOIL (*Petrus*)

Haud procul *Juliaco* oriundus Ord. *Min. Conventualium* obiit *Coloniae* Kal. Aug. MDCV. (a)

Inter alia edidit *ad* Romanum *Breviarium Lectiones de patriae* Colonienſis *Sanctis*, *quae in* Romano *Breviario alioquin deſiderantur . . . Item quae ſit vera feſtorum dierum origo*, *& ratio* Coloniae excudebat *Gerardus* CAMPENSIS MDLXXXIX.

(a) De eo CORONELLIVS, & HARTZHEIM *Biblioth. Colon. pag. 269. ſeq.*

CRESSOLIVS (*Ludovicus*)

Myſtagogus de ſacrorum hominum diſciplina Pariſiis MDCXXIX. fol. (a)

(a) Hoc opus *rerum pulcherrimarum* plenum vocat FABRICIVS *Bibliogr. antiquar. pag.* 167. *omnium Laudibus celebratum* ALEGAMBIVS *in Biblioth. S. I.* cui ille a. MDLXXXVIII. ad MDCXXXIV. adſcriptus fuit.

CRISPI (*Hieronymus*)

Ferrarienſis illuſtri genere ortus quum in ſacrae *Romanae* Rotae pro patria Auditoris munere ab anno MDCCVIII. CLEMENTI XI. ſe maxime probaſſet, dictus ab eo fuit XVI. dec. MDCCXX. *Ravennatis* Eccleſiae Praeſul; poſtea vero hac Eccleſia certis de cauſſis abdicata *Romam* ſe iterum contulit, ubi

Pa-

Patriarcha *Antiochenus* renunciatus eſt, tandem a BENEDICTO XIV. 16. decembris MDCCXLIII. *Ferrarienſi* Eccleſiae praefectus. Deceſſit in patria a. MDCCXLVI. Ejus opera GINNANIVS percenſet *T. I. Scriptor. Ravennat.* p. 165. In his

1. *Modo di celebrare colla piu divota riverenza il Santiſſimo Sagrifizio della Meſſa*, Ravenna MDCCXXIII.

2. Myſteriorum Evangelicae Legis, ac Sacramenti Euchariſtiae, & Miſſae diſſertatio, Romae typis Antonii de RVBEIS MDCCXXIX. 12. & MDCCXXXIV.

CRITOPVLVS (*Metrophanes*)

Epiſtola de vocibus quibuſdam Liturgicis Gr. & Lat. Vittembergae MDCCXL. 4. (a)

(a) Scripta fuit ab Auctore a. MDCXXVI.

de la CROIX (*Claudius*)

Le *parfait Eccleſiaſtique* Lugduni MDCLXXVI. 4. (a)

(a) Varias inſtructiones continet ſuper functionibus Eccleſiaſticis. Ex his aliqua deinde Auctor in ſuam Theologiam Moralem intulit.

CVCQVIVS (*Henricus*)

Ruraemundenſis Epiſcopus. Plura edidit (a). Ex his

de vetuſto raſurae Clericalis more
De Canonicorum officio
Quaeſtionem quodlibeticam de anno Jubilaeo
de renovando uſu priſtinae raſurae Clericalis (b)
Conciones XX. de Sacrificio Miſſae.

(a) Vide *Valerium* ANDREAM in *Biblioth. Belgica*, & MIRAEVM *de Scriptor. Sacc. XVII. Cap. CLXVIII.*

(b) *Colon.* MDCI. 8. cum ejuſdem CVCQVII epiſtolis duabus altera de moderatione Cleri, altera contra concubinarios Paſtores.

CVLENS (*Henricus*)

Collatio Jubilaei veteris Hebraeorum, & novi Chriſtianorum, *Antuerpiae* MDCXVII. apud *Plantinos* 8.

CVSANVS (Card. *Nicolaus*)

Reparationem Calendarii ſcripſit (a)

(a) Exſtat inter ejus opera *Baſileae* recuſa MDLXV. P. III. *pag.* 1155.

CYDONIVS (*Demetrius*)

Theſſalonicenſis, ſeu ut BAILLETO viſum fuit, *Cretenſis* ob coelibem, quam egit, vitam a *Johanne* CANTACVZENO laudatus *Lib.* IV. *cap* 16. floruit medio ſaeculo XIV. ac *Mediolani* circa ann. MCCCLV. aliquandiu vixit, ubi *Raphaele* VOLATERRANO teſte Latinam linguam, atque adeo Theologiam didicit. Obiit autem *Cretae*, quo ſe receperat, multis ingenii ſui, ac pro Catholicae fide ſtudio relictis monumentis.

Duas ille Miſſas in *Graecum* tranſtulit, alteram ritus *Romani* in Feſto Sanctiſſimae Trinitatis, alteram ritus *Ambroſiani* in Nativitate Domini. *Graecam* hujus verſionem *Italice* redditam, atque eruditis explanatam adnotationibus edidit *D. Angelus* FVMAGALLIVS. Vide *Lib.* 1. *cap.* 3. *artic.* 6. *num.* 1.

D

DANTECOVRT (*Joh. Baptiſta*)

Pariſienſis, Canonicus Regularis S. GENOVIEFAE obiit a. MDCCXVIII. (a) Ediderat

de l'uſage de quelques langues non vulgaires dans le ſervice public de l'Egliſe 8.

(a) De eo LADVOCAT, qui tamem hujus opuſculi in catalogo *Colbertinae Bibliothecae p.* 897. indicati non meminit.

DARTES (*Johannes*)

Celebris apud *Gallos* (*Cadurcenſis* enim erat) Juris Profeſſor a. MDCLI. defunctus edidit

de canonica Eccleſiae diſciplina circa Sacramentum Poenitentiae, & ejus veteres ritus. *Pariſiis* MDCXXV. 8. (a)

(a) Et in operibus a DOVIATIO junctim vulgatis ibid. MDCLVI. fol. ubi alia plura inſunt ad Eccleſiae ritus, moreſque pertinentia, ut de Eccleſiarum origine, earumque forma.

DAVID (*Ludovicus Antonius*)

Helvetus Inſuber, qui eo inſaniae devenit, ut non ſolum *Gregorianam* Calendarii *Romani* correctionem nova emendatione indigere contenderet (quod aliis quoque viſum fuit), ſed etiam omnes, quibus poſt *Nicaenum* Concilium afflicta eſt Chriſtiana Reſpublica, calamitates, Terraemotus, peſtilentias &c. *ob ineptam ſolemnitatum ſanctificationem* a Deo immiſſas fuiſſe doceret.

Hac

Huc ſpectat, quod veluti majoris operis prodromum *Francofurti ad Moenum* typis *Mathiae Andreae* vulgavit a. MDCCXVI.

Ad inclytam Rempublicam Litterariam monitum Sanctiſſimo Domino CLEMENTI XI. P. O. M., *ejuſdem Reipubl. Principi, ac patrono . . . dicatum* 8.

DECLO' (*Thomas*)

Apud *Anconitanos* Canonicus, ut ajunt, Poenitentiarius edidit *Dichiarazioni di tutto ciò, che vi ha o difficile da intenderſi, o intereſſante in ogni parte del Breviario* Romano *dal principio fino al fine* T. I. *Anconae* apud heredes *Belellios* MDCCLXXI. T. II. ibid. MDCCLXXII. 4.

DELANNES (J)

Obſervations ſur l' origine du *Salve Regina* attribué a St. BERNARD (a)

(a) Exſtant in *Mercurio Gallico* an. MDCCXXXIX. menſe Julio pag. 1545 - 1554. Sed conferatur cum his *Lettre* (D. le BEVF) *au ſujet de ces obſervations* in ejuſdem anni *Mercurio Gallico* menſe Septembri pag. 1922 - 1951.

de DEO (*Johannes*)

Vlyſipponenſis domo, ſed *Bononiae* Juris Profeſſor a. MDCXLVII. ſcripſit *Poenitentiale*, de cujus MSS. codicibus * OVDINVS *T. III. pag.* 178. agit. Vide etiam FABRICIVM in Biblioth. Med. & inf. Latinit. T. II. pag. 21.

DESIDERI (*Franciſcus*)

Piſtorienſis Parochus S. MARIAE in oppido *Colonicae*, ubi denatus eſt a. MDCCXLII. (a), edidit

Praxim ſacrorum rituum praecipuas Eccleſiaſticas functiones continentem MDCCXXXIX.

(a) Vide meam *Bibliothecam Piſtorienſem* pag. 184.

DINOVART (*Joſeph Antonius*)

Natione *Gallus*, patria *Ambianenſis* a. MDCCXVI. natus a. MDCCLX. menſe Octobri edere coepit diarium Eccleſiaſticum (*Journal Eccleſiaſtique*) (a) ubi multa liturgica. Nempe *divers uſages, que la Synagogue, le Paganiſme, & l' Egliſe ont faits du terme* ALLELVIA T. II p. 17.

Benediction des femmes enceintes T. V. dec. pag. 273. *Prieres, que celles-ci doivent faire pour elles-mêmes* ibid.

Sur

Sur l' abus de louer les chaiſes dans les Egliſe, T. VII. Maii p. 143.

Heures, aux quelles on peut reciter Matines, Laudes, & les autres offices. T. VII. Juin. p. 238. & ſuiv.

Sur la recitation de l' Office T. XI. Juin. p. 241.

Projet d' établiſſement d' une Fête gènèrale des SS. Apôtres T. XIII. Nov. p. 163.

Lettre ſur le même ſujet. T. XVI. Août p. 179. Il y a en Juin MDCCLXIV. p. 188. une note ſur ce ſujet.

Sur quelques parties de l' Office Divin, & ſur la traduction vulgaire du decalogue T. XIV. Janv. p. 85.

Sur l' introduction de la Muſique dans les Egliſes T. XIV. Mars p. 242. T. XV. Avril p. 33.

Sur l' uſage des ſe faire porter la queve dans les ceremonies de l' Egliſe & du monde T. XV. Avril p. 266.

Lettre ſur une cèremonie religieuſe, établie dans le Château de Bicètre T. XXIII. Avril p. 82.

Sur quelques textes des Peres, employèes dans l' office de la dèd'cace, ſelon le Brèviaire de Paris, Juin p. 247.

Diſſertation ſur la Profeſſion ancienne de Virginitè, & ſur la reception du voile &c. Juin p. 269.

Lettre ſur l' abus de la Muſique dans les Communautès Religieuſes. T. XXV. Novemb. p. 162.

Sur la Meſſe Grecque de S. DENIS, *& ſur le rit de S.* VICTOR *de* Marſeille. T. XXIX. Dec. p. 253.

Lettre ſur l' expreſſion : ſe marier en face de l' Egliſe. Dec. pag. 264.

Note ſur des diſpenſes ſingulieres de la rècitation du Breviaire. Dans le Tome ſuſdit, en Nov. pag. 182. Vous trouverez des remarques ſur l' ètabliſſement d' une Fete générale des Saints Evèques d' un Diocéſe T. XXIX. Août p. 177.

Note ſur la maniere particuliere dont les Chanoines aſſiſtent aux offices ſans ètre aſſis T. XXX. Mars p. 285.

Queſtion ſur la Collecte du dimanche des Rameaux T. XXXI. Avril p. 36.

Rèponſe a cette queſtion. Mai p. 154.

Remarques ſur l' Office divin, & ſur les plaintes qu' on fait de ſa longueur. Juin p. 226.

Memoire pour conſulter ſur quelques rits Eccleſiaſtiques T. XXXIII. Nov. p. 133.

Ref-

Réſponſe a ce Mèmoire T. XXXIV. Janv. p. 27. & 37.

Extrait d' un Manuſcrit Armènien intitulè : Pontifical Arménien T. XXXVIII. Janv. p. 67. Fevr. pag. 145.

Les Curès ont-ils droit de porter l' Etole dans la viſite de l' Archidiacre? T. XXXIX Avril p. 69.

Précis d' une inſtruction imprimée en langue Armenienne T. XXXIX. Juin p. 344. Juil p. 26.

De l' uſage de la Priere pour les morts parmi les Païens T. XLI. Oct. p 70.

Lettres ſur les Acemetes. Novemb. p. 171. Dec. p. 239.

Uſage du Jeune par rapport a la Religion. Ibid. p. 359.

Diſſertation ſur le Mois Paſchal T. XLII. Janv. pag. 13. & T. XLVI. Janv.

Lettres ſur ces paroles de la Liturgia: Flectamus genua, *& ſur d' autres parties de l' Office* T. XLIII. Avril. p. 73. Mai p. 162.

Remarques ſur les Pſeaumes, qui ſe recitent dans l' Office de Lundi T. XLVI. Fevrier p. 99. & XLVII. Mai 99. & XLVIII. Aout 99.

Signification particuliere du mot CONFESSOR Tom. XLVII. Avril p. 93.

Remarques ſur les Evangiles des Miſſels T. XLVIII Juillet p. 3.

(a) *Panormi* conſpectus exiit Italicae hujus diarii verſionis.

DIONYSIVS (*Carthuſianus*)

V. a *Rickel Dionyſius*

DIONYSIVS (*Philippus Laurentius*)

tit Baſilicae Vaticanae Beneficiarius edidit praeclarum opus, cui ulus

Sacrarum Vaticanae Baſilicae Cryptarum monumenta aereis tabulis inciſa, & commentariis illuſtrata, Romae MDCCLXXIII. typis Archangeli CASALETTI fol.

DISSEN (*Henricus*)

Oſnabrugenſis Carthuſianus obiit MCCCCLXXXIV. Scripſerat

de dignitate Sacerdotii (a)
homilias XL. in Officium
expoſitionem in totum Miſſale
Expoſitionem Antiphonarii tribus libris expreſſam

(a) Vide SCHVLTINGII Bibliothecam Eccleſiaſticam Tom. I. pag. 204. & 207.

de DINCKENSPVHL (*Nicolaus*)

Apud Monachos *Benedictinos* MELLICENSES, quorum praecipuum decus fuit Saeculo XV., alia inter ejus opera MSS. Tractatus duo ſervantur *de dubiis in Miſſa occurrentibus*. In Bibliotheca vero *Salisburgenſi* ad S. PETRVM exſtat ejuſdem Tractatus *de ſeptem horis Canonicis* (a)

(a) Vide *Bibliothecam* Benedictino - Mellicenſem D. *Martini* KROPFF *a pag.* 163.

DOMINICINVS (*Stephanus*)

Eccleſiae Patriarchalis *Venetae* Sacerdos alumnus. Prodiit ab eo *pluribus aucta*

Sacrorum Rituum, qui tum a ſacerdotibus, tum ab inferioribus Eccleſiae Miniſtris in obeundo proprio munere ſunt ſervandi, Epitome ex variis, ſelectiſque auctoribus ad eorumdem Miniſtrorum uſum collecta, & concinnata primum ab Joſepho CABRINO ſacr. Theol. doctore.

Exſtat haec Epitome cum DOMINICINI auctario ad calcem opuſculi, cui titulus: *directorium ordinandorum dilucida, brevique methodo complectens quidquid ad Sacras ordinationes pertinet*, auctore R. P. D. Alphonſo DELIGORIO Rectore Majore Congreg. SS. *Redemptoris Venetiis* 1758. ex typogr. *Remondiniana* 12. CABRINI autem opus ſaepius prodierat.

DONADO (*Antonius Maria*)

Clericus Regularis Theatinus. V. le BRVN

DONATI (*Sebaſtianus*)

Lucenſis Rector Eccleſiae S. ALEXII edidit eruditum opus in tres Libros tributum, cui titulus:

De' dittici degli Antichi Profani e ſacri coll' appendice di alcuni Necrologj, e Calendarj finora non pubblicati, Lucae MDCCLIII. 4. (a)

(a) Vide *hiſtoriam Litterariam Italiae* T. VIII. p. 360. & *Pariſienſe* Doctorum hominum Diarium m. Decemb. a. MDCCLIV.

DONATVS (*Thomas*)

Patricia familia *Venetiis* ortus, Ord. Praedic. patriaeque Urbis a. MCCCCXCII. Patriarcha renunciatus obiit a. MDV. ſcripſit

Offi-

Officia pro festis Visitationis, & Sanctificationis B. V. edita in Breviario *Veneto* MCCCCXCII.

DONIVS (*Joh. Baptista*)

Patricius *Florentinus* olim sacro Cardinalium Collegio a secretis defunctus a. MDCXLVII. (a). Ediderat egregiam dissertationem

De utraque Poenula, Parisiis apud Sebastianum CRAMOISY MDCXLIV. 4. (b)

Scripsit etiam, quae a Cll. viris GORIO, & BANDINIO vulganda sperabamus

1. Dissertationem de musica sacra recitatam in Academia *Basiliana* pridie Kal. Majas MDCXL.

2. *Discorso all' Eminentiss. Sig. Card.* BARBERINI *del conservare la Salmodia de' Greci, recandola alla nostra intavolatura.*

(a) Prodierunt *Florentiae* a. MDCCLV. fol. *Ang. Mariae* BANDINII Commentariorum de vita & scriptis *Joh. Bapt.* DONII Libri quinque.

(b) Recusa fuit T. VI. *Thesauri Graeviani*.

DVCAS (*Demetrius*)

S. *Joh.* CHRYSOSTOMI Liturgiam latine vertit (a)

(a) Vide *Lib. I. cap.* 3. *art.* 2. *§.* 1. *n.* 7.

DVLCIATVS (*Antonius*)

Florentinus Eremita *Augustinianus Langobardicae* Congregationis edidit opus tres in partes divisum

De festis mobilibus, & Astronomia Clericali, *Florentiae* MDXIV. fol.

DVRANDVS (*Guillielmus*)

Ord. *Praedic.* (quamvis MANSIVS in notis ad FABRIC. *Biblioth. medii aevi T. II. p.* 67. repugnet) *Mimatensis* in *Gallia* Episcopus ab a. MCCLXXXVI. ad MCCXCVI., de quo praeter *Jacobum* ECHARDVM *de Script. Ord. Praedic.* SAMMARTHANORVM *Gallia Christiana T. III. pag.* 720. eodem a. MCCLXXXVI. scripsit

Rationale divinorum officiorum Libris VIII. Prodiit primum *Moguntiae* MCCCCLIX. (a), inde *Reutlingae* MCCCCLXXIII. *Romae* MCCCCLXXIII. (b) & MCCCCLXXVII. *Ulmae* MCCCCLXXV. *Parisiis* eodem anno, *Neapoli* MCCCCLXXVIII. (c), *Norimb.* MCCCCLXXX. & MCCCCLXXXI.

Vicentiae MCCCCLXXX. *Venetiis* MCCCCLXXXV. *Argentorati* MCCCCLXXXIV. MCCCCLXXXVI. MCCCCLXXXVIII. MCCCCXCIII. *Basil.* MCCCCLXXXVIII. *Norimb.* MCCCCXCIII. *Lugduni* MCCCCLXXXI. MCCCCXCIX. MD. MDXII. MDXVI. *Venet.* MCCCCXCIV. & MDXIX *Lugd.* MDLI. MDLXV. MDLXVIII. MDLXXXIV. MDXCII. *Antuerp.* MDLXX. *Venet.* MDLXVIII. & MDLXXII. Alias editiones omitto

Italice redditum fuit a CARMIGNANO. V. supra *Carmignano*

Compendium hujus rationalis M. S. cujus initium: *dicturi de officiis divinis*, indicat SCHVLTINGIVS *T. I. P. II.* pag. 196.

(a) Prima omnium editio, quae fusilibus typis curata fuerit. Conferantur MEERMANI *origines typographycae* T. I. p. 33. & de BVRE *Bibliographie instructive* p. 159. voluminis, quod *Theologiam* complectitur: In extrema perrarae hujus editionis pagina haec leges: *Praesens* Rationalis divinorum *Codex* officiorum, *venustate capitalium decoratus, rubricationibusque distinctus, adinventione artificiosa imprimendi ac caracterizandi, absque calami exaratione sic effigiatus, & ad Euscbiam Dei industrie est consummatus per* Johannem FVST *civem* Maguntinum, & Petrum GERNZHEIM *Clericum dioceſis ejusdem anno Domini Milesimo* (sic) *quadringentesimo quinquagesimo nono. Sexto die Octobris.* Vide *Davidem* CLEMENT *Biblioth. Curios.* T. VII. pag. 466. seqq.

(b) Per *Vdalricum Gal-Alam*, & *Simonem Nicolai de Luca . . . alma in Urbe* Roma, non uti apud ORLANDIVM legitur *Romae*.

(c) Exstat haec editio in 4. apud *Sublacenses* Monachos S. BENEDICTI; in ejus autem extrema pagina legitur:

Clarissimum atque Sanctum opus intitulatum Liber Rationalis divinorum officiorum *emendatissime impressum Neapoli regnante divo* Rege FERDINANDO *invictissimo per* Mathiam MORAVVM *anno D.* MCCCCLXXVIII. *die* 28. *mensis Julii finit feliciter*.

DVRANDVS (*Guillielmus*)

Superioris ex Fratre nepos, & in *Mimatensi* Episcopatu a. MCCXCVI. successor librum a. MCCCXI. in *Viennensi* Concilio composuit

de modo celebrandi Concilii generalis

editum saepius, ut *Parisiis* MDXLV. & MDLXI *Venetiis* MDLXII. apud *Michaelem* TRAMEZZINVM (a) *Venetiis*, & *Parisiis* MDCXVII. 8. & MDCXXXV. 4. item *Parisiis* MDCLXXI. per *Franciscum* CLOVSIER 8.

(a) In hac *Veneta* editione, ut & in aliis quibusdam insigni ana-

anachroniſmo dicitur hic Tractatus *per R. P. D.* Guilielmum DVRANDI *Juris ſpeculatorem nuncupatum* Mimatenſemque *Epiſcopum .... editus*. Nam *Guilielmus* DVRANDVS *Juris ſpeculator* ob *ſpeculum Juris* ab eo compoſitum appellatus ſuperior fuit anno, ut, diximus MCCXCVI. atque adeo ſexdecim fere annis ante *Viennenſe* Concilium, cujus occaſione prodiit Tractatus *de modo celebrandi Concilii generalis*, jam defunctus

DVRANTVS (*Joh. Baptiſta*)

Toloſani Senatus Praeſes a. MDLXXXIX. 10. Februarii defunctus eſt. Ei debemus (a) celebre opus (b) cui titulus

De Ritibus Eccleſiae Catholicae *Romae* MDLX. 8. & MDXCI. ex typog. *Vaticana* fol. *Coloniae* MDXCII. 8. *Lugduni* MDCVI. 8. *Pariſiis* MDCXXIV. & MDCXXXII. 8. *Lugduni* quoque MDCLXXV. 4.

(a) Sunt qui velint, non DVRANTI hoc opus eſſe, ſed *Petri* DANESII *Vavrenſis* Epiſcopi, ut auctor libelli inſcripti: *Diſſertation ſur l'Auteur du Livre* de ritibus Eccleſiae Catholicae *attribuè* a DVRANT, *pour ſervir de réponſe a ce, qui en a été dit dans le Journal de* Paris MDCCII. 8. & MORTIERIVS *Eſſais de Litterature* Tom. I. p. 44. ſeq. quibus adceſſit MARTENIVS in *Praefat. Tom. I. & III. de antiquis Eccleſiae ritibus*. DVRANTO tamen illud adjudicandum exiſtimant BALVZIVS in notis ad S. CYPRIAN. *lib. de opere & eleemoſ. p.* 584. DVPINIVS *Biblioth. des auteurs Eccleſiaſt. T. XVI. p.* 119. & *T. XIX. pag.* 208. FABRICIVS *Bibliogr. ant. p.* 160. & LADVOCAT in dictionario hiſtorico.

(b) Aliqua tamen in eo ſunt minus probanda. In his SALA T. I. in BONAM *p.* 119. non immerito carpit, quod etiam poſt *Tridentini* Concilii de III. & IV. ESDRAE Libris habendis apocryphis decretum VRIELIS veluti boni Angeli nomen admiſerit.

de DVRSTEN (a) (*Johannes*)

Ord. S. AVGVSTINI floruit a. MCCCCLXXV. ſcripſit autem

de Monochordo Lib. I.
de modo bene cantandi Lib. I.
de Collectarum concluſionibus Lib. I. (b)

(a) DORSTEIN apud TRITHEMIVM minus adcurate.
(b) HARTZHEIM *Bibl. Colon. pag.* 167.

E

EBEDIESV

Cognomento *Bar-Bricha*, ideſt filius BENEDICTI ſecta

Neſtorianus floruit ſub IABALLAHA *Chaldaeorum Neſtorianorum* Patriarcha. a quo ex Epiſcopo *Sigarae*, & *Arabiae* Metropolita *Sobae*, & *Armeniae* circa ann. MCCXCVI. ordinatus eſt. Obiit ſub initium Menſis Novembris a. MCCCXVIII. (a). Inter alia librum ſcripſit praenotatum *Margaritae de veritate fidei*, ſeu ut Codices Vaticani exhibent, *de veritate Chriſtianae Religionis* (b).

(a) Vide ASSEMANVM *T. I. Bibl. Orient. p.* 359.

(b) Quinque hoc opus partibus conſtat. Quarta eſt *contemplatio de Sacramentis Eccleſiae*; quincta inſcribitur: *contemplatio eorum, quae futurum ſaeculum ſignificant*. Agitur autem in ea cap. 1. *de adoratione ad Orientem*. cap. 2 *de adoratione Dominicae Crucis*. cap. 3. *de ſacra Dominica die, deque Feſtis Domini*. cap. 4. *de feria VI.* cap. 5. *de Jejunio, oratione, & eleemoſyna*. cap. 6. *de cingulo*.

ECCHELLENSIS (*Abraham*)

Maronita Linguae *Syriacae* & *Arabicae* eruditiſſimus circa ann. MDCXXXIX. *Romae* Profeſſor; in *Galliam* poſtea vocatus fuit, ac tandem *Romam* ab Eminentiſſ. Cardinale PALLOTTO, ut Congregationi de Propaganda fide maxime utilis, revocatus eſt. Haec ex MORINI Praefatione *in ritum ordinationis Maronitarum* excerpſimus. Inde etiam diſcimus ECCHELLENSEM de inſigni illo MORINI opere fuiſſe optime meritum. In antiquitatibus Orientalibus exſtat ECCHELLENSIS ad eumdem MORINVM epiſtola de Sacerdotum unctionis ritu apud Orientales.

ECKIVS (*Johannes*)

Inſignis ſaeculi XVI. Theologus. Ejus Libellus

de vera Paſchae celebratione ad LEONEM X. P. M.

cum epiſtolis Pontificiis ad Imperatorem, & Imperatoris ad Academiam *Ingolſtadienſem* impreſſus fuit Ingolſtadii MDXV.

ELEFANTE (P. Fr. *Joſeph Maria*)

Ord. Praedic. Theologus a. MDCCLXXV. *Neapoli* edidit *Diſſertazione Teologico - Critica in riſpoſta all' Anonimo Italiano* (a) *Autore del catechiſmo ſulla Comunione dell' Auguſtiſſimo Sagrifizio della Meſſa* (b)

(a) Anonymus hic eſt ex eodem *Praedicatorum* ordine NANNARONIVS, de quo ſuo loco.

(b) Quum hujus libri conſpectus prodiiſſet, NANNARONIVS ad Auctorem Monitum quoddam typis evulgatum miſit. Reſponſum

Nan-

Nannaroniano monito heic habes in epiſtola, quae opus in *Romanis* ejuſdem anni MDCCLXXV. Ephemeridibus jure laudatum claudit.

ELIAS (*Simonius*)

Helronita Maronita Syriacum Ordinem benedictionis ac Proceſſionis Palmarum Latinitate donavit, ediditque MDCXCV. (a)

(a) *Liber I. Cap. V. artic. 2. n. 4.*

ENGELBERTVS

Abbas *Admontenſis* in *Styria* Ord. S. BEN. ab anno MCCXCVII. Ejus ſcripta ipſemet in epiſtola de ſtudiis & Scriptis ſuis ad VLRICVM Scholaſticum *Viennenſem* apud PEZIVM *T. I. Anecdot. p.* 429. & ex illa FABRICIVS *T. II. Bibl. M. & S lat. p.* 96. adcurate percenſet. In his

Super VII. Antiphonas: O *ſapientia* &c. tractatus

EPON (*Boetius*)

Nordahuſanus in *Friſia* (a) obiit MDXCIX. Exſtat ejus Syntagma Antiquitatum Eccleſiaſticarum, Duaci MDLXXVIII. 4.

(a) Vide Suffridum PETRI *de Scriptoribus* Friſiae *dec. XV.* 3.

ERASMVS (*Deſiderius*)

S. *Joh.* CHRYSOSTOMI Liturgiam latine vertit, quae edita eſt cum adjectione *Joh.* HOFFMEISTERI.

ESPENCAEVS (*Claudius*)

Pariſienſis Theologus (a)

Librum de *Collectis* vulgavit

(a) Conſule MIRAEVM *de Scriptor Saec. XVI. cap. XCI.* Ejus opera omnia, ubi alia non pauca ſunt ad Eccleſiaſticas antiquitates ſpectantia, *Pariſiis* prodierunt apud *Claudium* MORELLVM MDCXIX. uno volumine in fol. comprehenſa.

EVLILLON (*Jacobus*)

Doctus, & pius *Andegavenſis* Canonicus a. MDCLI. defunctus decem ante annos Librum ediderat

de Proceſſionibus Eccleſiaſticis *Pariſiis* apud GVILLEMOT MDCXLI. 8.

Exſtat quoque ejuſdem de recta *ratione* pſallendi Liber, *Flexiae* apud *Gervaſium* LABOE MDCXLVI. 4. (b)

Vi-

(a) Vide NICERONII *Memoires* T. XIV. p. 301.

(b) Rarus hic liber, cujus eum laude meminit *David* CLEMENT *T. VIII. Biblioth. pag.* 162., octo capitibus conflat, quorum I. agit de praeſtantia cantus Eccleſiaſtici, & Pſalmodia; II. de diſciplina pſallendi, cetera ad Tonos, & Neuma ſpectant.

EVGENICVS (*Marcus*)

Ab anno circiter MCCCCXXXVI Metropolita *Epheſinus Marci Epheſini* nomine notior *Graeci* ſchiſmatis pervicaciſſimus defenſor. Ejus

Expoſitio officii Eccleſiaſtici Graecè typis mandata eſt *Jaſſi in Moldavia* MDCLXXXIII. fol. SIMEONIS *Theſſalonicenſis* operibus ſubnexa. Fortaſſe expoſitio iſta non differt a Paraphraſi in Pentecoſtarium a MARCO noſtro adornata, cujus mentionem habet *Leo* ALLATIVS *de Libr. Eccl. Graec. diſſert. II. p.* 280.

ab EVNATTEN (*Maximilianus*)

Manuale Exorciſtarum. Exſtat in *Theſauro Colonienſi Exorciſmorum* a. MDCXXVI. pag. 1055. - 1232.

F

FABRI (*Hieronymus*)

Ravennas patriae Metropolitanae Eccleſiae ab anno MDCL. Canonicus Theologus *Romam* adiit, ubi Cardinalis *Marcelli* SANCTACRVCII gratiam ita ſibi conciliavit, ut in *Tiburtinae* Eccleſiae regimine eum ille generalem Vicarium deligeret; redux deinde in patriam a tribus *Ravennatibus* Archiepiſcopis ad idem Vicarii munus adhibitus fuit. Tandem anno aetatis ſuae LII. deceſſit. Plura edidit (a), atque in his

Officia propria Sanctorum Metropolitanae Eccleſiae Ravennae, nunc primum a S. Rituum Congregatione approbata: & notationes in hiſtorias Sanctorum, quae leguntur in officiis propriis ejuſdem S. Ravennatis Eccleſiae. *Venetiis* ex officina *Joh. Petri* BRINGONTI MDCLXV. 4. (b)

(a) Confer GINANNIVM in Scriptoribus Ravennatibus T. I. pag. 184. ſeqq.

(b) De his lectionibus *Bollandiani* T. II. Martii in vita S. AGAPITI Ravenn. Archiep. ita loquuntur: *ſed eae quum neque eſſent a S. Rituum Congregatione adprobatae, & ejuſdem Archiepiſcopi, & Capituli mandato e Canonicis unus, vir hiſtoricae rei peritiſſimus* D. Hieronymus de

de FABRIS *quum de antiquitatibus* Ravennae *librum vulgasset, jussus est novas adcuratiore studio componere lectiones, quas nuper praedicta Congregatio adprobavit publice in officio divino recitandas, ipseque nobis a praelo recentes, & notis quibusdam suis illustratas, submisit*. Adde haec officia iis, quae *lib. I. p.* 123. recensui.

FABRINI (*Sebastianus*)

Dichiarazioni del Giubileo dell'anno Santo; Romae apud *Joh.* MARTINELLI MDC. 8. (a)

(a) In *Tbuana* Bibliotheca *Veneta* hujus Libri editio indicatur.

FALCK (*Josephus*)

duos Libellos edidit. Alteri titulus est

Animadversiones circa dubium, quod inter Acatholicos oritur ratione Paschatis a. MDCCXXIV.

Alter inscribitur:

Christianorum Pascha in Calendario *Gregoriano* rite celebratum

FALSINA (*Lazarus*)

Archipresbyter, cujus exstat dissertatio (a)

Sopra l' Antichità, e l' origine delle Processioni

(a) T. II. operis praenotati: *dissertazioni &c. recitate da diversi Autori nell' adunanza Letteraria del Sig. Conte* Giammaria MAZZUCHELLI, Brixiae MDCCLXV. pag. 113. seqq.

FAGIOLI (M. *Antonius*)

Calendario perpetuo, Bononiae MDCCV. 8.

FANTONI (*Sebastianus*)

Praenestinus Carmelitarum Generalis a. MDCXXIII. vita functus (a)

Sui Ordinis Rituale

Libris duobus composuit, vulgarique curavit

(a) Vide MIRAEVM *in Script. saec. XVII. cap.* 193. & Bibliothecam *Carmeliticam*.

FANTONI (*Philippus*) Monachus *Camaldulensis*

De ratione reducendi anni ad legitimam formam, & numerum, ac aliis ad eamdem rem pertinentibus. *Florentiae* apud *Juntas* MDLX. 8.

FASSINI (*Vincentius*)

Ord. *Praedic.* nunc in *Pisano* lycaeo Sacrorum Bibliorum

inter

interpres duos eruditissimos libros sub fictitio *Dominici* SANDELLII nomine vulgavit, quorum alter inscribitur

De singularibus Eucharistiae usibus apud veteres Graecos Commentarius, *Brixiae* MDCCLXIX.

Alter praenotatur

De Priscorum Christianorum synaxibus extra aedes sacras Commentarius, *Venetiis* MDCCLXX. (a)

(a) Confer diarium Virorum Litteratorum, quod *Pisis* editur *T. II. art. 6. & T. III. artic.* 3.

PEBEI

V. *Phoeboei*

FERNANDVS, sive FERDINANDVS de Corduba *Hispanus*, Subdiaconus *Romanus* saeculo XV. scripsit ad Card. *Franciscum* PICCOLOMINEVM.

De Pontificii Pallii mysterio.

FERRARIO (*Franciscus*)

Della Consecratione delle Chiese, Cremonae MDXCIV. 8.

FERRARIVS (*Franciscus Bernardinus*)

Bibliothecae *Ambrosianae* Praefectus obiit *Mediolani* 30. Januarii a. MDCLXIX. aet. XCII. (a) editis

1. Libris tribus de antiquo epistolarum genere *Mediolani* MDCXIII. 8. qui postea cura *Gebh. Theod* MEIERI recusi fuere *Helmestadii* MDCLXXVIII. 4.

2. Libris item tribus de ritu Sacrarum Ecclesiae veteris concionum *Mediolani* MDCXXI., qui saepius dein le praelo subiecti fuere, *Lugduni* MDCLXIV. *Parisiis* MDCLXXIV. *Ultrajecti* MDCXCII. cum praefatione *Joh. Georgii* GRAEVII: & *Veronae* cum eadem GRAEVII Praefatione MDCCXXXI. 8.

3. Libris septem de veterum acclamationibus, & plausu, Mediolani MDCXXVII., qui in sextum *Graeviani* Thesauri *Antiquitatum Romanarum* volumen postea relati sunt.

(a) Vide PICINELLIVM in *Athenaeo eruditorum Mediolanensium*, & ARGELATVM in *Biblioth. Scriptor. Mediolan.* ubi inter inedita FERRARII scripta memorantur commentarii *de funere sacro*; Gymnastica sacra, sive duriores veterum Christianorum ad Corpus edomandum artes, & *obscuriorum in antiquitate Ecclesiastica vocum illustratio*. Laudatur etiam in elogiis Academiae *Ignotorum*, & a GHILINO in Theatro Litteratorum virorum pag. 127.

FER-

FERRARO (*Andreas*)

Nolanus patriae Cathedralis Canonicus; & Thesaurarius dedit Tractatum

Del Cemeterio Nolano, *Neapoli* apud *Franciscum* Thomæ MDCLXIV. 4.

FERRERI (*Zacharias*)

Vicetinus LEONE X. jubente novam Hymnorum in Breviario recitandorum seriem adgressus est, quam quum perfecisset, CLEMENS VII. probavit Litteris ad eum datis XI. decembris MDXXIII. Hic porro operis titulus

Hymni novi Ecclesiastici juxta veram metri, & Latinitatis normam a Beatiss. Patre Clemente VII. *Pont. Max. ut in divinis quisque eis uti possit, approbati* (a) *Sanctum, & necessarium opus. Breviarum Ecclesiasticum ab eodem* Zach. *Pont. longe brevius, & facilius redditum, & ab omni errore purgatum propediem exibit.* In calce porro operis legere est: *impressum hoc divinum opus* Romae *in aedibus* Ludovici Vincentini, *&* Lautitii Perusini *non sine privilegio. Kal. Febru.* MDXXV. 4. (b).

(a) *Sed nemo, quod sciam,* inquit MERATIVS ad GAVANT., *ea facultate usus est.*

(b) De hoc opere, aliisque FERRERII Libris consule *Davidis* CLEMENT *Bibliothecam T. VIII. pag.* 288.

de FEVERSHAM (*Haimo*)

Anglus Ord. *Min.* ab a. MCCXXXIX. Minister Generalis inter eos fuit, qui GREGORII IX. jussu Breviarium *Romanum* correxere (a), scripsitque librum

de Missae caeremoniis.

(a) Vide VVADINGVM *in Ann. & Biblioth. Ord. Min. pag.* 162. *seq.* Obiit a. MCCXLIV.

FILESACVS (*Johannes*)

Parisiensis Doctor Sorbonicus, & Facultatis Theologicae Decanus obiit 27 Maii MDCXXXVIII. Plura ediderat selectae eruditionis opera, uti

1. Opera varia *Parisiis* MDCXIV. in quibus *Quadragesima Christiana* (a)

2. Selectorum liber I. Parisiis per *Sebastianum* CRAMOISY.

SY MDCXXI. 4. & liber II. ibid. per *Mathurinum* du PVIS MDCXXXI. 4. In quibus

De Confeſſionis auricularis, ſive ſecretae uſu, & praxi apud Chriſtianas gentes

Diſſertatio de caeremoniis

Uxor juſta; quod opuſculum ſeorſum prodierat *Pariſiis* MDCXXX.

De Sanctorum feſtis diebus

Domini Sancti

Sanctarum Imaginum radiatum caput

Devotae

Funus Veſpertinum (b).

De Caeremoniis.

3. Syntagma de Poenitentia, *Pariſiis* apud *Carolum* MORELLVM MDCXXXIII. 8.

(a) Editum fuerat hoc opuſculum *Pariſiis* MDCXXX. Monet autem RAYNAVDVS T. XI. oper. p. 480. FILESACVM in hoc opere e CIACCONII Libro *de jejuniis* multa prompſiſſe.

(b) Quinque extrema opuſcula a me recuſa ſunt inter diſſertationes, quibus Fleuryanam *diſciplinam populi Dei* illuſtravi.

FISEN (*Bartholomaeus*) (a)

Origo prima Feſti Corporis Chriſti ex viſo S. Virgini IVLIANAE divinitus oblato a. MCCXII. Leodii MDCXXIX. 8.

(a) Vide ALEGAMBIVM in Biblioth. S. I.

FIVIZZANI (*Auguſtinus*)

Romanus Auguſtinianus Ordinis Vicarius generalis, & Palatii Apoſtolici Sacriſta. Celebratur ejus Commentarius

De Ritu Sanctiſſ. Crucis Romano Pontifici praeferendae, *Romae* ex typogr. *Vaticana* MDXCII. 4.

FIVMARA (*Dominicus*)

Calaber e clericis Regularibus, quos *Minores* vocant (a), edidit

Caeremoniale Clericorum Regularium *Minorum*, *Neapoli* typis octavii BELTRANI MDCXXXI. 4.

(a) De eo TOPPIVS *p.* 72. *Biblioth. Neapolit.*

FLEVRY (*Claudius*)

Pariſinus celebris hiſtoricus, caute tamen omnino legendus,

dus, quum in ſua paſſim hiſtoria occultum quoddam in *Romanam* Sedem inimicitiarum venenum Lectori callidiſſime propinet (a). Laudandus magis ejus Libellus

des mœurs des Chrètiens

Gallice *Pariſiis*, & *Hagaecomitum* a. MDCLXXII. 12. *Pariſiis* MDCCXII. Italice vero *Venetiis* non ſemel excuſus; item Germanice interprete *Johanne* ENCKVSIO *Hanoverae* MDCCXVIII. 8. Latine quoque *Herbipoli* MDCCXLVI. ac *Tyrnaviae* inſcriptus *diſciplina populi Dei in novo Teſtamento*, demum *Venetiis* MDCCLXI. apud ZATTAM adnotationibus, ac variorum diſſertationibus a me illuſtratus Tomis duobus in 4.

(a) Confer meum Antifebronium *T. I. Introduct. Cap. VI. n.* 12.

FLEVRY (*Joh. Baptiſta*)

Canonicus S. *Mariae* MAGDALENAE *Veſonſionenſis*. Haec ejus opera recenſentur in libro, cui titulus la *France Litteraire*

Officium Sacri Cordis IESV

Gradualia, Antiphonaria, Veſperalia ad uſum dioeceſis Veſontienſis

Rubriques & uſages de toutes l'Egliſes de Beſançon MDCCLIII. 12.

FLORENTINIVS (*Franciſcus Maria*)

Lucenſis (a) praeter nonnulla, quae ad ſacram illuſtrandam diſciplinam ex celeberrimis eius in vetuſtius Occidentalis Eccleſiae Martyrologium (b) notis & Exercitationibus depromi poſſent, edidit

Tumultuariam diſquiſitionem de antiquo uſu fermenti panis & azymi, *Lucae per Hiacynthum* PACIVM MDCLXXX. 4.

(a) De rebus ab eo geſtis commentariolum, qui nondum prodiit, ſcripſerat Cl. *Lucenſium* Archiepiſcopus *Johannes* Dominicus MANSIVS.

(b) Novam hujus Martyrologii editionem (primo vulgatum fuit *Lucae* MDCLXVIII.) parabat idem MANSIVS. Ejus adnotationes, licet non exaſciatae, in manibus meis ſunt, illaſque aliquando, ſi Deus vitam dederit, a me auctas proferam.

a FLORENTIA (*Angelus Seraphinus*)

Ordinis *Minorum*, quos *Obſervantes* dicimus, antea in *Romana* ſuorum Curia definitor, & Miniſtro Generali a ſecretis

inter Theologos tentandae Cleri *Florentini* ſcientiae deputatos adſcitus edidit

Guida ſacra Rituale per condurre l' Eccleſiaſtico novello a celebrare ritualmente la Santa Meſſa privata e ſolenne, ed a bene eſercitare qualunque ufizio in tutte le ſolenni funzioni, che pratica annualmente Santa Chieſa, Florentiae MDCCLIII. 8.

de FLORENTIA (*Ramantinus*)

Ord. *Praedic.* circa ann. MCCCLXIII. Calendarium emendavit, ſcripto *Paſchali opere*

FOLA (*Taurellus*)

Regole *generali*, *ovvero Rubriche del* Breviario *uſcito di nuovo ſotto* PIO *Papa V. Pontefice Maſſimo*, *tradotte*. Florentiae apud Bartholomaeum Sermartelli MDLXIX. 8.

FONTANA (*Johannes*)

Pius, doctuſque *Caeſenatium* Epiſcopus ab Auctoribus Diarii Litteratorum hominum *Italiae* T. XVIII. p. 487. edidiſſe dicitur praeclarum opus

Il Veſcovo in Viſita.

FONTANINIVS (*Juſtus*)

Forojulienſis, celebris *Romanae* Praeſul Eccleſiae (a) Exſtant ab eo

1. *Diſcus argenteus Votivus veterum Chriſtianorum* Peruſiae *repertus*, *ex Muſeo* Albano *depromptus*, *& commentario illuſtratus*, Romae MDCCXXVII. 4.

2. Codex Conſtitutionum, quas ſummi Pontifices ediderunt in ſolemni Canonizatione Sanctorum a IOHANNE XV. ad BENEDICTVM XIII. *Romae* MDCCXXIX. typis Rev. Cam. Apoſt. fol.

3. *Note ſopra la Corona Chericale degli Ordini Monaſtici, e de' Veſcovi* (b)

4 De vera forma Conſecrationis Corporis, & Sanguinis D. N. J. C. (c)

5. Edita eſt etiam *Romae* MDCCXXV. pagella in fol. in qua FONTANINIVS dubio reſpondet, quod BENEDICTVS XIII. propoſuerat in prima Congregatione Concilii *Romani* circa obſervationem ſacrorum Rituum, & Caeremoniarum (d).

(a) Obiit 17. April. MDCCXXXVI. *Venetiis* autem prodierunt *Memorie* della Vita *di Monſ.* Giuſto FONTANINI *Arcivoſcovo* di An-

Ancira, *Canonico della Basilica di* S. MARIA Maggiore, *e Abate di* Sesto, *scritta dal' Abate* Domenico FONTANINI. Confer *histor. Litter. Ital. T. XIII. p.* 253. *seqq.*

(b) Has adnotationes cum aliis IVSTI Praesulis opusculis primus vulgavit idem *Dominicus* FONTANINIVS in opere nuper indicato pag 75.

(c) Exstat in eodem DOMINICI Commentario p. 109.

(d) Dubium erat: *an citra contemptum, & ex pravo habitu liceat in administratione Sacramentorum praeterire sine peccato mortali sacras caeremonias.*

FRANCHI (*Cyrillus*)

Bononiensis Ord. *Servorum* B. M. V. edidit tractatum de anno Jubilaei, Bononiae MDC. 4.

S. FRANCISCVS

Assisias Franciscani Ordinis Clarissimi Parens, de cujus vita egregium commentarium habes T. II. Octobr. *Bolland.* obiit a MCCXXVI. duos post annos a GREGORIO IX Sanctis adscriptus. Inter ejus opera a *Johanne* de la HAYE *Parisiis* MDCXLI. & *Lugduni* MDCLIII. vulgata exstat Tomo III.

Ordo recitandi officium Dominicae Passionis ab hora Completorii feriae V. majoris hebdomadae ad Completorium Sabbati Sancti, & omnibus diebus ferialibus per annum.

FRANCOLINVS (*Marcellus*)

Jure laudatur ejus tractatus de Tempore horarum Canonicarum, Romae typis *Johannis* OSMARINI MDXXXI. 4. (a)

(a) Recusus *Venetiis* fuit apud *Damianum* ZENARIVM MDCV. addito ejusdem MARCELLI tractatu de *matrimonio spadonis*.

FRANGIPANVS (*Latinus*)

Ord. *Praed* a Nicolao III. patruo suo Cardinalis creatus putatur composuisse prosam illam pro defunctis cantari solitam: *dies irae*, & alias quasdam in Deiparae Virginis honorem (a)

(a) Obiit in Urbe a. MCCXCIV. Confer CIACCONIVM OLDOINI, & QVETIFIVM in Bibliotheca PP. Praedicat.

FRANZONI (*Hieronymus*)

Edidit Italice

Instructionem Sacerdotum, ne indecenter celebrent, Genuae MDCCXXXIII.

FRA-

FRAXINELLVS (*Paullus*)

Ord. Eremitarum S. AVGVSTINI in patria *Bononienſi* Academia Sacrae Theologiae Profeſſor ſcripſit

Reſolutionem dubitationis de Miſſis pro defunctis (a).

(a) Exſtat in calce Tomi I. GAVANTI a MERATO illuſtrati, ac *Venetiis* editi p. 510. ELSSIVS *Encomiaſt. Auguſtin. pag.* 427. eam ait *ſecundo* vulgatam a *Laurentio* BIANCHETTI ſui Ordinis Theologo.

FRESCOBALDI (*Joh. Baptiſta*)

Pedilavium, ſive de numero Pauperum, quibus lavandi ſunt pedes in Feria V. Coenae Domini, *Lucae* MDCCX. editio ſecunda MDCCXIII. 4. editio quarta; ibidem MDCCXX. editio V. 12.

FRISCVS (*M. Antonius*)

Bononienſis Cathedralis Eccleſiae Sacriſta edidit

Rubricarium pro divinis officiis, ac Miſſis celebrandis ſecundum ordinem Romanae Curiae, *Bononiae* per *Benedictum* HECTORIS MDXXIII. 8.

FRONTO (*Johannes*)

Canonicus Regularis S. GENOVEFAE, ,& in Academia *Pariſienſi* Cancellarius edidit

1. Diſſertationem duplicem; primam de diebus feſtivis cum nativitatis, tum mortis Gentilium, Hebraeorum, Chriſtianorum, deque ritibus eorum.

Alteram, de cultu Sanctorum, & Imaginum, & Reliquiarum, & de Adoratione veterum, deque ritibus & ſpeciebus ejus (a)

2. Epiſtolam *de moribus & vita Chriſtianorum* in primis Eccleſiae ſaeculis *Pariſ.* MDCLX. 4. (b)

3. Epiſtolae ſelectae, ubi plura Chriſtianae vetuſtatis capita pertractat *Leodii Eburorum* MDCLXXIV. 12. (c).

(a) Exſtat ad calcem Calendarii *Romani*, quod *Pariſiis* MDCLII. 8. vulgavit.

(b) Vide & epiſtolas ſelectas, in quibus recuſa eſt.

(c) Eas J. A. FABRICIVS *Hamburgi* iterum imprimendas curavit MDCCXX. 8. *Veronae* demum cum diſſertationibus, & kalendario MDCCXXXIII. prodierunt.

FRV-

FRVSIVS (*Andreas*)

De Agno Dei Carmen elegiacum (a)

(a) Quod *eruditiſſimum* appellat CATALANVS in *Caerem. S. R. E. Tom. I. p.* 282. Editum autem fuit cum aliis ejuſdem FRVSII carminibus *Coloniae* MDLXXXII. Confer ALEGAMBII Bibliothecam S. I.

FVMAGALLIVS (*Angelus*)

Monachus *Ciſtercienſis* edidit a. MDCCLVII.

Spoſizione della Meſſa, che ſi canta nella feſta della Natività di Criſto ſecondo la tradizione di Santo AMBROGIO *dal Latino tradotta in Greco da* Demetrio CIDONIO (a).

(a) Vide *Lib. I. Cap. III. artic. VI. num.* 1., & heic CYDONIVM (*Demetrium*).

G

GABIVS (*Johannes Baptiſta*)

V. *Gregorius* XIII.

GABRIEL (*Felix*)

Animadverſio ſuper Rubricam: ſi non eſt dies obitus, *adpoſitam in hymno* ISTE CONFESSOR &c. Patavii MDCCXIII. 8.

GABRIEL *Severus Philadelphienſis*

Monembaſiotes ex Hieromonacho ad Archiepiſcopalem *Philadelphiae* Sedem jam anno MDLXXVIII. evectus *Graecorum*, qui *Venetiis* degunt, a. MDXC. curam a *Veneto* Senatu ſibi delatam gerebat. Ejus libellum

de Sancto Sacerdotii Sacramento

ex iis excerptum, quos de ſeptem Eccleſiae Sacramentis elaboravit (a), Cl. MORINVS in erudito opere *de ſacris ordinationibus*, & ex illo ASSEMANVS *Cod Liturg. lib. VIII. p. V. p.* 234. evulgavit

Alia ejus opuſcula, in quibus multa de ritibus *Graecorum* diſſerit, a *Richardo* SIMONE habuimus cum interpretatione *Latina*, & notis *Pariſiis* apud *Gaſp.* METVRAS MDCLXXI. & MDCLXXII. 4. (b) praenotantur autem: *Fides Eccleſiae Orientalis*, *ſeu* GABRIELIS *Metropolitae* Philadelphienſis *opuſcula*

Pro-

(a) Prodierat hoc GABRIELIS de ſeptem Sacramentis opus *Venetiis* a. MDC. & MDCCXV. cum CHRYSANTHI opuſculo ſupra indicato.

(b) Confer diarium Romanum eruditorum virorum a. MDCLXXII. p. 28.

GALLOIS (*Johannes*)

Breviarium Colbertinum, hoc eſt ſingulariter diſpoſitum & editum ad uſum viri Illuſtriſſimi *Joh. Bapt.* COLBERT, Regni adminiſtri, *Pariſiis* apud MVGVET MDCLXXIX. 8. (a)

(a) Pauca hujus Breviarii exemplaria ad uſum *Colbertinae* Familiae excuſa quum fuerint, mirum non eſt, illud a Bibliographis raros inter Libros adnumerari

GALLVZZI (*Franciſcus Maria*) (a)

Il rito di conſecrare le Chieſe con la ſua antichità, ſignificato, convenienza, prerogative, Romae MDCCXXII. 4.

(a) Ejus vitam (fuit enim inſignis Sanctimoniae vir) Italice edidit *Romae*, qui cum eo in Collegio *Romano* degebat, *Johannes Baptiſta* MEMMI.

GAMBI (*Joh. Baptiſta*)

Ravennae 8. octobris MDCCXXXVII. defunctus. Inter ejus opera MSS. GINANNIVS *T. I. Script. Ravennat. pag* 296. recenſet

1. de Epiſtola in Sacrificio Miſſae, orationem habitam in Academia Sacrorum rituum MDCCIX.

2. De officio Dominicae infra octavam Nativitatis, Circumciſionis, & Epiphaniae orationem habitam MDCCX.

3. De Canone Miſſae, & praecipue de oratione Dominicali, orationem habitam ibid.

GARNERIVS (*Johannes*)

Gallus (a) edidit *Pariſiis* MDCLXXX.

Librum diurnum Romanorum Pontificum (b) notis & diſſertationibus (c) illuſtratum 4.

(a) Vide NICERONIVM in *Monumentis Litterariae hiſtoriae*. & Bibliothecam noſtram hiſtoriae litterariae *Piſauri* editam, ubi de eodem NICERONIO actum fuit.

(b) Confer dicta *Lib. I. cap. VII. art. I. n.* 10.

(c) Tres ſunt diſſertationes I. de indiculo ſcribendae epiſtolae. II. de ordinatione ſummi Pontificis. III. de uſu Pallii.

GAR-

GARZIA de Carapas (*Antonius Job.*)

De Canonizatione Sanctorum in honorem B. OSSEGARII, Barcinone MDCXVIII. 4.

GATTICO

Novariensis, Canonicus Regularis, & Abbas *Lateranensis* magnae eruditionis, & pietatis Theologus (a) edidit

1. De oratoriis domesticis, & de usu altaris portatilis juxta veterem, ac recentem Ecclesiae disciplinam, *Romae* MDCCXLVI. ex typogr. *Generosi* SALOMONI T. I. fol. iterumque.

2. Epistolam ad Amicum apologeticam, in qua defenditur capitulum XXIX. de vetita administratione Sacramenti Eucharistiae in Oratoriis privatae domus, operis inscripti de oratoriis domesticis &c. *Bergomi* MDCCLI. (b)

3. Acta selecta Caeremonialia *Romae* MDCCLIII. fol. (c)

(a) Vide historiam Litterariam *Italiae T. XI. pag.* 410. *seqq.* ubi praeclari hujus viri XI. Februar. MDCCL. V. defuncti elogium dedi.

(b) Confer ejusdem *histor. Litter. T. V p.* 446. *seqq.*

(c) Adi Indicis *Biblioth. Lib. I. cap. VII. art.* 1. *n.* 10. & historiam Litterariam *Italiae T. VII. pag.* 472.

GAVANTVS (*Bartholomaeus*)

Mediolanensis Clericus Regularis S. PAVLLI, inter Liturgicos Scriptores longe clarissimus, qui pridie festum Adsumptae in Coelos Virginis Deiparae a. MDCXXXVIII. aetatis suae LXVIII. *Mediolani* decessit (a). Ediderat

1. *Commentaria in Rubricas Missalis, & Breviarii* Romae MDCXXVIII. fol. Hic primus celeberrimi operis titulus. Quum autem illud auctum secundo in lucem daret *Romae* MDCXXX. & MDCXXXII. duobus volum. in 4. praenotavit *Thesaurum Sacrorum rituum, seu commentaria in Rubricas Missalis, & Breviarii Romani*. Atque hanc secundam editionem sequutae sunt *Veneta* ejusdem anni MDCXXX. *Antuerpiensis* MDCXLVI. 4. *Veneta* MDCLI. apud IVNCTAS. *Lugdunensis* MDCLXIX. *Veneta* MDCLXXIII. *Lugdunensis* MDCLXXXV. iterum *Veneta* MDCCXIII. 4. aliaeque, dum tandem a MERATIO illustratus prodiit; de quo v. MERATI dicemus

2. Ordinem perpetuum officii divini recitandi, & Missae celebrandae, Bononiae MDCXXV. 8.

3. Octavarium Romanum Neapoli apud Lazarum SCORIGIVM MDCXXVIII. 8. *Venetiis* apud IVNCTAS MDCXXIX. 8. iterumque MDCCXX. 4.

4. Enchiridion seu Manuale Episcoporum Romae MDCXXVIII. Parisiis MDCXLVII. 4. Venetiis MDCL. 4. & saepius alibi, tandem titulo *Episcopi instituti* praenotatum, meisque additionibus locupletatum *Venetiis* MDCCLX. apud REMONDINIVM 4. (b)

(a) Confer vitam, quae ad calcem *Meratianae* editionis legitur, & ARGELATVM in Bibliotheca Scriptorum *Mediolanensium*.

(b) Exstat in eo libro etiam *Praxis dioecesanae Synodi, & Visitationis Episcopalis*, cujus index MERATI notat editiones *Parisinam* MDCXL. & *Venetam* MDCCXXVI. 4.

de GAVDA (*Henricus*)

Augustinianus in Gymnasio *Heidelbergensi* clarus Professor, quem TRITHEMIVS laudat *cap. 775.* ac floruisse ait a. MCCCC. XXXV., scripsit

De celebratione (Missae) Lib. I.

GAVDENTIVS (*Paganinus*)

De Vita Christianorum ante tempora CONSTANTINI, *Florentiae* MDCXXXIX. 4.

GAVRICVS (*Lucas*)

Geophonensis, Episcopus *Civitatensis* a PAVLLO III. creatus, jussu IVLII II. LEONIS X. CLEMENTIS VII. & PAVLLI III. concinnavit *Kalendarium Ecclesiasticum novum* ex sacris litteris, probatisque Veterum Patrum Synodis, in quo agitur de vera Paschatis, & Festorum mobilium celebratione. Prodiit *Venetiis* MDLII. 4.

GENARVS (*Antonius*)

Canonicus *Leodiensis* ad S. LAMBERTVM, S. Theologiae Professor, atque in haereticam pravitatem Quaesitor Concilio *Tridentino* interfuit, obiitque an. MDXCV. aetatis LXXVIII. (a) Ediderat

Ritum celebrandi SS. Missae officium juxta morem dioecesis Leodiensis (b)

(a) Laudatur a MIRAEO *de Scriptor. saec. XVI. cap.* 125.

(b) Adiecit poema antea non editum HILDEBERTI *Cenomanensis* de officio Missae.

GE-

GENEBRARDVS (*Gilbertus*)

Ricomagi in *Arvernia* natus, *Cluniacenſis* Monachus ex Regio Hebraicarum litterarum Profeſſore Archiepiſcopus *Aquarum Sextiarum* in *Provincia* factus eſt a GREGORIO XIV. a. MDXC. aut potius ſequente. Fato autem functus eſt *Semuri Burgundiorum*, quo in oppido non ignobile Sacerdotium poſſidebat, an. MDXCVII. pene ſexagenarius (a)

Liturgiam, quam Graeci *Praeſanctificatorum* appellant, latine Vertit (b)

Exſtat quoque ejus libellus inſcriptus: *Liturgie Apoſtolique*, Pariſiis MDXCII. 8.

(a) De eo POSSEVINVS in Apparatu, MIRAEVS *de Scriptor. ſaec. XVI. cap.* 131. DVPINIVS, aliique. S. *Franciſcus* SALESIVS ſuum doctorem GENEBRARDVM fuiſſe gloriabatur.

(b) Vide Lib. I. hujus Bibliothecae *cap. III. art. II. §. 1. n. 8.*

GENVENSIS (M. *Antonius*)

Neapolitanus, primum *Montis Marani*, deinde ſub PIO V. *Iſernienſis* Epiſcopus (a) edidit

1. Manuale Paſtorum, Sacrorum Canonum auctoritatibus, Patrum ſententiis, & Sanctorum Epiſcoporum exemplis refertum, *Romae* typis *Guillelmi* FACCIOTTI MDCVI. 4.

2. Tractatum de Eccleſia, ſive Practicabilia Eccleſiaſtica, *Romae* apud MASCARDVM MDCXX. & *Lugduni* MDCXXII. 4.

3. Praxim Archiepiſcopalis Curiae Neapolitanae, *Venetiis* apud SAVIANOS MDCXLV. 4. & MDCLVII. ibid. apud GVERILLIOS 4.

(a) Vide TOPPIVM *Biblioth. Neapol. p.* 203. GAVANTVS in Indice Auctorum, quos noverat ſcripſiſſe de ſacris ritibus, appellat *M. Antonium* GHENARE, qui *ritum celebrandi Miſſam* vulgarit; in indice vero Auctorum, quorum opere uſus eſt, de *Ghenere* non amplius meminit, laudat autem *M. Antonium* GENVENSEM. Hinc mihi ſuſpicio ſuborta, etiam in primo Indice non *Ghenare* (quod error typothetarum ſit) ſed GENVENSEM legendum omnino eſſe. Si haec me coniectura non fallit, libris GENVENSIS addendus erit *ritus celebrandi Miſſam* a TOPPIO praetermiſſus. Quamquam animadverti a GAVANTO in ſuis Commentariis mentionem fieri *praxis Archiepiſcopalis Curiae Neapolitanae*: quare fieri poteſt, ut ritus ille celebrandi Miſſam hujuſce praxis particula ſit, non novus liber. Qui *Praxim* GENVENSIS habent, de mea hac ſuſpicione judicabunt.

Mihi tantum ocii non eſt, ut propter hanc de re leviſſima dubitationem Bibliothecas adeam.

GEORGIVS (*Dominicus*)

Rhodiginus Abbas de Sacro longo, Bibliothecae Card. IMPERIALIS Praefectus, & ex intimis BENEDICTI XIV. Sacellanis (a) inter alia edidit

1. *Gli abiti ſacri del Romano Pontefice paonazzi, e neri in alcune ſolenni funzioni della Chieſa giuſtificati*, Romae apud *Hieronym.* MAINARDI MDCCXXIV. 4.

2. De Liturgia Romani Pontificis in ſolemni celebratione Miſſarum (b) Tom. I. *Romae* MDCCXXXI. 4. ex typograph: *Rochi* BERNABO' (c) T. II. ibid MDCCXLIII. typis *Nicolai*, & *Marci* PALEARINI. Tom. III. ibid. MDCCXLIV.

(a) Italicus de GEORGII Praeſulis eruditiſſimi vita commentarius a *Carolo* Comite SILVESTRI compoſitus exſtat T. XLI. *Sylloges Calogeranae opuſc.* p. 337. ſeqq.

(b) Opus quovis pretio dignum in quatuor Libros tributum, ubi etiam diſſertatio *de libris Liturgicis* S. Rom. Eccleſ. Vide Lib. I. hujus Biblioth. cap. 1. n. 3.

(c) Rarus hic tertius tomus eſt, adeo ut integrum opus invenire difficillimum ſit.

GERARDINVS ſive GIRARDINVS (*Alexander*)

Amerinus a. MCCCCXCVI. Epiſcopus in Regno *Neapolitano Vulturarienſis*, & *Montis Corbini*, de quo VGHELLIVS T. VIII. Diarium Eruditorum Italiae T. XXIV. p. 233. FABRICIVS *T. III. Bibl. M. & I. lat. p.* 37. Scripſit

Varia officia Sanctorum.

GERBERT (*Martinus*)

Monachus Ord. S. BENEDICTI e Congregatione D. BLASII in Sylva nigra, Eminentiſſ. Card. de RODT Theologus praeter conſpectum rerum liturgicarum ad *Germaniam* pertinentium, de quo LAMIVS in Ephemeridibus Litterariis Florentinis, edidit

Principia Theologiae Liturgicae quoad divinum officium, Dei cultum, & Sanctorum typis Monaſt. S. BLASII MDCCLIX. 12.

Item in calce principiorum Theologiae Exegeticae MDCCLVII. pag. 401. Mantiſſam *de arcanis Eccleſiae Traditionibus*, nempe de diſciplina arcani.

GER-

GERMANVS II.

Sive junior, *Anaplo Propontidis* oriundus, vitae inſtituto Monachus ab a. MCCXXII. ad MCCXL. Patriarcha *CPolitanus Graeci* ſchiſmatis defenſor. Exſtat Gr. & Lat. in *Auctario Duceano T. II. p.* 131. Gr. ad calcem Liturgiarum IACOBI &c. *Pariſiis* MDLX. lat. in Bibliothecis Patrum ejus *Rerum Eccleſiaſticarum theoria*, ſive expoſitio in *Liturgiam*. Hanc autem prout jam edita habetur, adeo miſere interpolatam eſſe conqueritur P. SIMONIVS, ut nihil in ea priſcae faciei adpareat, vixque dignoſci poſſit, quid a *Germano*, & quid ab interpolatoribus profectum fuerit. Subdit ſe longe integriorem codicem (S. quidem BASILII hiſtoriae Eccleſiaſticae titulo praenotatum) nactum eſſe, NICETAE *Heracleenſis* catenae in IOHANNEM ſubjectum, eumque ſe aliquando publici juris facturum eſſe. Adde *Idiomelon in Feſtum Adnunciationis*, quod Gr. & lat. exſtat apud COMBEFISIVM *Auct. Nov. T. I.*, ſed Andreae CRETENSI tribuitur.

GERVASIVS (*Franciſcus*)

1. Inſtructio ſacrorum rituum, & Caeremoniarum, quae ſervari debent in celebratione Miſſae planae *Montis faliſci* MDCCXXIII. 12.

2. Brevis & facilis inſtructio caeremoniarum, quae ſervari debent ab eo, qui inſervit Miſſae planae, ibid. MDCCXXXIII. 12. Italice.

GHERARDI (*Ludovicus*)

Cortonenſis Epiſcopus edidit

Compendium praecipuorum defectuum, qui in officii celebratione occurrunt, & de modo celebrandi Miſſam coram Epiſcopo, Romae MDCCXXXI. 8.

GIL, ſive AEGIDIVS (*Jacobus*)

Ex xativa *Aragoniae* Ord. *Praedic.* & in Eccleſia Cathedrali *Derthunenſi* Theologiae Lector ab a. MCCCCXXXVI. tum Magiſter S. Palatii ſcripſit

Officium Tranſigurationis D. N. J. C. juſſu CALIXTI III. qui ob inſignem de Turcis a. MCCCCLVI. VI. Auguſti relatam Victoriam hocce Feſtum inſtituit.

GILBERTVS

V. infra *Guibertus*.

di GIOVANNI (*Johannes*)

V. de IOHANNE.

GIRIODDI (*Philippus*)

Sacre Cerimonie Ecclesiastiche nuovamente accresciute, compendiate da un Sacerdote Scolare Missionario Apostolico, Edizione terza, Taurini MDCCLVIII. 12. (a)

(a) Duabus opus partibus constat, quarum altera solemniorum aliquot per annum dierum, uti Hebdomade Sanctae, ritus ac functiones enarrat.

GISBERT

Histoire de l' Eglise sur le Sacrement du Mariage depuis IESVS *Crist jusqu' a nous*, Parisiis MDCCXXV. 3. Vol. 4.

de GLEN (*Joh. Baptista*)

Liturgiam *Malabarum* ab *Alexio* MENESIO *Goano* Archiep. expurgatam vulgavit (a)

(a) Vide *Libr. I. cap.* 3. *artic.* 3. *n.* 5.

GLYZONIVS (*Emmanuel*)

Librum, quem Graeci Ευαγγελιον dicunt, recensuit, edidit-quae (a). Item Πασχαλιον perpetuum (b); item syntagma ex Euchologio depromptum (c)

(a) Vide *Lib. I. cap.* 3. *art.* 2. §. 2. *n.* 4.
(b) *Ibid. n.* 5.
(c) *Lib. I. Cap. V. art.* 1. *n.* 4.

GOAR (*Jacobus*)

Ord. *Praedicat.* edidit

Euchologion, sive Rituale Graecorum Paris. MDCXLVII. fol. (a)

(a) Vide *Lib. I. cap. V. art.* 1. *n.* 2.

GODEFRIDVS

Cameracensis Archiep. ob. MCCXXXIV. SCHVLTINGIVS ei librum *de divinis officiis* tribuit.

Go-

GOLEIN (*Johannes*)

Normannus, *Carmelita* Prior *Rothomagenſis* floruit circa an. MCCCLXX. tempore CAROLI V. *Francorum* Regis cui *Rationale divinorum officiorum* (num ſuum? an DVRANDI?) offerens conſpicitur in veteri icone apud MONTFAVCONIVM *T. III. Monument. Monarchiae Gallicanae*. Scripſit certe TRITHEMIO teſte *cap.* 650.

Super officio Miſſae Lib. I.

GONFALONIERI (*Joh. Auguſtinus*)

De celebratione Miſſae *Mediolani* apud *Joh. Baptiſtam Bidellium* MDCXXIII. 12. (a)

(a) Secunda haec editio eſt. Confer de auctore *Alegambium* in *Bibliotb. S.* I. & *Argelatum* de *Scriptoribus Mediolanenſibus*.

GORI (*Antonius Franciſcus*)

Baſilicae Baptiſterii *Florentini* Praepoſitus (a) edidit

1. De antiquis codicibus MSS. quatuor Sanctorum I. C. Evangeliorum, deque internis, externiſque eorumdem Codicum ornamentis diſſertationem (b)

2. *Theſaurum Veterum diptychorum Conſularium & Eccleſiaſticorum*, quod quidem opus quum prohibente morte (c) perficere non potuiſſet, poſtumum prodiit cura *Joh. Bapt.* PASSERII Viri Cl. *Florentiae* MDCCLIX. fol. T. III.

Longe autem plura ad rem Liturgicam amplificandam vir maxime laborioſus parabat; nempe

1. De antiquis Eccleſiarum hierothecis

2. Vetuſti ambonis Eccleſiae *Florentinae* S. PETRI ſacra emblemata nunc primum prolata & illuſtrata.

3. Liturgiam antiquam S. *Florentinae* Eccleſiae cum obſervationibus.

4. De forma, cultu, ornatuque veterum Baptiſteriorum apud chriſtianos

5. Vetuſta monumenta Liturgica ad Baſilicam reconciliandam

6. De ritu adtollendi faces in ſacris Eccleſiae myſteriis

7. Hagiologium S. *Florentinae* Eccleſiae, ſive lectiones antiquas Natali die Sanctorum *Florentinorum* in divinis officiis recitari ſolitas in unum corpus collectas, & exſcriptas ad fidem Codicum vetuſtorum cum adnotationibus

Con-

(a) Confer elogium, quod celeberrimo, ac mihi in paucis amiciſſimo Viro contexui *T. II. Annal. Litterar. Ital. pag.* 463. *ſeqq.*

(b) Obiit optimus vir 21. Januarii MDCCLVII.

(c) Exſtat *T. II. Evangeliar. Quadrupl. a cl.* P. BLANCHINIO evulgati.

de GORICKEM, ſeu GORCOMIVS (*Henricus*)

A ſolo natali apud *Hollandos* ſic dictus florebat circa annum MCCCCLX. Teſte TRITHEMIO *cap.* 812. ſcripſit

Tractatum de ſuperſtitioſis quibuſdam caſibus, ſeu caeremoniis Eccleſiaſticis editum Coloniae MDIII. 4. & Lugduni recuſum MDCXXI. 8.

Opus de celebritate Feſtorum, ibid. MDIII.

In Carthuſia *Colonienſi* exſtat MS. ejus *liber de ſepultura & Proceſſionibus* (a)

(a) Vide HARTZHEIM *Bibl. Colon. pag.* 119.

SCHVLTINGIVS praeterea *T. I. P. II. pag.* 204. ejus librum MS. citat *de Proceſſionibus & Miſſis votivis*.

GOVLD

Traitè du S. Sacrifice de la Meſſe avec l' explication des ceremonies, Paris MDCCXXIV. 12.

GRANCOLAS (*Johannes*)

Theologiae in *Pariſienſi* Facultate Doctor *ſtudia ſua*, inquit WALCHIVS Biblioth. Theol. T. III. p. 709. *ita collocavit, ut non ſolum ſingularem induſtriam, ſed etiam eruditionem omnibus, qui harum litterarum periti ſunt* (a), *multum probaret* (b). Edidit enim

1. *Les anciennes Liturgies, ou la maniere, dont on a dit la Sainte Meſſe dans chaque ſiècle dans l' Egliſes des Orient, & dans celles d' occident.* Pariſiis apud Johannem de NVLLY MDCXCVII. & MDCCIV. 8.

2. *L' Ancien Sacramentaire de l' Egliſe, ou la maniere, dont on adminiſtroit les Sacremens chez les* Grecs, *& chez les* Latins, ibid. MDCXCIX. T. II. 8.

3. *Traitè de la Meſſe, & de l' office divin, ou l' on trouve une explication litterale des anciennes pratiques, & des ceremonies de l' Egliſe*, Pariſ. MDCCXIII. 12.

4. *Diſſertations ſur les Meſſes quotidiennes, & ſur la Confeſſion*. Pariſ. MDCCXV. (c)

5. Com-

5. *Commentaire hiſtorique ſur le Breviaire Romain Pariſ.* MDCCXXVII. apud LOTTIN Vol. II. 12. Latine Venetiis editum MDCCXXXIV. 4. apud *Sebaſtianum* COLETI (d)

(a) DVPINIO miſſo unum P. SALA audiamus *Praef. gen.* in BONAM *p. LXXIX. Ex nuperis, qui de re Liturgica ſcripſerunt, praeſertim in Gallia inter primi ſubſelli viros* GRANCOLASIVS *adcenſendus eſt*. Duo tamen in eo reprehendit; primum quod *paullo fuſior non exſtiterit*; alterum, quod *SS. PP. & Conciliorum textus* Galliee *tantum, & non latine exaratos referat*. Verum quod ad hoc ſpectat, neque id omnino verum eſt, *Graecos* enim textus GRANCOLASIVS *Gallice, latinos* quam ſaepiſſimae *latine* recitat, neque id in eo magis culpandum, quam in aliis *Gallis* Scriptoribus, qui in ſuae potiſſimum gentis commodum quum ſuos commentarios lucubrent, *Gallice latinorum* auctorum ſententias reddere conſueverunt: ad primum autem illud quod adtinet, equidem vehementer fallor, niſi GRANCOLASII brevitatem plerique magis amabunt, quam SALAE ubertatem, qui in duos BONAE libros tria ingentia volumina protulit.

(b) Hoc VVALCHII elogium GRANCOLASIO dicteria rependet, quae *Johannes* FECHTIVS *Roſtochienſis* in heterodoxa ſua tractatione *de origine, & ſuperſtitione*, ut ait, *Miſſirum in honorem Sanctorum celebratarum Roſtochii*, & *Lipſiae* a. MDCCVII. excuſa effraenata in eum impudentia evomuit.

(c) Confer *Trivultianos* m. Decembr. a. MDCCXVIII. artic. LXVII.

(d) LADVOCAT hoc opus ait aeſtimari. Idem GRANCOLASII Libris a me percenſis addit alium *de l' antiquité des ceremonies des Sacrements*, qui tamen alius fortaſſe non eſt ab indicato jam opere: *L' ancien Sacramentaire*. Obiit GRANCOLASIVS *Pariſiis* 1. Auguſti MDCCXXXII.

GRANDISONVS, aliis *Grauntſon* (*Johannes*) *Anglus* Regis EDVARDI III. a Sacris, & Epiſcopus *Exonienſis* obiit a. MCCCLXIX. ſcripſit

Ordinale, ſive *Martyrologium Exonienſe*.

GRATIANVS (*Hieronymus*) *Del Giubileo dell' anno Santo*, Romae MDXCIX. 4.

GRAVIVS (*Henricus*)

Vir doctiſſimus, Graece; & Latine peritus libellum edidit *plenum antiquitatum*, ut eum appellat SCHVLTINGIVS *Bibl. Eccleſ. T. I. p. II. cap.* 12.

De ritibus antiquis & Baptiſmi, & Confeſſionis, & Praefationibus CCXL. (a) Coloniae apud *Johannem* SOTEREM MDXXX.

(a) „ Depromptus autem eſt, inquit idem SCHVLTINGIVS p. „ 188. hic vetuſtus rituum & Praefationum Libellus ex Bibliotheca Col- „ legii *Neomagenſis* , B. STEPHANI primi Martyris , ubi adſerva- „ tur volumen divinorum officiorum litteris deſcriptum, & veteran- „ dam , ac canam antiquitatem conteſtans. Inveniuntur in hoc libello „ Praefationes valde antiquae , & piae de Dominicis & officio Feria- „ li de tempore a Vigilia Nativitatis Domini per totum annum uſ- „ que ad Dominicam quinctam ante Natale Domini per totum an- „ num numero centum viginti ſeptem . De Sanctis autem ſunt Prae- „ fationes numero centum tredecim ; his interponuntur etiam & con- „ numerantur Praefationes communes in Vigilia unius Martyris, in „ natali unius Martyris, plurimorum Martyrum, unius Confeſſoris, „ plurimorum Confeſſorum, unius Virginis Martyris , unius Vir- „ ginis non Martyris, plurimarum Martyrum , in dedicatione Ec- „ cleſiae, in conſecratione Altaris, de veneratione S. Trinitatis , de „ ſancta Sapientia, ad poſtulandam gratiam Spiritus Sancti, de S. Cru- „ ce, de B. MARIA, in ordinatione Presbyterorum , in anniverſa- „ rio ordinati Presbyteri, in Miſſa Sacerdotis propria, in Miſſa pro „ amico, pro familiaribus , pro quacumque tribulatione , pro amico „ tribulato , contra ſterilitatem mulierum , pro infirmis , Miſſa SIGIS- „ MVNDI Regis contra febres, pro Abbate defuncto , in comme- „ moratione unius Sacerdotis, in unius Epiſcopi tranſitu, in tranſitu „ unius Monachi , pro pluribus defunctis, pro omnibus defunctis, in „ commemoratione omnium fidelium defunctorum . „

GREGORIVS X.

Caeremoniale Romanum ejus juſſu editum vulgavit MABILLONIVS *Muſ. Ital. T. II. p. 221.*

GREGORIVS XIII.

S. R. E. Pont. ab a. MDLXXII. ad ann. MDLXXXIV. (a)

Calendarium Gregorianum perpetuum Rom. MDLXXXII. prodiit, quod *Arabice* etiam redditum, & a *Joh. Baptiſta* GABIO *Graece* ibid. MDLXXXIII. 4. defenſumque, & explicatum a *Chriſtophoro* CLAVIO, aliiſque

(a) Vide Annales GREGORII XIII. a *Joh. Petro* MAFFEIO diligenter, eleganterque perſcriptos.

GRETHVS (*Hermannus*)

Xantenſis Canonicus, & Scholaſticus Archi-diaconalis Collegiatae ejuſdem

Scripſit *de notabilibus divini officii Dominicarum & Feſtorum de tempore & de Sanctis* duas partes, opuſque ſuum complevit a. MCCCVII. in Vigilia B. MATTHAEI Apoſtoli. Meminit hu-

hujus libri SCHVLTINGIVS *T. I. P. II. pag.* 195. additque: *donatum quoque fuit exemplar hujus libri Collegiatae Eccleſiae* S. SEVERINI Colonienſis, *jacens ibi adhuc in armario ejuſdem Eccleſiae a D.* Johanne de ILSENKIRCHEN *anno Domini MCCCX. poſt feſtum* B. VICTORIS. *Librum quoque illum ſcribi fecit Ven. Dominus Ludolphus* de KVMPHE *Canonicus, & Theſaurarius Eccleſiae* S. CASSII Bonenſis *pro perpetua facienda in eadem Eccleſia ſua memoria & completus fuit hic liber anno Domini* MCCCXCV. *die Lunae* 10. *Auguſti per* Johannem de OLIVENTZHEIM *alias dictum* VVIBRE. Tomo autem II. p. I. pag. 16. & 59. idem SCHVLTINGIVS aliqua ex eo libro indicavit, immo p. 55. promiſerat, ſi Deus vitam largiretur, inſignis hujus operis editionem a ſe curatum iri: quod tamen non praeſtitit. Prologi hoc eſt initium. *Quoniam non diligitur, quod penitus ignoratur; quod autem non diligitur, non ſine faſtidio colitur, & frequentatur.*

GRETSERVS (*Jacobus*)

Inter *Germaniae* Theologos eruditione, *Graecae* Linguae peritia, & ſcribendi facilitate nulli ſecundus (a) edidit

1. De ſacris Peregrinationibus Lib. IV. MDCVI.

2. De Eccleſiaſticis Proceſſionibus libros II. eodem anno cum ſuperioribus, & ſeparatim *Coloniae* MDCVIII. (b)

3. De voluntaria flagellorum, ſeu diſciplinarum Cruce Lib. III. Ingolſtadii apud *Georgium* VVILLER MDCVI.

4. Praedicans Vapulans & diſciplinatus, hoc eſt pro libris de diſciplinis, Apologetici lib. III. adverſus *Lutheranum* quemdam Praedicantem ibid. typis *Adami* SARTORII MDCVII.

5. Spicilegium pro tribus Libellis de diſciplinis cum Libello de Cruce ſpiritali *Coloniae* MDCVII.

6. Miſcellanea Theologica, in quibus Notae ſuper notas Petri MOLINAEI in epiſtolam NYSSENO adſcriptam de euntibus *Hieroſolymam*, & examen Tractatus de peregrinationibus ab eodem MOLINAEO editi.

7. Podoniptron ſeu Pedilavium, hoc eſt de more lavandi pedes Peregrinorum, & hoſpitum, cum Paralipomenis pro libris ſuis de ſacris peregrinationibus, & Proceſſionibus: prodiit una cum *horto S. Crucis* Ingolſtadii apud SARTORIVM MDCXI. 4.

8. De funere Chriſtiano Lib. III. adverſus Sectarios, ibid. eodem anno (c)

9. De festis lib. II. adversus DANAEVM, DRESSERVM, & HOSPINIANVM MDCXII. 4.

10. Auctarium ad Libros II. de festis, seu dissertatio de festo Corporis Christi, & Eucharistiae cultu, adversus *Rodulphi* HOSPINIANI impietatem MDCXII. 4.

11. Praedicans Heautontimorumenos, seu septima de disciplinis scriptio contra ZEAEMANNVM Lugodulum (d) MDCXIII.

12 De Benedictionibus Lib. II. & tertius de maledictionibus, Ingolstadii ex typographio Ederiano MDCXV. 4. (e)

13. Libri III. Postumi rerum Variarum, ex ejusdem adversariis selecti a *Georgio* STENGELIO, ibid. MDCXXVIII. 8.

(a) Vide Bibliothecam ALEGAMBII, DVPINIVM, DINOVARTIVM in diario Ecclesiastico *T. XXXIV. Februar. p.* 169. & *Mart. p.* 255. & *T. XXXV.* Apr. p. 138.

(b) V. SANDERVS (*Nicolaus*)

(c) Haeretici *Wittembergae* MDCXII. ediderunt *Supplementum libris tribus* de funere Christiano *utiliter adhibendum de exequiis Romani Pontificis* a Christophoro MARCELLO Archiep. Corcyr. in libro Rituum Ecclesiasticorum, sive sacrarum caeremoniarum S. R. E.

(d) Nempe ZEAEMANNVS contra GRETSERVM ediderat *Jesuitam vapulantem* Lavingae MDCVIII. 4. hujus libri defensionem, sive GRETSERVM triumphantem MDCX. 4. & Athletam larvatum, & stramentitium MDCXII 4.

(e) Opera omnia GRETSERI *Ratisbonae* MDCCXXXIV. prodierunt simul collecta XVII. voluminibus in fol.

GRIMA (*Nicodemus*)

V. *Brunetti*

GRIMALDI (*Angelus*)

E *Grisaco Mimmatensis* dioecesis *Gallus*, Episcopus *Avenionensis*, qui Cardinalis obiit an. MCCCLXXXVII., ab EISENGREINIO p. 148. inter cetera *Antiphonas*, *Sacraque responsa* reliquisse traditur.

GRIMAVD (*Gilbertus*)

Parisiensis Facultatis doctor, & Metropoliticae *Burdigalensis* Ecclesiae Canonicus, qui ut Archiepiscopo suo pareret, *Fspernonium* anathemate interritus perculit, moriens egregium opus reliquit, quod postumum exiit *Lugduni* MDCLXVI. 4. ac deinde Parisiis MDCLXXVIII. tribus tomulis in 12. Inscribitur

La Liturgie Sacree, ou l'antiquitè, les mysteres, & les Cere-

Ceremonies de la Sainte Meſſe ſont expliquees (a) *Enſemble diverſes Reſolutions au ſujet de la memoire des Trepoſſez, avec un Traité de l'Eau benite, du Pain benit, des Proceſſions, & des Cloches.*

(a) SALA Praef. p. LXXVIII. ait, hunc inter Catholicos primum fuiſſe, qui de ſacra Liturgia vernaculo idiomate ſcripſerit; at fallitur vir doctus. VILLETTE enim ab anno jam MDCXI. *Gallice* in hoc ipſo argumento verſatus fuerat; nec ſatis ſibi conſentit, qui SAVONAROLAM *Italicum* de Miſſae Sacrificio Librum emiſiſſe antea adnotarat.

GROPPER (*Johannes*)

S. R. E. Cardinalis doctiſſimus (a) edidit luculentum tractatum

De diſciplina Eccleſiae Catholicae

unde eruta eſt

Praxis Poenitentialis Eccleſiae primitivae per J. BONAM, & I. GROPPERVM *Gandavi* MDCLXXXIII. (b).

(a) Vide MIRAEVM *de Script. ſaec. XVI. cap.* 74. CIACCONIVM, EGGSIVM, alioſque.

(b) Quae in hoc libello ex GROPPERO ſumpta ſunt, ea cum libri Praefatione SALA recudit in Appendice ad Tom. I. Card. BONAE *p.* 477. *ſeqq.*

GROOT (*Gerardus*)

Magnus domo *Daventrienſis* inter *Vitrajectenſes*, & *Aquiſgranenſes* Canonicus cooptatus plura ſcripſit a MIRAEO *in Auctar. de ſcript. Eccleſ.* & VVARTHONO in appendice ad CAVEI hiſtor. litter. percenſa. In his

Commentarius in lectiones officii Eccleſiaſtici de defunctis (a)

(a) Obiit XX. Auguſti a. MCCCLXXXIV.

GRVNDTNER (*Sebaſtianus*)

Mellicenſis Monachus a. MDCXIV. ſcripſit *Mellicenſem Rubricam ſecundum ordinarium Monaſterii* Mellicenſis *de Eccleſiaſticis obſervationibus, quid vel quomodo legendum, ſeu cantandum ſit Nocturnis, diurniſque horis per anni circulum* (a)

(a) MS. exſtat hic libellus apud ſuos Concellitas. Vide KROPFFIVM *Biblioth.* Benedictino-Mellicenſ. *cap* 97.

GRV-

GRVNER (*Vincentius*)

Patria *Zvvickavienſis*, cujus precibus FRIDERICVS bellicoſus Dux, & poſtea Elector *Saxoniae Lipſienſem* Academiam a. MCCCCIII. inſtituit (a), ſcripſit

Super officio Miſſae Lib. III (b)

(a) De eo TRITHEMIVS *cap.* 726. & *Joh. Jacobus* VOGELIVS *Annal. Lipſienſ. p.* 48. Confer etiam centuriam Scriptorum a MADERO editam *cap.* 27. & *Joh.* TEVCHLERI *ſchediaſma de* Vincentio GRVNERO MDCCIX. 4.

(b) In *Telleriana* Bibliotheca p. 155. occurrit : *officii Miſſae, acrique Canonis expoſitio, & ſignorum, quae inibi (quotidie) fiunt, myſticae repraeſentationis declaracio a D.* Vincentio GRVNEZ *doctore* Pragenſi, *vetus editio ante* MD. fol. Non dubito, quin hoc idem opus ſit, quod GRVNERO ex TRITHEMIO tribuimus ; idemque auctor, licet GRVNEZ heic dicatur, non GRVNER. Certe FREYTAGIVS *Adpar. litter. T. III. pag* 485. GRVNERO hoc ipſum opus tribuit, in cujus titulo praeterea poſt verbum *declaracio* additur, *cum periculorum contingere potentium obviatione, in alma Univerſitate* Lipczenſi *edita*. Ceterum ſi *Lipſiae* prodiit hic liber (quod aliqui ſuſpicati ſunt) poſt annum MCCCCLXXX. , quo primum in eam Urbem Typographica ars invecta eſt, edi debuit, ut recte idem FREYTAG. monet.

GVALTERIVS (*Petrus Paullus*)

Miſſam *Aethiopum* vulgavit.

della GVARDIA GRELE (*Johannes Bernardinus*)

Ex Ordine *Minorum Conventualium* (a) edidit

La Pratica Sacramentale, Neapoli apud Secundinum RONCAGLIOLA MDCXXVI. 4.

(a) Indicatur a TOPPIO *Bibl. Neap. pag.* 141.

GVEDES (*Balthaſar*)

Epitome, e breve explicaçam das Cerimonias da Miſſa *Vlyſippone* apud *Dominicum* CARNEYRO MDCLXXI. 12. & *Conimbricae* apud *Joſephum* FERREYRA MDCXCIII. 12. (a)

(a) Agit de hoc Luſitano Scriptore, ejuſque opere poſt BARBOSAM *Bibliotb. Luſitan. T. II. pag.* 451. *David* CLEMENT *Bibliotb. Curioſ. T. IX. pag.* 295. monetque rarum ipſum libellum operis *Hiſpani* a P. *Belchiore* de HELVMO Ord. *Minor.* compoſiti verſionem eſſe.

GVERRERI (*Joſeph*)

Cremenſis Canonicus auctor novae cujuſdam opinionis, cujus

jus palinodiam BENEDICTO XIV. jubente canere debuit, edidit

Oſſervazioni ſopra il decreto della S. Congregazione emanato a' due di Settembre MDCCXLI. Lucca MDCCXLVI. (a)

Nuove oſſervazioni ſopra il decreto &c. Lucca MDCCXLIX. (b)

(a) Vide BENEDICTI XIV. Encyclicam editam 13. Nov. MDCCXLII., eumdemque BENEDICTVM *de Sacroſ. Miſſae Sacrif. lib. II. cap. XXII. n. 17. ſeqq.*

(b) Confer Cl. GATTICO epiſtolam apologeticam, & hiſtoriam litterar. Ital. *T. V. p.* 445. *ſeqq.*

GVERRERO (*Alphonſus*)

Tractatus de Conciliis MDXLV. CAROLO V. Imp. inſcriptus.

du GVET (*Jacobus Joſeph*)

Presbiter Oratorii *Gallicani*, a quo tamen a. MDCLXXXV. deſcivit, obiit Pariſiis 25. oct. MDCCXXXIII. Utinam doctrinae parem in Apoſtolicas Conſtitutiones reverentiam habuiſſet? Edidit *Janſenianus* hic ſcriptor

1. *De l'ancienne coutume de prier & d'adorer debout le jour de dimanche, & de fête, & durant le tems de Paque, ou abregè hiſtorique des cerimonies anciennes, & modernes* Delphis MDCC. 8. Vol. II.

2. *Traitè dogmatique ſur l'Euchariſtie, ſur les Exorciſmes, & ſur l'uſure MDCCXXVII.*

Adde poſtumum opus inſcriptum

Conferences Eccleſiaſtiques, ou diſſertations ſur les auteurs, les Conciles, & la diſcipline des premiers ſiecles de l'Egliſe MDCCXLII. T. II. 4.

GVIARD (*Antonius*)

Benedictinus Congregationis S. MAVRI edidit ſine nomine *Diſſertation ſur l'honoroire des Meſſes. Ouvrage examinè & approuvè par differens docteurs* MDCCXLVIII. 8.

In hac diſſertatione Auctor Miſſarum ſtipendia inſectatur, urgetque, ut obſoletus oblationum mos reſtituatur. *Trivultiani* illum expendunt M. Januar. a. MDCCXLIX. artic. VI. in eaque non paucos errores cum litteraria, tum Eccleſiaſtica dignos cenſura (a) animadvertunt. Ea tamen proh! dolor quibuſlam etiam in *Italia* ita placuit, ut *Venetiis Italice* excuſa fuerit, *Neapoli* quoque, adjecta, quae tamen imbecillima eſt,

& no-

& novis ſcatet erroribus, *Trivultianarum* animadverſionum confutatione.

(a) Enimvero Inter vetitos libros *Romae* relata fuit XI. Septembr. MDCCL.

GVIARDVS

Qui etiam *Godefridus*, *Guido*, *Gilo de Lauduno* ex Acad. Pariſ. Cancellario a. MCCXXXVIII. Epiſcopus *Cameracenſis*, def. a. MCCXLVIII. al. MCCL. (a) ſcripſit

De officiis divinis, ſive Eccleſiaſticis
De officiis Sacerdotum
Summam de adminiſtratione Sacerdotum.

(a) De eo FABRICIVS *T. III. Bibl. Med. & Inf. lat. pag.* 223. & iterum *T. IV. pag.* 247.

GVIBERTVS, aliis GILBERTVS

Tornacenſis Ord. *Min.* Vergente ſaeculo XIII. claruit (a) ſcripſit inter alia

Tractatum de officio Epiſcopi, & Eccleſiae caeremoniis ad GVILLELMVM Epiſcopum *Aurelianenſem* (b)

(a) Confer de eo FABRICIVM *Biblioth. Med. & inf. lat. T. III. pag.* 58., & iterum *pag.* 126.

(b) Exſtat *T. XIII. Biblioth. PP. Colon. & T. XXV. Lugd. pag.* 378. *ſeqq.* ex editione *Colonienſi* Theodori COISFELDII.

GVIDETTI (*Johannes*)

Bononienſis Baſilicae Vaticanae perpetuus Clericus Beneficiatus, auctor eſt libri praenotati

Cantus Eccleſiaſticus officii majoris hebdomadae juxta ritum Cappellae Sanctiſſ. D. N. Papae, ac Baſilicae *Vaticanae* collectus & emendatus, Romae MDLXXXVII. fol. Edidit quoque

Directorium chori ad uſum omnium Eccleſiarum Cathedralium & Collegiatarum, Romae apud Andream PHAEVM MDCXV. 8.

GVIDONIS (*Bernardus*)

Ord. *Praedicat.* Epiſcopus *Lodovenſis* defunctus a. MCCCXXXI. de quo poſt ECHARDVM FABRICIVS *T. I. Bibl. M. & I. lat. p.* 220. Ejus ſunt

Caſus, qui in celebratione Miſſae accidere poſſunt qualiter ipſis occurrendum ſit, ex dictis Ven. Doctoris Fr. THOMAE,

in

in ultima parte ſummae. Excuſus fuit hic libellus ſub naſcentis typographiae initia abſque, anni & loci indicio 8. (a)

(a) *Echardus* praeterea memorat *Nomina Apoſtolorum, & Diſcipulorum D. N. J. C. cum officio Miſſae LXXII. Diſcipulorum; tractatum de ordinatione Sacrificii Miſſae, & Rationale divinorum Officiorum, ſive de Dominicis, feſtiſque de tempore, & Sanctorum.*

GVILIELMVS

Fiſcanenſis Monachus patria *Normannus* ſcripſit SCHVLTINGIO auctore

De officiis Eccleſiaſticis Lib. I.

GVILIELMVS

De *Siligniaco Autiſſiodorenſis* primum, deinde *Pariſienſis* Epiſcopus ob. MCCXXIII. A SCHVLTINGIO dicitur de officiis divinis Librum unum compoſuiſſe, quem citat DVRANDVS Lib. IV. ſui *Rationalis* cap. 51.

GVILIELMVS *Textoris, ſeu Tzevvers*

Aquiſgranenſis, de quo TRITHEMIVS, Sixtus SENENSIS, HARTZHEIM *Bibliot. Colon.* p. 109. ſenex a. MCCCCXCV. vivebat. Exſtat MS. ejus *in Canonem Miſſae opuſculum*.

de GVIMARAENS (*Antam*)

Luſitanus Ord. *Minor.* S. *Franciſci* vivebat anno quoque MDCXLV. quum a. MDCXXXVII. edidiſſet *Bracarae* apud *Gonzalum de* BASTO

Ceremonial da Provincia da Piedade com huma explicaçam das Rubricas do Miſſal Romano. 4.

GVYETVS (*Carolus*)

Turonenſis Rituum Eccleſiaſticorum, & Sacrarum Caeremoniarum ſcientia nulli ſecundus (a) edidit

1. Ordinem generalem, & perpetuum divini officii recitandi Pariſ. apud *Sebaſtianum* CRAMOISY MDCXXII. 8.

2. Heortologiam, ſive de feſtis propriis locorum opus praeſtantiſſimum ibid. MDCLVII. fol. & *Venetiis* MDCCXXVIII. fol.

3. Hymnos proprios variarum *Galliae* Eccleſiarum, *Pariſiis* MDCLVII. fol.

(a) Vide ALEGAMBIVM in Biblioth. S. I.

H

HABERTVS (*Isaacus*)

Doctor Sorbonicus, & Canonicus *Parisiensis*, postea ab a. MDCXLV *Vabrensis* Episcopus. Edidit librum Pontificalem Ecclesiae Graecae Parisiis MDCXLIII. fol. (a)

(a) Vide *Lib. I. cap. VI. art. 1. n. 1.*

de HAEREDIO (*Paullus*)

De omnibus fere mysteriis librum scripsit a. MCCCCLXIV. (a)

(a) SCHVLTING. *T. I. p. II. p. 195.*

HAER Van der (*Florentius*)

Antiquitatum Liturgicarum arcana (a), *Duaci* per *Balthasarem* BELLERVM MDCV. T. III. sine nomine collectoris (b)

(a) Missae de tempore explicantur, addita singulis passim genuina explicatione, altera Litterali, qua officii Verba, illinsque Missae partes juxta proprium sensum explanantur; altera qua ejusdem Missae institutio, ac dignitas ex priscis Ecclesiae ritibus, ac nonnullis SS. Patrum testimoniis illustratur. Recte autem SALA pag. LXXVII. Praef. in BONAM *opus* esse ait *Parochis, & Concionatoribus quidem aptum, non ita nostri temporis Eruditis, qui hujusmodi ascéticas meditationes plerumque despiciunt.*

(b) LIPENIVS *And.* HOIO *Brugensi* hoc opus adjudicat. Nos cum Bibliothecarum *Colbertinae*, & Card. IMPER. catalogo HAERO tribuere maluimus.

HAGEN (*Johannes*)

V. de *Indagine* (*Johannes*)

HAGERER (*Constantinus*)

Ordinis *Minorum* edidit

Ritum exactum servandum in celebratione Missae privatae, Monachii MDCXVI. 8.

HALDEN (*Joh. Baptista*)

In Oenipontana Academia Professor edidit

Ephemerologium Ecclesiastico-Rubricisticum novum continens singularia Dominicarum ac Feriarum, nec non Festorum, ac Pro-festorum, seu vigiliarum diversis temporibus ac locis

locis diverſimode per anni decurſum reſpective occurrentium & Concurrentium ; ſimulque aphoriſmos cujuslibet diei officium (in quacumque reſpective occurrentia, & concurrentia) uti & Miſſas quaſcumque (etiam votivas, ac defunctorum) tam ſolemnes, quam privatas, in quorumlibet locorum Eccleſiis, Breviario, ac Miſſali Romano utentibus, tam intra, quam extra chorum debite ordinandi pro totius Venerabilis Cleri ad Breviarium, ac Miſſale Romanum adſtricti, quotidiano uſu, ac practica in quibuslibet dubiis Rubriciſticis directione, ex ejuſdem Breviarii & Miſſalis Romani Rubricis, harumque praecipuis Interpretibus, nec non ex variis, qua Summorum Pontificum, qua Sacr. Rit. Congregationum decretis, ac ordinationibus &c. depromptos, & in lucem datos. Brixinae MDCCXVII. 4. Partes III. praeter alia additamenta deinde excuſa

HALLIER (*Franciſcus*)

Carnotenſis primum Syndicus Theologicae Facultatis *Pariſinae*, deinde ab a. MDCLVI. *Cabellicenſis* Epiſcopus. Celeberrimum eſt, quod vulgavit opus

De ſacris Electionibus, & ordinationibus, *Lutetiae* MDCXXXVI. fol. tertio *Romae* MDCCXLIX.

HALLOIX (*Petrus*) (a)

Triumphus ſacer Sanctorum, ſive de caeremoniis in Reliquiarum Sanctorum translationibus uſurpatis, Antuerpiae MDCXVII. in 8.

(a) Vide de docto hoc viro ALEGAMBII Bibliothecam.

HAMMER (*Johannes*) (a)

Declaratio Miſſae, Moguntiae MDCXXV. 12.

(a) Da eo ALEGAMBIVS in Bibl. Soc. J.

de HASSIA (*Henricus*)

V. de *Langeſtein*.

HELDINGVS (*Michael*)

Sidonius primum in partibus, deinde *Merſeburgenſis* Epiſcopus vivebat a. MDXLVII. ediditque

Canonis Miſſae paraphraſticam expoſitionem cum declaratione Caeremoniarum, & brevi ad populum exhortatione.

Haec SCHVLTINGIVS. Ex MIRAEO autem *de Script. Saec. XVI. cap. 75.* discimus, exstare Germanicas XV. HELDINGI conciones de *Missa*, quas *Laurentius* SVRIVS Latinas fecit.

de HELVMO (*Belchior*)

Hispbanus Ord. *Min. Convent. V. Guedes.*

HENNEQVINAEVS (*Aemarus*, seu *Aemericus*)

Rhedonenſis Episcopus praeter orationes Synodales edidit

Interpretationem rerum, verborum, & caeremoniarum Missae Paris. MDLXXIX. 8.

HENRICI (*VValterus*)

A Steevesdorff Ord. S. AVGVSTINI, Episcopus *Ascalonenſis*, *& Moguntini* Archiepiscopi suffraganeus ab anno MDCXLIV. obiit VIII. Maij MDCLXXIV. (a) Ab eo

Prodiit *explicatio Missae* MDCXX.

(a) Vide HARTZHEIM *Biblioth. Colon. pag.* 321.

HERBESTVS (*Benedictus*)

Hunc SCHVLTINGIVS *T. I. p. II. pag.* 197. *Neapolitanum* Presbyterum facit; *Roxolanum* dicere debuit, & Canonicum *Posnanienſem*, qui postea satis adultus *Romae* inter Jesuitas a. MDLXXI. connumerari voluit. Edidit autem

1. *Rationarium horarum Canonicarum* etiam a GAVANTO indicatum.
2. De Jubilaeo epistolam latinam
3. Caeremoniarum Baptismi expositionem (a)

(a) Ita ALEGAMBIVS. Verum SCHVLTINGIVS ei tribuit *Observationum Juris divini & humani* Lib. I. *in quo agitur de festivitatibus praecipuis Christianorum, & de vetustis Baptismi ritibus*, Parisiis LXIV. Ita ille; num MDLXIV.? Certe ante initam Societatem aliqua HERBESTVS praelo commiserat.

ab HERISONIO (*Raphael*)

Ord. *Capuccinorum* edidit

Manuductionem Sacerdotis, Lugduni MDCXC. 4.

HERKIVS (*Michael*)

Ord. S. AVGVSTINI prolixam ad Card. BONAM dedit epistolam, qua continuum azymorum usum in Eucharistia conficienda probare contendit. Exstat inter ejusdem BONAE epistolas p. 223.

HE-

HERO (*Albertus*)

Paſtor in *Gerreſheimio* obiit MDLXXXIX. (a)

Cenſuram ſcripſit de tribus *Lutheranorum* agendis ad SCHVLTINGIO editam T. IV. p. 77.

(a) De eo HARTZH. *Bibl. Col. p. II.*

de HERRERA (*Auguſtinus*) (a)

1. *Del Origen, y progreſo en la Ingleſia Catolica de los Ritos, y ceremonias, que ſe uſan en el Santo Sacrificio de la Miſſa, Hiſpali* apud *Franciſcum* de LYRA MDCXIII. 4.

2. *Origen, y progreſo del oficio divin, y de ſus obſervancias Catholicas deſde el ſiglo primero de la Igleſia al preſente*, ibid. MDCXLIV. 4. (b).

(a) Vide de eo praeter ALEGAMBIVM *Nicolai* ANTONII *Bibliotbecam Hiſpanam.*

(b) Multa in his libris ſunt, quae fruſtra alibi quaeſieris.

HERVETVS (*Gentianus*)

S. *Joh.* CHRYSOSTOMI Liturgiam Latine vertit (a). Item Liturgiam S. BASILII (b)

(a) Vide *Lib. I. cap. III. art. II. §. 1. n. 7.*

(b) *Ibid. n.* 11.

HESRONITA (*Michael*)

Maronita Archipresbyter, & Abbas S. GEORGII in *monte Libano* MDCXXXVII. *Romae* in 4. Lingua *Syriaca* edidit *Calendarium* juxta *Nicaenum* I. Concilium, & *Gregorianam* emendationem ad ejuſdem Concilii praeſcriptum, itemque juxta antiquum Orientalium computum: quo jejunia, & feſta mobilia ſingulis annis, atque in perpetuum, facillime reperiuntur (a).

(a) Calendarium iſtud *Athanaſius* KIRKERVS, ut loquitur MIRAEVS *de Script. ſaec. XVII. cap.* 213., nuncupat, *Syriacas in Comtum Eccleſiaſticum Inſtitutiones*, & eas mirifice laudat, magnum inde Orientali Eccleſiae emolumentum adceſſurum adfirmans.

HISFELD (*Arnoldus*)

Canonicus B. M. Virg. *ad Gradus Coloniae Comitem* S. HIERONYMI cum pluribus codicibus contulit. V. Bibl. Colon. HARTZHEIM p. 24.

HPT-

HITTORPIVS (*Melchior*)

Colonienſis Decanus Eccleſiae Collegiatae S. CVNIBERTI obiit MDLXXXIV. (a). Edidit

De Catholicae Eccleſiae divinis officiis, ac miniſtris varios vetuſtiorum fere omnium Eccleſiae Patrum, ac Scriptorum libros, Coloniae MDLXVIII. typis CALENII fol. (b).

(a) De eo plura HARTZHEIM *Bibl. Colon. p.* 352.
(b) Vide *Cap. I.* hujus libri.

HOFMANNVS (*Johannes*)

Quartus hujus nominis Epiſcopus *Miſnenſis* ab an. MCCCCXIII. ad MCCCCLI. ſcripſit

Libros ſex *de officio Miſſae, & omnibus, quae in illa peraguntur*.

HOFFMEISTER (*Johannes*)

Ord. S. AVGVSTINI. Ejus

Expoſitio Miſſae

citatur a BONA *Rer. Liturgic. Lib. II. cap. IX.* §. 3.

HOLEM (*Gotſchalcus*)

Germanus Saxo Auguſtinianus clar. circa ann. MCCCCLXXX. Scripſiſſe dicitur praeter alia

De Officio Miſſae volumen.

HOLSTENIVS (*Lucas*)

1. Diſſertatio duplex de forma & Miniſtro Sacramenti Confirmationis apud *Graecos*, Romae MDCLXVI. (a)
2. Notae ad Pontificale Romanum (b)

(a) Recuſa quoque eſt in MORINI operibus poſtumis, *Pariſiis* MDCCIII. 4.

(b) Exſtant in *Chriſtiani Godifredi* HOFFMANNI *nova Scriptorum, ac monimentorum collectione*. Quam dolendum, neminem hactenus inventum fuiſſe, qui praeſtantiſſimi hujus Bibliothecae Vaticanae cuſtodis opera edita, atque anecdota collegerit! Id enimvero monumentum eſſet marmoreo, quod ei Cardinalis BARBERINVS poſuit, perennius.

HOMMERLEIN, ſeu Malleolus (*Felix*)

Tigurinus, Praepoſitus *Solodurienſis*; & ab anno MCCCCXXVIII. *Thuricienſis* Eccleſiae Cantor obiit a. MCCCCLVI. ſcripſit

De

De novorum officiorum divinorum inſtitutione:
Dialogum de anno jubilaei
De benedictionibus aurae cum Sacramento faciendis.

HVELAMVS (*Melchior*)
Edidit *Hiſpane* orationem *de Caeremoniis Miſſae* MDXCVII.

HVGONIVS (*Matthias*)
Epiſcopus *Famaguſtanus* opus edidit inſcriptum:
De Conciliis Synodia Ugonia, ſive opus de omnibus ad Concilia rite, ac Legitime celebranda pertinentibus, Brixiae MDXXXII. & MDXLI., Venetiis MDLXIII. MDLXV. & MDLXXVI. &c. (a) fol.

(a) Unam *Brixienſem* editionem agnoſcit auctor operis praenotati: *Bibliographie inſtructive ... Volume de Theologie* Pariſ. MDCCLXIII. pag. 201.; ceteras vero ait novum tantummodo titulum exhibere. Ut ut eſt, raros inter Libros ſolet a Bibliopolis hoc opus adcenſeri. Vide FREYTAGII *Analecta litteraria p.* 1049.

HVRTADVS (*Thomas*)
De coronis, & tonſuris gentilitatis, ſynagogae, & Chriſtianiſmi (a)

(a) Exſtat inter alia ejus ſcripta *Coloniae* MDGLV. fol.

I

IACOBATIVS (*Dominicus*)
S. R. E. Cardinalis edidit
Tractatum de Conciliis, *Romae* MDCXXXVIII. (a).

(a) Recuſus is fuit in *Tractatu Tractatuum Venetiis* MDLXXXIV. T. XIII. P. I. pag. 190. in apparatu LABBEI ad Concilia T. II., & in ROCCABERTI *Bibliotheca Pontificia* T. I. pag. 1. ſeqq.

IACOBVS
Ex Monacho S. MATTHAEI, quod coenobium apud *Niniven* exſtat, ad *Tagritenſem* Epiſcopatum MCCXXX. evectus ſcripſit *Expoſitionem officiorum, & orationum*, cujus ipſe meminit *Theſaurorum* libro p. I. cap. 14. & p. II. cap. 31.

IACOBVS (*Johannes*)
Edidit *Hiſpanice*

Com-

Compendium caeremoniarum MDCXXI.

IANSSON (*Jacobus*)

Amſtelodamenſis Sacrae Scripturae in Academia *Lovanienſi* interpres, atque ad D. PETRI in eadem Urbe decanus (a) edidit

Liturgica, ſeu de Sacrificiis materiati altaris lib. IV. cum Sacri Canonis expoſitione *Lovanii* MDLXXXVI. 8. ibid. MDCIV. Antuerpiae MDCV.

(a) Vide MIRAEVM *de Scriptor. ſaec. XVII. cap.* 197.

IELMI (*Camillus*)

Bononienſis Presbyter

Del modo, come ſi debbe preparare ogni fedel Criſtiano ad udir la Santa Meſſa con la dichiarazione di molte cerimonie, che in eſſa ſi contengono, *Bononiae* MDLXIV. 4.

IGNATIVS V.

Dictus I. *Jacobitarum* Patriarcha, qui & *Joſeph Bar-Vahib* electus ineunte anno MCCXCIII. Ejus anaphoram ab EDENENSI, & SCHVLTINGIO indicatam, cujus initium: *Deus abſcondite, & incomprehenſibilis*, habes apud RENAVDOTIVM *T. II. pag.* 258.

IGNATIVS

Behenam nuncupatus *Jacobitarum* Patriarcha circa ann. MCCCCXX. elegantem condidit anaphoram, ut ait Auctor Appendicis *ad Chron. Syriac. T. II. Bibl. Orient. Aſſem.* p. 467. alphabetico ordine inſtar ejus, quam *Mar Michael* MAGNVS compoſuit, elaboratam.

IGNATIVS VII.

Patriarcha *Tarabdinenſium*, qui & *Azizus Philoxenus*, itemque *Lazarus Barſapta* Epiſcopus *Hoae* electus a. MCCCCLXI. praefuit ad ann. MCCCCLXXXI. De hujus Liturgia vide ASSEMANVM *T. I. Bibl. Orient. pag.* 574.

de INDAGINE, ſeu HAGEN (*Johannes*)

Ordinis *Carthuſienſis*. Florebat a. MCCCCLX. Inter alia ejus opera quae TRITHEMIVS percenſet cap. 822. ad rem praeſentem exſtat

De

De jejunio quinctae feriae lib. I.
De auditione Missarum lib. I.
De Communione sub utraque specie lib. I.

INGOLI (*Franciscus*)

Ravennas vir sane praeclarus, inquit FABRI, *vere simplex, rectus, ac timens Deum, probitate non fucata, & non vulgaris innocentiae candore insignis, quem quum vivum omnes dilexissent, eidem defuncto* (a) *in extremis ipsis Orbis partibus multorum lacrimae parentarunt, eumque summus ipse Pontifex* INNOCENTIVS *X. singulari elogio exornavit, dum audita illius morte Hominem Sanctum & Angelum nominavit* (b). Edidit

1. Caeremoniale continens ritus electionis Romani Pontificis GREGORII Papae XV. jussu editum (praefante INGOLI) Romae ex typogr. R. C. Apost. MDCXXII. 4.

2. *Compendio delle cose principali contenute nel Ceremoniale di* GREGORIO XV. *de Electione* Romani Pontificis ibid. MDCXIII., *Venetiis* apud *Antonium Pinelli* MDCXXIII. 4. iterum *Romae* MDCLXXVI. 4.

(a) 29. Apr. MDCXLIX.
(b) Adi sis GINANNII Scriptores Ravennates T. I. pag. 437. seqq.

INNOCENTIVS V.

Antea *Petrus* de *Tarantasia* appellatus Ord. *Praedic.* a. MCCLXXVI. *Romanus* Pontifex creatus est. *Virtutes agnus Dei* carmine descripsit, quod exstat MS. *Oxoniae* in Coll. Corp. Christi num. 237.

de IOHANNE (*Johannes*)

Sanctae *Panhormitanae* Ecclesiae Canonicus, de quo consule historiam Litterariam Italiae (a). Edidit

De Divinis SICVLORVM *officiis* Tractatum longe eruditissimum (b) *Panhormi* in officina Regii Collegii *Borbonici* Nobilium MDCCXXXVI. 5.

(a) T. XI. p. 387. seqq. Decessit 8. Julii MDCCLIII.
(b) Multa in hoc opus Cl. Auctor intulit monumenta, quae percensere utile erit. Sunt haec

Ordo Benedictionis cereorum in Purificatione S. MARIAE ex MS. Missalis Eccles. *Panhormit.* sex circiter saeculorum.

Ordo Benedictionis in Purificatione S. M. ex tribus Miſſalibus libris Eccleſ. *Meſſanenſis* ante tempora Conc. Trid. editis.

Ordo Reconciliationis uniuſcujuſque Poenitentis. Ex MS. Miſſali jam indicato *Panhorm.* Eccleſ.

Ordo officii Poenitentium in capite jejunii ex MS. orationali ejuſdem Eccleſiae.

Ordo abſolutionis ſuper Poenitentes, ex MS. Poenitentiali Eccleſ. *Catanenſis* ſexcentis annis antiquiore.

Ordo Benedictionis Cineris, & Cilicii ex MS. Miſſali Eccleſiae *Nicoſienſis* a. MCCCXLVI. ſcripto

Ordo ſolemnis Poenitentiae in capite quadrageſimae ex triplici Miſſali Eccleſiae *Meſſanenſis*.

Admonitiones ad Populum ex Synodo Eccleſiae *Montis Regalis* circa medium ſaec. XVI. celebrata.

Ordo Benedictionis Palmarum primo ex duplici Miſſalis MS. Eccleſiae *Panhormitanae*: ſecundo ex tribus Miſſalibus Eccleſiae *Meſſanenſis*.

Ordo in Sabbato Sancto, primo ex Miſſali MS. Eccleſ. *Panhormitanae*: ſecundo ex triplici Miſſali *Meſſanenſi*.

Ordo Benedictionum Paſchalium ex Miſſali MS. Eccleſ. *Panhormit.*

Ordo in Rogationibus, primo ex triplici Miſſali *Meſſanenſi*: ſecundo ex antiqua Synodo Eccleſiae *Montis Regalis*.

Miſſa in octava die Pentecoſtes ex duplici Miſſali MS. *Panhormitano*.

Officium Corporis, & Sanguinis Chriſti ex MS. Breviario Eccleſiae *Panormitanae*.

Catalogus Feſtorum *Panhormitanae* Eccleſiae 336. *Syracuſanae* ibi. *Montis Regalis* 338.

Miſſa *Gallo-Sicula*, de qua Lib. I.

A. S. IOHANNE BAPTISTA (*Albanus*)

Carmelita diſcalceatus Coloniae obiit MDCXCIV. Reliquit MS. pia ac doctiſſima commentaria in Sequentiam *Dies irae* (a).

(a) HARTHZ. *Bibl. Col. p.* 10.

IOHANNES

Patriarcha, qui SCRIBA, & ACOEMETVS dictus eſt. Hujus Liturgiam edidit RENAVDOTIVS *T. II. Liturg. Orient.* incertus quiſnam hic fuerit inter tot *Jacobitas* Patriarchas IOHANNIS nomine diſtinctos. Ego vero quum apud BOSCHIVM *in hiſtoria Chronol. Patriarch. Antioch. n.* 681. IOHANNEM XIV. dictum antea IOSVE SCRIBAM, & anachoretam in Coenobio *Syrae*, qui a. MCCVIII. reluctans Patriarchali dignitate donatus fuit, adnotari videam, vix dubi-

to,

to, quin huic *Renaudotiana* illa Liturgia tribuenda ſit, deleto tamen *Acoemeti* titulo.

IOHANNES *Bar-Maadani*.

XV. hujus nominis inter *Jacobitas* a. MCCLIII. Patriarcha, ignotus RENAVDOTIO, qui tamen ejus Anaphoram a *Stephano* EDENENSI cap. VII. *de haereticis Anaphorarum Scriptoribus* n. 7. & SCHVLTINGIO indicatam latine vulgavit *T. II. lit. Orient. pag.* 512.

IOHANNES *alius*

Qui & *Ananias Xenajae*, ſeu PEREGRINI filius, & *Abraham Bar-garib Cyrillus* dictus eſt, ex Epiſcopo *Amidae* a. MCCCLXXXI. electus eſt *Jacobitarum* Patriarcha IGNATII IV. (quum tamen VIII. fuerit) adſcito nomine. Obiit a. MCCCCXII. Ejus anaphoram indicat SCHVLTINGIVS, cujus initium: *Deus Pater*, & *Dominus univerſorum*.

IOHANNES

Diaconus Baſilicae *Salvatoris* Patriarchii Lateranenſis Canonicus ALEXANDRO Papae librum *de Sanctis Sanctorum*, ſeu de Eccleſia *Lateranenſi* inſcripſit editum a MABILLONIO *T. II. Muſ. Ital. pag.* 560. Poſt annum vixit MCCXCVII. Vide pag 574.

IOLY (*Claudius*)

Pariſienſis Canonicus vir pius aeque, ac doctus deceſſit 15. Januar. A. MDCC. aet. XCIII. Ediderat

De reformandis Horis Canonicis conſultationem MDCXLIII. 8. & MDCLXXV. 12. (a)

(a) In hac ſecunda editione nonnulla auctor correxit.

de IORIIS (*Potitus*)

Aſculanus, patriae Cathedralis Eccleſiae Archidiaconus edidit Explicationem hymnorum Eccleſiaſticorum *Romae* apud heredes CORBELLETTI MDCXCVI. 12.

IRICVS (*Andreas*)

Tridinenſis Collegii *Ambroſiani* doctor edidit

Sacroſanctum Evangeliorum Codicem S. EVSEBII Magn. Epiſcopi & Martyris manu exaratum ex autographo Baſilicae *Vercellenſis* ad unguem exhibitum cum (IRICI editoris)

praefatione, notis, ac concordantibus aliorum Codicum, & Sanctorum Patrum lectionibus, Mediolani in Regia Curia MDCCXLVIII. 4. (a)

(a) Vide historiam Litterariam *Ital. T. I. pag. 5. & 8. seqq.*

de L' ISLE (*Josephus*)

Ord. S. BENEDICTI edidit

Histoire Dogmatique, & Morale du jeune, *Parisiis* MDCCXLI. 8.

IVNTERBEEK (*Jacobus*)

Carthusianus & S. Scripturae Professor in studio *Erfordiensi*: Obiit MCCCCLXVI. (a). Ejus

De valore Missarum pro defunctis impressus liber MCCCCXCIII. (b)

Scripsit etiam de Sabbato Lib. I.

Et de anno Jubilaei Lib. I. (c)

(a) Vide praeter TRITHEMIVM *de Script. Eccles. cap.* 814., & FABRICIVM, cui IVNTERBVCK dicitur *T. IV. Bibl. Med & inf. latin.* qui tamen duos primos a me indicatos IACOBI libros omittit, *Bernardum* PEZ *T. VII. Bibl. Ascet. p.* 391.

(b) Citatur a SCHVLTINGIO *T. I. P. II. p.* 203.

(c) Idem SCHVLTINGIVS pag. 203. MS. IACOBI librum laudat.

De casibus variorum dubiorum circa Missae celebrationem cum cautela observandis.

K

KAVINA (*Petrus Maria*)

Faventinus illustris superiore saeculo Mathematicus, cujus plura exstant volumina. In his

Cycli paschalis GREGORIANI *assertio adversus Anonymum quemdam*, Faventiae MDCLXVI. 8.

KEMPHT (*Nicolaus*)

De *Argentina* Magister *Viennensis*, & Monachus *Carthusianus* ab a. MCCCCXL. obiit centenarius a. MCCCCXCVII. (a). Scripsit, ut alia mittam

Expositionem Canonis, & totius Missae

De

(a) De eo PEZIVS in Prolegomenis ad *Tom. IV.* Biblioth. Aſcet.

KENTON ſeu CHENTON (*Nicolaus*) (a)
Sudvolcienſis Carmelitarum in Anglia Provincialis defunctus *Londini* a. MCCCCLXVIII. Inter cetera ejus opera exſtat
Pro ſuſcipiendo Poenitente
Benedictiones, & commendationes Procedentium
Ordinationes Feſtivitatum.

(a) LELANDO cap. 567. *Conodunus*.

KIMCHIVS (*Matthias*)
Scripſit *directorium Sacerdotale*, quod a GAVANTO indicatur

KIRCHER (*Athanaſius*)
Prodromus Coptus, *Romae* MDCXXXVI. 4. (a).

(a) Ibi p. 37. ſeq. exſtat Liturgia *Coptica*.

L

LABORANTI (*Joſeph*) ex *Min. Convent.* Familia
Direttorio ſacro per ben ordinare, e recitar l'officio divino ſecondo i Riti ſtabiliti dalla Chieſa nelle Rubriche, e decreti della S. C. opera poſtuma, Venetiis MDCCLXX. 4.

de LAMARCHE (*Joh. Franciſcus*) (a)
Inſtructions dogmatiques, hiſtoriques, & morales ſur les Indulgences, & ſur le Jubilé. Nanneti apud *Joſephum* VATAR MDCCLI. 12.

(a) Vide de eo opuſc. inſcriptum *la France Litteraire* 1758. *p.* 81. & ejus Supplem. *pag.* 22.

LAMBERTINI (*Proſper*)
V. BENEDICTVS XIV.

De LANGESTEIN, ſeu de HASSIA (*Henricus*)
Ord. *Carthuſ.* Monachus, quem tamen GANDOLPHVS *Auguſtinianis* adſcribit, & in Academia *Viennenſi* celebris Theologus ob. MCCCCXXVIII.
Librum *de horis Canonicis* ſcripſiſſe a TRITHEMIO perhibetur

Item

Item illi tribuitur liber *de officiis, locis, & perſonis ad ſacra deputatis*

Prodiit quoque *Viennae*, & *Lipſiae* apud *Mich.* LOTTERIVM a. MCCCCXCVIII. 4. Secreta Sacerdotum, ſeu Magiſtri *Henrici* de HASSIA quae ſibi placent vel diſplicent in Miſſa per egregium ſacrae Theol. & Jur. Canon. Doctorem Magiſtrum *Michaelem* LOCHMAYR correcta, & in hanc formam redacta. Confer *Rob.* SALAM T. III. *Rer.* BONAE *Liturgic. p.* 213. Veterem ejuſdem libri editionem ſine ulla loci, vel temporis nota indicat Appendix CAVEI *T. II. p.* 120. & FABRICIVS *T. III. Bibl. Med. & Inf. Latin. p.* 217. (b).

(a) Alii a *Carthuſiano* juniore diſtinguunt, & clero ſaeculari adjudicant.

(b) Vide *Scriptores antiquiſs. ac celeberr. Univerſit.* Vienn. Ordine Chronologico propoſitos *P. I. pag.* 35. *ſeqq.*

LANGVET (*Joh. Joſephus*)

Sueſſionenſis primum Epiſcopus, deinde *Senonenſis* Archiepiſcopus orthodoxae religionis ſtudio, & doctrina clariſſimus obiit menſe martio a. MDCCLIII. Praeter plurimas adverſus *Queſnellianos* inſtitutiones, atque epiſtolas ediderat egregium opuſculum praenotatnm

du veritable eſprit de l'Egliſiae dans l'uſage de ſes ceremonies, ou refutation du Traitè de dom Claude *de* VERT *intitulè* Explication ſimple &c. Pariſ. MDCCXV. 12. MDCCXVIII. MDCCXXI. Latine autem Romae (a)

Praeterea ab eo habuimus luculentam adverſus Miſſale *Trecenſe* Inſtitutionem, Pariſiis MDCCXXXVII. 4. (b).

(a) Summis a BENEDICTO XIV. exiollitur laudibus *de Sacr. Miſſ. Sacrif. Lib. II. cap. XXIII. n.* 19., & de Feſtis *Lib. I. cap. V. n.* 5.

(b) Vide eumdem BENEDICTVM XIV. *de Sacr. Miſſ. lib. II. cap. XXIII. n.* 5. & 19.

de LANSHEM (*Johannes*)

VVormacienſis Germanus, *Auguſtinianus* circa ann. MCCCCXCV. ſcripſit

Speculum Miſſae.

de LANTZKRANA (*Stephanus*)

Praepoſitus Monaſterii S. *Dorotheae Viennenſis* ſaeculo XV. Plura ſcripſit, quae inter

Expo-

Expoſitio Miſſae (a).

(a) Vide Biblioth. *Fabr.* med. & inf. Latin. T. VI. p. 209.

a LAPIDE (*Johannes*)

Carthuſianus, Doctor *Pariſienſis*, quem inter praecipuos Academiae *Tubingenſis* a. MCCCCLXXVII. conditae Auctores laudat TRITHEMIVS *de ſcr. Eccleſ. cap.* 894. inde ad Canonicatum, & verbi divini adnunciandi munus *Baſileam* vocatus eſt Ejus

Reſolutio dubiorum circa celebrationem Miſſarum occurrentium prodiit *Baſileae* apud *Joh.* FROBENIVM de *Hammelburg* MCCCCXCII. 8. tum variis locis, nec uno titulo praenotata, ut *Daventriae* MCCCCXCIII. *Lipſiae* MCCCCXCIX. *Coloniae* MDI. MDVI. 4. *Antuerpiae* MDXI. 4. *Venetiis* MDXIII. per *Simonem de Luero*, & MDXVI. *Conſtantiae* MDXCVI. 12. *Pariſiis* MDXCVIII. *Patavii* MDXCIX.

LAPIVS (*Michael Angelus*)

De heroicitate virtutum in beatificandis, & canonizandis requiſita, *Romae* per *Angelum* TINASSIVM MDCLXXI. 8.

LASCARIS (*Theodorus*)

Junior, *Ducas* etiam dictus, ortu *Nicaenus*, THEODORI *ſenioris* (qui capta a *Latinis Conſtantinopoli* imperii ſedem *Nicaeam* tranſtulerat) ex IRENE filia nepos *Johannis* DVCAE IRENES conjugis & THEODORI ſucceſſoris filius natu major, Patri in Imperio ſucceſſit anno MCCLV. Ejus

Canon, ſive *ſalutatio ad Sanctiſſimam Deiparam* memoratur a CANGIO in Παρακλητικῇ. Habetur lat. ap. *Theoph.* RAYNAVDVM tom. 7. Opp. p. 368. Gr. legitur ſub finem *Paracletici*.

LATIVS (*VVolphgangus*)

Vide hujus Libri cap. I.

a LAVDE (*Paullus*)

Ord. *Min.* Strictior. obſerv. edidit

Breviarii Romani clavicularium, Venetiis typis *Marci* GINAMONI MDCXXXVI. 8.

de LAVDVNO (*Gujardus*) (a)

Ex Cancellario *Pariſienſis Academiae* fuit is a. MCCXXXVIII.

ad

ad *Cameracenſem* Epiſcopatum evectus, obiitque a. MCCXXVIII. Scripſiſſe a FABRICIO fertur opuſculum *de officiis divinis*, ſive *Eccleſiaſticis*.

(a) *VViardum* alii appellant, immo & *Godefridum*, *Guidonem*, & *Gilonem* de *Lauduno*.

DE LAVDVNO (*Guillielmus*)

De eo Auctor primae vitae BENEDICTI XII. apud BALVZIVM *Papar. Avenion. p.* 208. ait: *item* Toloſae Guillelmus de MONTE LAVDVNO, Abbas *Monaſterii novi* PICTAVIENSIS (ab anno MCCCXXXIV.), *doctor elegantiſſimus decretorum*, *qui ſuper* Clementinis *lecturam perutilem edidit*, *&* SACRAMENTALE (ſeu Sacramentarium ex GELASIANO, & GREGORIANO mixtum) *compoſuit*. Servat hujuſmodi *Sacramentale* MS. in 8. Avenione Bibliotheca D. *Joſephi Aloyſii Dominici* Marchionis *de* CAMBIS Confer ejus Bibliothecae Catalogum Avenione vulgatum MDCCLXX. pag. 206.

LAVNOIVS (*Johannes*)

Diſſ. de veteri more baptizandi Judaeos, & infideles (a)

Diſſ. de priſcis, & ſolemnibus Baptiſmi temporibus (b)

De Sacramento Unctionis infirmorum, *Pariſiis* MDCLXXIII. 8.

De veteri ciborum delectu in jejuniis Chriſtianorum (c)

(a) Exſtat in ejus operibus *T. II. P. II. pag.* 700. *Coloniae Allobrog.* MDCCXXXI.

(b) Ibid. *pag.* 708.

(c) Ibid. *pag.* 655.

LAVORIVS (*Julius*)

Laurinas, Protonotarius Apoſtolicus edidit

1. De Jubilaeo, & Indulgentiis, *Romae* per *Alexandrum* ZANNETTVM MDCXXV. 4.

2. Varias lucubrationes Canonicas (a) *Romae* per Franc. CORBELLETTVM MDCXXVIII. f.

(a) Ubi de Conclavi, conclaviſtis, & eorum privilegiis, & de his quae fiunt Sede Vacante.

LAZERI (*Petrus*)

In Collegio Romano hiſtoriae Eccleſiaſticae Clariſſimus Profeſſor edidit

De

De Sacra veterum Chriſtianorum Romana Peregrinatione diſquiſitionem Romae MDCCLXXIV. 4.

De Liminibus Apoſtolorum diſquiſitionem hiſtoricam, ibidem MDCCLXXV. 4.

De falſa Veterum Chriſtianorum Rituum a ritibus Ethnicorum origine Diatribam, ibid. MDCCLXXVII. 8. (a).

(a) Vide in haereticorum Librum indice MIDDLETON, MVSSARD, quos erudita haec diatriba potiſſimum ſpectat, ac redarguit.

LEDESMA (*Jacobus*)

Hiſpanus praeter alia, quae ab ALEGAMBIO, MIRAEO *de Scriptor. Saec. XVI. cap.* 126. *&* *Nicolao* ANTONIO indicantur, ſcripſit

De Sacrificio Miſſae, ceteriſque officiis in Eccleſia Chriſti Hebraea *tantum*, Graeca, *aut* Latina *Lingua celebrandis* (a)

(a) Exſtat in collectione *Pariſienſi* Auctorum Sacrae Scripturae vulgares translationes damnantium (Vide *Clerum Gallicanum*): ſed antea *Coloniae* prodierat MDLXXIV. 8. hoc titulo: *de Diuinis Scripturis quauis paſſim lingua non legendis, & Sacrificio Miſſae.*

LEO (*Marcus Paullus*)

De auctoritate & uſu Pallii Pontificii, *Romae* apud *Ludovicum* GRIGNANVM MDCXLIX. (a).

(a) Opus praeclarum. De Auctore vero confer ALEGAMBII Bibliothecam.

LEQVEVX (*Claudius*)

Pariſiis Capellanus S. IVONIS edidit

S. IVONIS Presbyteri officium proprium, *Pariſ.* MDCCLXI. 12.

LESLEVS (*Alexander*)

Scotus Aberdonienſis, patiens antiquitatum omnium inveſtigator, earumdemque interpres eruditiſſimus (a) edidit *Romae*

Miſſale Mozarabum 4.

luculenta praefatione, & exquiſitiſſimis adnotationibus illuſtratum (b)

Praeterea impiam epiſtolam, qua *Romanae* Eccleſiae caeremonias cum Ethnicis MIDDLETONIVS contendit, confutandam ſuſceperat (c).

(a) Confer Annales Litterarios *Italiae T. III. P. II. pag.* 494. ubi ejus die 27. Martii a. MDCCLVIII. defuncti elogium dedimus.

(b) Vide dicta hujus Bibliothecae *Lib. I. cap. VI. art. VI. n. 5. ſeq.*

(c) Adi sequentem heterodoxorum indicem V. MIDDLETON.

LEVERA (*Franciscus*)

Dissertatio de die, quo festum Paschae celebrandum est hoc anno MDCLXVI. (a).

(a) Vide infra V. PETIT.

LIGNANVS (*Johannes*)

A *Lignano* vico agri *Mediolanensis* appellatus Pontificii juris consultissimus pro VRBANO VI. (non V. ut perperam a *Marco* MANTVA deceptus CANGIVS ait) multa scripsit, obiitque a. MCCCLXXXIII. quemadmodum recte FABRICIVS coniicit *T. IV. Bibl. Med. & Inf. Latin. pag.* 95. In Bibliotheca *Basileensi* exstat MS. ejus tractatus

De horis Canonicis

LILIVS (*Aloysius*)

Mathematicus insignis, inquit MIRAEVS *de Script. saec. XVI. cap.* 104. *p.* 205. FABRIC. edit. scripsit librum *de restitutione anni, & Kalendarii Ecclesiastici*: sed nescio an. typis excusus fuerit. Hoc scio, illius libri compendium *Romae* MDLXXVIII. in 4. excusum fuisse: quod postea GREGORIVS XIII. examinandum transmisit ad Christianos Principes, & peritos Mathematicos.

LINDANVS (*VVilhelmus*)

Gandavensis Episcopus, & adversus *Calvinianos* strenuus Catholicae rei propugnator (a) ex SIRLETI Codice

Liturgiam S. PETRI

vulgavit cum apologetico (b), quod C. BONA etsi LINDANI sententiam convellit, *multa tamen Eruditione refertum* appellat.

(a) Confer MIRAEVM *de Scriptor saec. XVI. cap.* 121.
(b) Vide dicta *Lib. I. cap. III. art. II.* §. 1. *n.* 2.

de LINHAM (*Radulphus*)

Mathematicus *Anglus* circa ann. MCCLVI. auctor fuit expositionis Calendarii Ecclesiastici, sive computi de embolismorum ratione inter BEDAE opera evulgati.

de LIPSIA (*Balthasar*) (a)

Edidit *Expositionem Canonis Sacratissimae Missae* Lipsiae MCCCC.

MCCCCXCVII. apud *Conradum* KACHELOFEN ibid. MDIV. per *Melchiorem Lotter* MDVII. ibid. apud eumdem, itemque ibidem MDXV. (b).

(a) XV. saeculo floruit, eratque apud *Lipsienses* Collegii D. *Bernardi* Provisor, tum *Portensis Cistercienſium* Abbas XXI. De eo Anonymus apud *Joachimum Johanem* MADERVM in *Scriptorum insignium, qui in celeberrimis, praesertim* Lipsiensi, VVittembergensi, Francofordiana *ad* Oderam *Academiis a fundatione ipsarum ad annum Christi* MDXV. *floruerunt, centuria* Helmaestadii MDC.

(b) Quo anno *Balthasar* decessit. Hasce rarissimas editiones ignoravit LEICHIVS in suis *Annalibus typographiae Lipsiensis*. Confer *Davidis* CLEMENT *Bibliothecam curiosam* T. II. *pag.* 382., & FREYTAGII *Adparatum litterarium Tom. III. pag.* 712.

LOARTES (*Caspar*)

De sacris peregrinationibus, Reliquiis, & divitiis, *Coloniae* MDCXIX. 4.

LOBBETIVS (*Jacobus*)

De Religioso Templorum cultu, *Leodii* MDCXLI 4.

LOCHMAYR (*Michael*)

De *Haidegg* a. MCCCCLXXIV. *Viennensis* Academiae Rector, scripsit *Parochiale Parochorum*, sive *Curatorum*, cujus capita sunt

De jure Parochiali, quid sit, & in quibus situm sit
De decimis, & Primitiis
De Proventibus
De Missis audiendis
De Sepulturis, & remediis
De canonica portione
De benedictione nubentium
De collatione Sacramentorum.

Sex post MICHAELIS obitum annis (decessit enim MCCCCXCI.) a. MCCCCXCVII. prodiit hic liber *Lipsiae*. Fit ejus mentio ab Auctore operis inscripti: *Scriptores antiquiss. ac celeberrimae Universit. Vienn.* P. II. Viennae MDCCXLI *pag.* 18. *seqq.* Vide supra de LANGESTEIN.

LOHNER (*Tobias*)

1. Instructio practica prima de Missae Sacrificio juxta ritum Romanae Ecclesiae offerendo, *Dilingae* MDCCXVII. 8. & *Venetiis* apud ALBRIZZIVM MDCCXXXIV. 8.

2. Inſtructio practica ſecunda de horis Canonicis juxta rubricas Breviarii Romani recitandis, *Dilingae* MDCCXV. 8.

(de) LONDRES (*Theophilus Ignatius Anſquer*)

Lettre ſur le conclave, & les ceremonies, qui le precedent, & le ſuivent avec Deux liſtes des Cardinaux actuellement vivans &c. 8.

Data eſt ea epiſtola *Burdigalae* III. Novembr. MDCCLXXIV.

LONGHVS, ſeu de LANGHE (*Oliverius*)

Ord. S. *Ben.* Prior ad S. BAVONEM prope *Gandavum* circa a. MCCCCL. ſcripſit Librum

De defectibus circa Miſſam

LONIGO (*Michael*)

Dell'uſo delle veſti de' Signori Cardinali tanto nelle Chieſe di Roma, *quanto fuori*, Venetiis apud *Evangeliſtam* DEVCHINVM MDCXXIII. 8. (a).

(a) Editus fuit hic Liber a *Blaſio* LONIGO *Ateſtino* Canonico Auctoris nepote.

Quoniam vero LONIGI meminimus, non injucundum erit Lectoribus, ſi nondum editam ejus epiſtolam ad Cardinalem RIDOLFI heic ſubiiciam. Scripſit illam *Michael* anno Jubilaeo MDC. imminente.

„ Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Signore.

„ L'uſo d'aprir, & ſerrar nel principio, & fine dell'anno del Giu„ bileo quella porta delle quattro principali Baſiliche di *Roma*, che „ ſi vogliono chiamar Sante, non ſolo non è antico, ma anzi per„ che appreſſo *Bonifazio* VIII. che ſecondo la più commune, & „ più vera opinione ordinò l'Anno Santo, appreſſo *Clemente* VI., „ *Bonifacio* IX. *Martino* V. *Nicola* V., & *Siſto* IV. che l'uno doppo „ l'altro celebrorno queſt'anno Santo, non ſi trova memoria, o in„ ditio alcuno di queſte porte, ſi ſtima novo, & moderno, introdot„ to forſe attorno il Pontificato d'*Aleſſandro* VI. all'hora, ch'egli „ l'anno di Chriſto 1500. doppo *Bonifatio* VIII. l'ottava volta cele„ brò felicemente l'anno ſolenne del Santiſſimo Giubileo.

„ E' ben buona, ſanta, pia, & laudabile l'introduttione di que„ ſte porte, poiche aprendole dimoſtra il Pontefice con l'autorità „ che tiene da Chriſto di ſpalancar in queſt'anno le Porte del Cie„ lo, *Volentibus introire*, & di aprire il Teſoro di Santa Chieſa per „ dover diſtribuir quello con liberaliſſima mano a beneficio dell'a„ nime de' fedeli: Ma il modo d'aprirle, & ſerrarle, murandole, „ & ſmurandole, o atterrandole con martelli, non è buono, ne bel„ lo, non mi è piaciuto: ne l'ho lodato mai. „ „ Per-

„ Perche rappresentandoci, come ho detto, queste porte le porte del Cielo, o quelle del Tesoro di Santa Chiesa, & il sommo Pontefice nell' aprirle insinuandoci la potestà, che tien da Christo di poter a sua voglia aprir, & serrar le Porte del Cielo, e del tesoro predetto; sendo questa potestà stata conferita da Christo in S. *Pietro*, & successori, sotto metafora de chiavi, & non di martello, dicendo, *Tibi dabo Claves*, non *tibi dabo malleum* (onde perciò fu detto S. *Pietro clavicularius Regni*) certo ci allontaniamo molto dalla predetta metafora delle chiavi usata da Christo, mentre nell' atto di aprir queste porte, nel qual s' esercita principalmente questa potestà, ci serviamo non de chiavi, ma de martelli; perche veniamo tacitamente a confessare, ch' il Pontefice non sii portinaro del Cielo, ma muratore; che le porte del Cielo murar si sogliono, & non aprir, & aprir non con chiavi, ma con martelli, & secondo questo pajono a certo modo ociose quelle due chiavi, delle quali l' Insegne del Pontefice ornar si sogliono, perche se la potestà sua esercitar si deve con martelli, & non con chiavi, certo le dette Insegne ornar si dovranno con due martelli, & non con due chiavi.

„ Però per persistere nella metafora sopradetta ho creduto sempre, & credo, sarebbe meglio più riguardevole, & più devoto, & insieme più efficace per esprimer la qualità del Misterio, che si rappresenta, se nel fine dell' Anno Santo queste porte si serrassero con chiavi, & non si smurassero, & parimente nel principio dell' altro con chiave s' aprissero, & non s' atterrassero con martelli, perche veramente, che ha che far il smurar con l' aprire, con un Portinajo un Muratore, con le chiavi i Martelli?

„ Vorrei io dunque Monsr. Illustriss. che la Porta Santa vecchia, poiche rende diforme notabilmente il bellissimo portico della Basilica Vaticana, & è posta in luogo tale, che si può dir incommodo, ed inutile, si levasse totalmente. E perche le cinque Porte della detta Basilica, significano le cinque Piaghe di Christo per alluder a quella del Costato, dalla quale, secondo l' opinione de' SS. PP. uscirono i Sacramenti, che ci aprono l' ingresso alla Chiesa trionfante, & al Regno de' Cieli; vorrei, che per Bolla speciale di N. S. si subrogasse in loco della vecchia la Porta a man destra della Porta di Bronzo, la quale ornata decentissimamente non si murasse, o smurasse più mai, ma con due grandi, e bellissime chiavi, una d' oro, & l' altra d' argento a tempi debiti s' aprisse, & serrasse per mano del sommo Pontefice, & che l' istesso si facesse delle Porte Sante dell' altre Basiliche di Roma, che s' aprissero con chiavi, & non si smurassero con martelli, perche così s' alluderebbe mirabilmente alle due chiavi dell' Ordine, & della giurisdittione, di che ornar si sogliono l' armi del Sommo Pontefice; si persisterebbe nella metafora usata da Christo nel dare la potestà a S. *Pietro*; s' esprimerebbe più efficacemente il misterio, e si dimostrerebbe il sommo Pontefice quello, che veramente è, portinajo del Cielo, e non Muratore. „

„ Vor-

„ Vorrei inoltre per reputazione, & ſplendor del negotio, che „ queſte otto chiavi delle quattro Porte Sante ſi conſervaſſero nel „ Teſoro di Caſtel Sant' Angelo, & quando di là ſi doveſſero levar „ per ferrare, & aprire le dette Porte, queſto ſi doveſſe far per ma- „ no del Penitenziere Maggiore; il quale con ſolenne cavalcata pi- „ gliarele da quel luogo le portaſſe al Papa, & adoprate che foſſero „ con l' iſteſsa Pompa al Teſoro le riportaſse, & haec ſunt &c. „

Di V. S. Illuſtriſs., & Reverendiſs.

„ Humiliſſimo, & Devotiſſimo Servitore
„ Michel Lonigo.

Quum autem CLEMENS VIII. hoc negocium S. Ritnum Congregationi commiſiſset, veritus *Michael*, ne illa quadam in antiquas conſoetudines reverentia nihil innovandum ſtatueret, Summo ipſi Pontifici libellum ſupplicem obtulit ejuſmodi.

„ Beatiſſimo Padre.

„ POichè la Santità Voſtra ricercando il parer della Sacra „ Congregazione de' Riti ſopra quel mio penſiero attorno „ il modo di aprir & ſerrar le Porte Sante nel principio & fine dell' „ anno del Santiſſimo Giubileo, moſtra chiaramente al mondo, che „ non ſolo non le ſpiace il ricordo, ma anzi quando ſii conoſciuto „ giuſto, che vorrà metterlo in eſecutione. Sapendo io per eſperien- „ za, che nella detta Congregazione ſi fa per l' ordinario gran capi- „ tale delle conſuetudini antiche, & che ſi ſogliono ivi dar queſte „ riſpoſte: *ſervetur conſuetudo: ſervetur ſolitum*; dubitando che con uno „ di queſti incontri non vadi a terra un così ſanto negotio, proſtrato „ a ſuoi Santiſſimi Piedi, humiliſſimamente dico

„ Che non ſi devono veramente ne levar mai imprudentemente, „ ne admetter indiſtintamente tutte le ſorti di uſi, riti, o conſoe- „ tudini nella Chieſa di Dio; ma in caſi tali ſi deve haver ſempre „ l' infraſcritta conſideratione.

„ O la conſuetudine che ſi tratta di levar, o di admettere, è „ buona, giuſta, & ragionevole; o è cattiva, non giuſta, & intro- „ dotta ſenza ragione alcuna.

C. Conſuetudinem XI. diſt. „ Nel primo caſo quando la conſuetudine, o rito è buono, giu- „ ſto, & ragionevole, & non diſcorda in conto alcuno dalla legge „ di Dio, non ſolo non ſi deve levare, ma piuttoſto promover, & tirare

C. Fruſtra. 8. diſt. „ inanzi. Perchè dice S. Agoſtino *Lib. 2. de Bapt. ſi conſuetudini ve- „ ritas ſuffragetur, nihil oportet fortius retineri*, & nel Lib. *II.* „ *A conſuetudine non eſt recedendum, niſi rationi adverſetur*. Perchè dice „ S. Bernardo *ad Canon. Lugdun. Contra Eccleſiae ritum praeſumpta novi- „ tas mater eſt temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, & filia levitatis. Si-*

C. Eccleſiaſticar. XI. diſt. „ *enim attentaverimus*, dicono i Sagri Canoni, *conſuetudines Eccleſiae, non „ per ſcripturas a Patribus traditas, nihil aeſtimare, quantum religio de- „ trimentum ſit latura, iutente inſpicientibus aliquando conſtabit*. Et per-

„ ciò

„ eiò dice S. Agostino ad Casulanum epist. 86. *In iis rebus, de qui-* C. in lit. XI. dist.
„ *bus nihil certi statuit divina scriptura, mos populi, & institutа majorum*
„ *pro lege servanda sunt; & sicut praevaricatores divinarum legum, ita*
„ *contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.*

„ Ma se il rito o la consuetudine già introdotta è cattiva (o
„ anco indifferente, ma non però giusta, cioè non secondo i precet-
„ ti o consigli di Dio), ne ragionevole, cioè, che non se ne può
„ render ragione alcuna, o al meno non sufficiente, ne buona, in
„ tal caso venendoci alle mani un rito migliore, più vero, più giu-
„ sto, & più ragionevole, dovremo in ogni modo spiantar il primo
„ rito dalla Chiesa di Dio, & piantarvi questo. Perchè dice S. Ci-
„ priano nell' epistola ad *Pompejum: Consuetudo, quae apud quosdam obre-* C. Consuetudo
„ *pserat, impedire non debet, quominus veritas praevaleat & vincat. Nam* 8. dist.
„ *consuetudo sine veritate vetustas erroris est; propterea relicto errore*
„ *sequamur veritatem, scientes, quia & apud Esdram veritas vicit, sicut*
„ *scriptum est.* Et S. Agostino lib. 3. de Bapt. c. 6. *Nemo consuetudinem* C. veritate 8. dist.
„ *rationi & veritati praeponat, quia consuetudinem ratio, & veritas sem-*
„ *per excudit.* Et S. Isidoro in Synon. Lib. 2. *Consuetudo auctoritati* l. 2. quae sit lon.
„ *cedat, & pravum usum lex, & ratio vincat. Consuetudinis, usuſque lon-* con.
„ *gaevi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momen-* C. Consuetudo
„ *to, ut aut rationem vincat, aut legem scriptam.* „ XI. dist.

Frustra tamen conatus omnis *Michaeli* cessit. S. C. Patres CLEMENTI auctores fuerunt, ut consuetudinem servaret. Ceterum *Michaelis* consilium prudens, atque Apostolicae dignitati maxime consentaneum quis fuisse inficietur? Quamobrem non inutilem fortassis sacrorum Rituum studiosis navasse operam videbor, qui illud in hominum memoriam revocarim; quod in Annorum Jubilaeorum historiam superiore anno praestitissem, si haec monumenta mihi tunc nota, ac pervia fuissent.

LOPEZ (*Petrus*)

Diaconus Civitatis *Toletanae* edidit *Hispane Ritos, ceremonias, y orden, que han de saber, y observar los Sacerdotes, y Ministros en la Missa, conforme el Missal Romano hecho por el Papa Pio V. y reconocido por el Papa Clemente VIII. con glossas para declaracion de algunas de las Rubricas, Ritos, y ceremonias del dicho Missal*, Barcinone typis *Sebastiani* MATHENAR, & *Laurentii* DEV MDCVIII. 8.

LOTTINI (*Joh. Franciscus*)

Diss. de Sacris Cardinalium Comitiis, sive de Conclavi (a)

(a) Edidit Auctor Italice. Nos titulum reddidimus latinae interpretationis, quam *Gaspar* BNS intulit ib *Thesaurum Politicum* P. I. pag. 519.-533. *Coloniae* MDCIX. Exstat etiam cum Commentario de electione VRBANI VIII. & INNOCENTII X., quem *Hermannus* CONRINGIVS vulgavit *Helmstadii* MDCLI. 4.

LVAL-

LVALDI (*Michael Angelus*)

L' inviſibile del viſibile ſacrificio ſpiegato, Romae apud *Angelum* BERNABO' MDCLX. 16.

de LVBECK (*Rodulphus*)

Vixit a. MCCCXXIII. ſcripſitque *Paſtorale novellum*, ſive ſummam ſacramentorum, rituum, vitiorum verſu hexametro. Exſtat MS. in Bibliotheca Monaſt. *Benedictino-Burani*, teſte PEZIO *Theſ. anecd. T. III. P. III. pag.* 629.

LVBIN (*Auguſtinus*)

Office de la ſemaine ſainte, *Lat-Gall.* Pariſiis MDCLXX. 12.

LVCATELLI (*Petrus*)

Conjurationes potentiſſimae, & efficaces ad expellendas, & fugandas aereas rempeſtates a daemonibus per ſe, ſive ad nutum cujuſvis diabolici miniſtri excitatas; ex diverſis, & probatis Auctoribus collectae (a).

(a) Liber Romae in vetitorum librorum indicem relatus a. 1715. ſive 11. Januarii, ut in Rituali Romano legimus, ſive 4. Decembris, uti in Indice Librorum prohibitorum editum eſt.

LVNADORO (*Hieronymus*)

Exſtat ejus libellus inſcriptus: *Relazione della corte di* ROMA a. MDCXLI. *Bracciani* primum editus, recuſus deinde apud *Bortoli Venetiis* MCCII. (a).

(a) Hunc librum *Romae* a. MDCCLXV. recudit pluribus auctum, in duoſque tomulos tributum *Andreas* TOSI. Anno vero MDCCLXXIV. TOSIANVM exemplar non paucis in locis emendatum, meiſque adnotationibus illuſtratum emiſi ex Romano *Johannis* BARTOLOMICCHI typographio.

In primo volumine quidquid ad funus Romani Pontificis, novique electionem, ejuſque ſacras functiones ſpectat; in altero quae ad Cardinales, Curiaeque Romanae univerſos Magiſtratus pertinent, Lectores invenient: qua de cauſſa locum huic operi in noſtra Bibliotheca dedimus.

LVPICINI (*Antonius*)

Breve diſcorſo ſopra la riduzione dell' anno, ed emendazione del Calendario. *Florentiae* in *Bartholomaei Sermortellii* typographio MDLXXVIII. 14.

LV-

LVPVS (*Chriſtianus*)

Doctiſſimus vir ex ordine Eremitarum S. AVGVSTINI a. MDCIXXXII. defunctus *Lovanii*, cujus opera *Venetiis* MDCCXXIV. pluribus voluminibus in fol. comprehenſa prodierunt cum CHRISTIANI vita a *Joſepho* SABATINIO compoſita, editaque prius *Lovanii* apud *Hieronymum* HEMPAEVM a. MDCLXXXII.

In his ut ſcholia & notas omittam in Synodorum generalium, & Provincialium decreta, & Canones, exſtant

1. Diſſertatio de Sanctiſſimi Sacramenti publica expoſitione, & de ſacris Proceſſionibus, *Leodii* per *Henricum* HOYOVX MDCLXXXI.

2. Diſſertatio de conſecratione Epiſcoporum per *Romanum* Pontificem, quae etiam in *Bibliothecam* ROCCABERTI illata fuit *Tom. VI. pag.* 651.

3. Diſſertatio de veteri diſciplina militiae Chriſtianae, jam edita in Auctoris operibus poſtumis *Bruxellis* MDCXC. 4. pag. 228. ſeqq.

4. Diſſertatio de Sacerdotalis benedictionis antiquitate, forma, & fructu, & de malidictione.

de LVTZEMBVRGO (*Bernardus*)

Ord. *Praedic.* de quo praeter alios conſulendus P. HARTZHEIM *Biblioth. Colon.* p. 32., obiit *Coloniae* a. MDXXXV. die VI. octobris. Plura ſcripſerat. In his

1. *Quodlibetum de* JVBILAEO anno ſaeculari in univerſitate *Lovanienſi* determinatum occaſione Jubilaei ab ALEXANDRO VI. conceſſi, & *Antuerpiae* ſumma pietate celebrati. *Antuerpiae* MDI. 4.

2. Opuſculum *de Jubilaeo*, ſive peregrinatorium ad Urbem *Romam* in XXX. dietas redactum, in quo mirae antiquitates, & Sacrorum Interpretum ſententiae referuntur, *Coloniae* apud QVENTEL MDXXV. 4.

M

MABILLON (*Johannes*)

Praecipuum doctiſſimae Congregationis *Sanmauraeae* decus (a) edidit

1. Diſſertationem de Pane Euchariſtico azymo, ac fermentato, Lutetiae per Ludovicum BILLAINE MDCLXXIV. 8. (b)

2. De Liturgia Gallicana libros tres.. Adcedit diſquiſitio de curſu Gallicano, ſeu de divinorum officiorum origine, & progreſſu in Eccleſiis Gallicanis, Pariſiis MDCLXXXV. 4. & MDCCXX. 4. (c)

3. Muſeum Italicum, ſive collectionem veterum ſcriptorum ex Bibliothecis Italicis, nempe Iter Italicum Litterarium, opuſcula Patrum, Sacramentarium, & Poenitentiale Gallicanum Lutetiae per Edmundun MARTIN MDCLXXXVII. 4. T. I. & T. II. complectentem antiquos Libros Rituales S. R. E. cum commentario praevio in ordinem Romanum ibid. MDCLXXXIX. & iterum MDCCXXIV. 4.

4. Sub nomine EVSEBII *Romani* epiſtolam de cultu Sanctorum ignotorum MDCXCVII. & MDCCV. Pariſiis, quae ſecunda editio aucta & correcta (d)

Adcedunt his poſtuma, nempe

1. Opera poſtuma (e) DD. Joh. MABILLONII, & Theodorici RVINART. cura & ſtudio D. Vincentii THVILLIER, Pariſiis MDCCXXIV. T. III. 4. (f)

2. Praefationes in Acta Sanctorum Ordinis S. BENEDICTI conjunctim editae: ejuſdem diſſertationes VI. Tridenti MDCCXXIV. 4. & Venetiis apud Sebaſtianum COLETI, & Joſephum BETTINELLI MDCCXL fol. (g).

(a) Praeter DVPINIVM, PEZIVM, & le CERF in Bibliotheca *Maurina*, alioſque plures exſtat praeclariſſimi hujus Monachi vita ſeparatim edita.

(b) Exſtat etiam in Bibliotheca ſelecta de Azymo &c. Vide ſupra inter Anonymos. In hoc libro MABILLONIVS cap. XII. confutandum P. MACEDI opus ſuſceperat. Rogatus autem a C. BONA, ut hunc *militem gloriosum* plane negligeret, caput illud omiſit. Recuſa tamen deinde fuit cum hoc capite ea diſſertatio inter opera poſtuma, ut mirandum ſit nec *Tridenti*, nec *Venetiis*, ubi inter Praefationes ea quoque diſsertatio prodiit, exſtitiſse, qui Typographos de illo reſtituendo capite commonefaceret. Editum tamen fuit etiam a SALA cum BONAE epiſtolis pag. 248.

(c) De hoc, & ſequenti opere nonnulla hujus Bibliothecae libro primo adnotavimus. Illud heic moneo, ex his de Liturgia *Gallicana* libris me aliqua, ut Fleuryana *diſciplina Populi Dei Venetiis* ornatior prodiret, Tomo II., mutuatum fuiſse, tria ſcilicet capita, de Eccleſiarum, ſeu Baſilicarum forma, & diſpoſitione apud *Francos* p. 68. de Altaribus p. 79. de Miniſtrorum in Miſsa veſtibus, & apparatu p. 101.

Utram.

(d) Utramque editionem primam & ſecundam habemus in operibus poſtumis, ut mox videbimus.

(e) Deceſſit praeſtantiſſimus Senex *Pariſiis* ad S. GERMANI de Pratis MDCCVII. quinctum & ſeptuageſimum aetatis annum quum ageret.

(f) Tomo praeſertim primo, & ſecundo exſtant quae propius ad noſtram ſpectant Bibliothecam; nempe T. I.

Lib. II. *Lettres & écrits ſur la Queſtion des Azymes* p. 77.-208.

Lib. III. *Lettres & écrits ſur le Culte des Saints Inconnus* pag. 209.-364.

Lib V. *Lettres diverſes*, ubi *ſur le Jeune de la veille de l' Epiphanie* p. 431. *& communion pour les morts* p. 518. ſeq.

Tomo autem ſecundo, *Traité, ou l' on refute la nouvelle explication, que quelques Auteurs donnent aux noms de Meſſe, & de Communion, qui ſe trouvent dans la Regle de S.* BENOIT p. 272.

Addition au precedent Traité.

Diſſertatio hiſtorica de Pallio Archiepiſcopali, auctore D. Theodorico RVINART p. 399.

(g) Ex his Praefationibus aliquot diſſertationes prompſimus, quibus *diſciplina populi Dei* a FLEVRYO edita illuſtraretur; nimirum.

T. I. *de extrema unctione* p. 254. & *de ritu humandi Sacerdotes veteri & novo* p. 267.

T. II. *de oblationibus pro Sacrificii Miſſis* p. 108. *de Canonizatione Sanctorum* pag. 155. *& de Indulgentiis* pag. 235.

MACEDO a S. Auguſtino (*Franciſcus*)

Minorita *Conimbricenſis*, *Venetus civis*, & in *Patavina* Academia publicus Moralis Philoſophiae Profeſſor, qui ſi par eruditioni judicium, ac ratiocinandi vim nactus fuiſſet, inter doctiores ſuae aetatis viros cenſendus facile foret; ſed quum illi nec ſatis acre ac limatum judicium, nec prudens electio argumentorum trhraſo litterarius potius, quam litteratus vir audiit (a). Ab eo prodierunt

1. Concentus Euchologicus S. Matris Eccleſiae in Breviario, & S. AVGVSTINI in Libris, adjuncta Harmonia Exercitiornm S. IGNATII, & operum S. AVGVSTINI, Venetiis apud CIERAS MDCLXVIII. fol. (b).

2. Azymus Euchariſticus, ſive Reverendiſſ. Patris Fr. Johannis BONA Abbatis Generalis Ciſtercienſis ex Congreg. Fulienſium doctrina de uſu fermentati in ſacrificio Miſſae per mille & amplius annos a Latina Eccleſia obſervato... examinata, expenſa, refutata Veronae (c) MDCLXXIII. 8.

3. De diis tutelaribus orbis Chriſtiani (d) Ulyſippone MDCLXXXVII. fol.

Theologus erat, denatus eſt IV. Non Mart. MDCLXXII. aetatis ſuae LXVIII. (a). Ediderat

Notitia de' vocaboli Eccleſiaſtici con la dichiaratione delle Ceremonie, dell' origine dei Riti ſacri, voci barbare e fraſi uſate da' SS. Padri, Concilj, e ſcrittori Eccleſiaſtici, Romae a. MDCL. (ſecunda editio) MDCLXIX. (tertia editio) 4.

Latine extra Italiam redditum fuerat hoc opus, non tamen ex tertia *Romana* auctiore editione (b). Itaque CAROLVS DOMINICI Frater in *Romanae* ſapientiae Archigymnaſio Bibliothecae Praefectus nova illud latina interpretatione donavit, in meliorem ordinem digeſſit, pluribus locupletavit, ac tandem edidit inſcriptum

Hierolexicon, ſive ſacrum dictionarium, in quo Eccleſiaſticae voces, earumque etymologiae, origines, ſymbola, caeremoniae, dubia, barbara vocabula, atque Sacrae Scripturae, & SS. PP. phraſes obſcurae elucidantur, auctoribus *Dominico* MACRO *Melitenſi* &c. & CAROLO ejus Fratre &c. opus figuris ornatum, quod praecedit Index criticus, & ſubſequuntur contradictiones apparentes ab eodem DOMINICO conciliatae, *Romae* ſumptibus *Pontii* BERNARDONI MDCLXXVII. fol. Tom. II. (c) Venetiis recuſum fuit apud BALLEONIVM MDCCXII. 4. (d), & cum additionibus, & illuſtrationibus *Stephani* SCIVGLIAGA, Bononiae T. I. MDCCLXV. MDCCLXVII. T. II. 4.

Praeterea DOMINICVS *Romanam* Martyrologii editionem a. MDLXVIII. recenſuit, correxit, pluribuſque indicibus exornavit. (e)

(a) DOMINICI vitam *Marcus* ARGOLVS ſcripſit, quae in *Hierolexici* initio legitur.

(b) Vide Diarium Romanum litteratorum virorum a. MDCLXIX. *pag.* 93.

(c) Confer idem Diarium a. MDCLXXVII. *pag.* 129. *ſeqq.*

(d) Italicam quoque hujus epitomen *Bononiae* editam MDCLXXXII. 4. citant FABRICIVS *Bibliogr. antiq. cap. IV. n.* 1. & VVALCHIVS *Bibl. Theol. T. III p.* 674.

(e) Vide hujus Biblioth. *Lib. I. cap. IV. art. III. n.* 8.

de MADRIGAL (*Joh. Baptiſta*)

Tratado breve ſobro los myſterios de la Miſſa, *Conchae* MDC. 8.

MAGAGNOTTI (*Petrus*)

Presbyter atque Theologus ad *Patavinum* Collegium adgregatus edidit

De

De antiquo ritu offerendi Deo pueros adhuc impuberes in Monaſteriis, praeſertim ſub regula S. BENEDICTI, diſſertationem (a).

(a) A me recuſam T. II. *Diſciplinae Populi Dei pag.* 321. *ſeqq.*

MAGGI (*Laurentius*)

Mediolanenſis Archipresbyter vulgavit

I ſacri Inni, che ſi leggono nella Santa Chieſa Catholica tradotti, e commentati in lingua volgare, *Venetiis* apud *Franciſcum* RAMPAZZETTVM MDLXVII. 8.

MAGIVS (*Franciſcus Maria*)

E Clericis Regularibus Vir magni nominis edidit

De Sacris caeremoniis circa Salutationem Angelicam, domus Dei decorem, & Eccleſiaſticam honeſtatem, *Panormi* per *Andream* COLICHIVM MDCLIV. fol.

de Sacris Caeremoniis in officio, & choro ibid. per *Auguſtinum* BOSSIVM MDCLXVI. fol.

MAGIVS (*Hieronymus*)

De Tintinnabulis cum notis *Franciſci* SWERTI *Amſtelodami* MDCLXIV. 12.

MAGNINVS

Mediolanenſis Medicus, de quo ARGELATVS, ſcripſit circa ann. MCCC. parvum opuſculum *de Myſterio baptiſmatis*, illud ipſum fortaſſe, quod MARTENIVS vulgavit *de ant. Eccl. Ritib.* T. I.

P. MAHOVDEAV

Analyſe aſtronomique de l' hypotheſe Lunaire du Calendrier Gregorien (a).

(a) Exſtat in Monumentis *Trivultianis* a. MDCCXXVIII. M. Auguſt. *art.* 78. & Septembr. *art* 87. CASSINI diſſertatio de aequationibus ſuo loco a nobis indicata heic oppugnatur. V. paullo poſt *Maraldi*.

MAILLARD (*Claudius*)

Tractatus de Jubilaeo, *Bruxellis* MDCL., & *Pariſiis* MDCLI. 12. (a).

(a) Vide ALEGAMBII Bibliothecam S. I.

MAL-

MALDONATVS (*Johannes*)

Scripſit inſignem *de Caeremoniis* tractatum, quem Onomaſtico Rituali poſt hanc Bibliothecam edendo primi vulgabimus.

MALLIVS (*Petrus*)

Opuſc. ſcripſit ad ALEXANDRVM III. de Vaticana Baſilica cujus capita 27. 30. 37. & 38. MABILLONIVS edidit veluti appendicem ad Ordin. Rom. XI. *pag.* 158.

MALVETIVS (*Troilus*)

Bononienſis I. V. D. circa ann. MCCCCXLVI. ſcripſit

De oblationibus, &

De Sanctorum Canonizatione.

Utrumque opus cum aliis ejuſdem auctoris libris exſtat in *Oceano Juris*; T. XIV. illud *p.* 136. hoc ſeparatim antea excuſum *Bononiae* MCCCCLXXXVII. apud *Hugonem* de RVGERIIS pag 97.

MAMACHI (*Thomas Maria*)

Chius Ord. *Praedic.* Theologus *Caſanatenſis* ſi quas *Romae* edere coeperat MDCCXXIX.

Origines & Antiquitates Chriſtianas 4.

ac Libris XX. a ſe comprehenſum iri promiſerat, proſequutus fuiſſet, nullum aliud eſſet opus, in quo plures exſtarent rei univerſae Ritualis tractationes. In quinque tamen, quae ſolum habuimus, voluminibus, quum multa ſint ſcitu digna (a), nihil tamen eſt ad rem noſtram pertinens praeter conſpectum operis in primi tomi praefatione legendum, & geminam, quae Tomo II. exſtat diſſertationem, alteram *de peregrinationibus veterum Chriſtianorum in Palaeſtinam* p. 28. alteram p. 65. *de lumine Sancti Sepulchri*

Edidit praeterea tria volumina in 8. praenotata

de Coſtumi de primitivi Criſtiani T. I. & II. MDCCLIII. T. III. MDCCLIV. apud heredes Joh. Laurentii BARBIELLINI 8. (b)

Tomo autem Primo occurrit Cap. IV. §. II. inſcriptum *delle preghiere, de' templi, delle Feſte, e delle ſacre adunanze de' primitivi Criſtiani* p. 295-354.

Tomo II. Cap. V. §. I. p. 109. ſeqq. de Chriſtianorum jejuniis diſſeritur

Tom. III. Cap. II. diſſertatio de Agapis inſtituitur (c).

Con-

(a) Conferenda tamen omnino cum iis, quae in hiſtoria litteraria *Italiae* adnotavimus *Tom. II. p.* 363. *ſeqq. Tom. III. p.* 528. *ſeqq. Tom. V. p.* 483. *ſeqq. Tom. VI. p.* 479. *ſeqq. T. XIII. p.* 341. *ſeqq.*

(b) Et de hoc opere multa diximus in hiſtoria *Italiae T. VII. p.* 478. *Tom. VIII. p.* 371. praeſertim vero *Tom. IX. p.* 307. *ſeq.*

(c) De qua vide a nobis adnotata *cit. Tom. IX. p.* 311. *ſeqq.*

MANFREDVS (*Euſtachius*)

Epiſtola ad Dominicum QVARTARONIVM, qua Anonymi aſſertiones XXI. pro reformatione Calendarii ab illo impugnatae vindicantur, *Venetiis* MDCCV. fol.

MANFREDVS (*Hieronymus*)

de Cardinalibus, Bononiae per Joh. RVEVM MDLXXIV. fol.

MANNI (*Dominicus Maria*)

Florentinus editis libris celebrior, quam a me laudari debeat. In his

1. *Iſtoria degli Anni Santi dal loro principio ſino al preſente del* MDCCL. Florentiae MDCCL. 4. (a)

2. *Lettera intorno alle pile dell' Acqua Santa di* Firenze *ne' ſecoli baſſi* (b)

3. *della diſciplina del Canto Eccleſiaſtico antico, Ragionamento*, Florentiae MDCCLVI. in officina Joh. Bapt. SIECCHI 4.

(a) Vide hiſtoriam litterariam Italiae *Tom. II. pag.* 86. *ſeqq.* ubi etiam adnotavimus MANNIVM ſimilem ALPHANI Dominicani hiſtoriam ſibi refingendam ſumpſiſſe.

(b) Exſtat Tom. II. operis inſcripti: *Memorie di varia erudizione della Società Colombaria di* Firenze, Liburni MDCCLII. 4.

MANTVA *Bonavitus* al. *Benaudius* (*Marcus*)

Dialogus de Concilio *Venetiis* MDXLI., & in Apparatu ad Concil. LABBEI T. I.

MAPHAEVS (*Thomas*)

De Cyclorum ſublunarium inconſtantia, & emendatione, Venetiis MDCCVI. 4.

MARALDI

Reflexions de M. MARALDI *ſur la diſſertation du R. P.* MAHOVDEAV (a)

(a) *Analyſim* nuper a me indicatam. Ceterum hae MARALDII cele-

celeberrimi Mathematici animadverſiones exſtant apud *Trivultianos* a. MDCCXXX. m. Januar. art. IV. & m. Februar. art. XII.

MARANGONI (*Johannes*)

Vicetinus Protonotarius Apoſtolicus, olim Anagninae Cathedralis Canonicus (a). Exſtant praeter alia ejus opera

1. *Coſe gentileſche, e profane traſportate ad uſo, e ad ornamento delle Chieſe*. Romae apud *Nicolaum* & *Marcum* PALEARINOS MDCCXLIV.

2. Chronologia Romanorum Pontificum ſuperſtes pariete Auſtrali Baſilicae S. PAVLLI viae *Oſtienſis*, *Romae* MDCCLI. fol.

Hujus libri ea de cauſſa mentio heic a me fit, quod Auctor in praeviis Animadverſionibus agit de nominis mutatione apud *Romanos* Pontifices multo tempore uſitata, ac de variis eorumdem veſtibus & ornamentis, de varia in eorum annis putandis ratione &c. (b)

MS. reliquit diſſertationem de ſummi Pontificis electione ad S. R. E. Cardinales in Conclavi coactos.

(a) Vide ejus elogium *T. VII. hiſtor. Litter. Ital. p.* 632. obiit enim V. Februar. MDCCLIII.

(b) Confer eamdem hiſtoriam Litterariam *Ital. T. V. pag.* 571. *ſeqq.*

MARAVIGLIA (*Joſephus M.*)

Novarienſis Epiſcopus, cujus exſtat liber inſcriptus

Le prerogative de Sinodi dioceſani, *Taurini* MDCLXXVIII. 12.

MARCELLVS (*Chriſtophorus*)

Electus *Corcyrenſis* (a) edidit *Auguſtini* PATRICII Caeremoniale (b).

(a) De ejus ſcriptis, & funeſta morte plura collegit *Johannes Gerh.* MEVSCHENIVS in praef. ad novam *Caeremon. Elect. & Coron. Pontif. Rom.* editionem. Vide etiam HOFFMANNVM *in diſſ. de lib. caerem. & Rit. Eccleſ. & Cur. Rom. pag.* 26. ubi ex Tom. II. *Anecdot.* MARTENII MARCELLI ſcriptis a MEVSCHENIO percenſis addit orationem ad LEONEM X. *de ſumenda in* Turcas *Provincia*.

(b) Confer hujus Bibliothecae *Lib. I. cap. VIII. art.* 1. *n.* 8.

de MARCO (*Salvator Felix*)

In Sacroſancto Miſſae Sacrificio rite & exacte celebrando circa

generales Miſſalis Rubricas, Ritus omnes, & caeremonias S. R. F. ad illud ſpectantia decreta, & Sacri Canonis explicationem Illuſtriſſ., ac Reverendiſſ. D. F. *Paullo Alpherande* BVSSAN Archiep. *Damiatae* Epiſcopo *Melitenſi* &c. Sacerdotem apprime inſtructum *Salvator Felix* de MARCO ejus in ſeminario aliquando Alumnus in grati animi monumentum D. D. D. *Romae* ex typographia KOMAREK MDCCLI.

MARGVNIVS (*Maximus*)

Monachus primum, deinde poſt annum MDLXXXIV. *Cytherorum* Epiſcopus (a) *Menologium* in Linguam *Graecam* vernaculam vertit, ediditque, item ſynaxaria (b).

(a) Praeter FABRICIVM conſule LAMII *delicias eruditorum* in praefationibus tum ad *Michaelis* GLYCAE epiſtolas *Florentiae* editas a. MDCCXXXIX. tum in MARGVNII ipſius epiſtolas MDCCXL. vulgatas.

(b) Vide librum ſuperiorem.

A S. MARIA (*Honoratus*)

Carmelita Excalceatus celebris auctor operis inſcripti *Reflexions ſur les Regles, & l'uſage de la critique* Pariſ. MDCCXVII. T. III. 4. quod Latine reddidit Fr. *Marcus* a S. FRANCISCO *Venetus Carmelita* item *diſcalceatus*, vulgavitque *Venetiis* MDCCXXXVIII. excudente *Franciſco* PITTERI ſub titulo *Animadverſionum in Regulas, & uſum critices*

Enimvero Tomo II. Lib. IV. diſſ. IV. fuſe agit *de uſu panis azymi in Eccleſia latina*; quam diſſertationem SALA iterum exhibuit in Appendice ad Tomum II. BONAE p. XXXVII. ſeqq. diſſ. autem 4. ad examen vocat, *utrum Eccleſia* Graeca *perpetuo rem divinam in pane fermentato celebraverit*. Item diſſert. VI. diſputat *de uſu Sanctarum Veſtium in myſteriorum divinorum adminiſtratione*; hancque diſſertationem idem SALA in appendice ad Tomum I. pag. 409. recudit.

Tomo autem III. diſſ. II. agit de quibuſdam inſtitutionibus Sabbati Sancti, & temporis Paſchalis. Praeterea diſſ. III. de Liturgiis plura copioſe pertractat, ut de Liturgiis Apoſtolorum, aliiſque Liturgiis in Eccleſia *Graeca*, *Latinaque* uſurpatis; tum diſſ. IV. de Linguis, quibus ſacra myſteria peragenda ſunt. (Vide SALAM in append. ad I. & III. BONAE tomum, ubi plura ex his deſcripſit.); tandem de Reliquiis agit diſſ. VI.

de

de S. MARIA (*Joſephus*)

Sacros Ritos y Cerimonias baptiſmales, Hiſpali MDCLXXIII. 2.

MARINI (*Xaverius*)

Cathedralis *Piſaurenſis* Eccleſiae Canonicus Theologus eruditiſſimus, cnjus exſtat T. II. operis praenotati: *Saggi della Società Letteraria Ravennate* p. I. Italica diſſertatio

Se in Ravenna foſſero Chieſe pubbliche prima che COSTANTINO *il Grande daſſe la pace ai Fedeli?*

de MAROLLES (*Michael*)

L' office de la ſemaine Saint de la traduction de M. de MAROLLES; *enſemble l' explication de ſacrez myſteres par Fr.* Daniel de CIGONGNE', Lugduni MDCLXXIV. 8.

MARRA (*Donatus*)

Beneventanus Ord. S. AVGVSTINI vulgavit

Enarrationes in hymnos, qui cantantur in Eccleſia per annum, ſecundum morem S. R. E. & Ordinem Breviarii nuper editi, & ſecundum morem Religioſorum ordinum S. AVGVSTINI, BENEDICTI, DOMINICI, FRANCISCI, & CARMELITARVM. *Neapoli* apud *Horatium* SALVIANVM MDLXXVIII. 4.

de MARROCHIO (*Balduinus*)

Ejus tractatum *ad ſciendum diem menſis, & feſta Sanctorum* inter MSS. *Belgii* codices memorat *Antonius* SANDERVS *Biblioth.* BELGICAE *MS. pag.* 203.

a MARSALIA (*Gregorius*)

Siculus cognomento *Valentianus* Ord. *Minor. Capuccinorum*, cujus eſt

Hymnodia Sanctorum Patrum, quae a S. R. E. per annum decantari ſolet, commentariis uberrimis explicata, *Venetiis* apud COMBI MDCXLVI. fol. & iterum cum mantiſſa epiſtolae B. M. V. ſcriptae ad *Meſſanenſes*, *Meſſanae* typis Rev. Camerae Archiepiſcopalis MDCXLIX. fol.

MARSILIVS Columna (*M. Antonius*)

Bononienſis J. C. Archiep. *Salernitanus*. Ejus eſt

Hydragiologia, ſive de aqua benedicta. *Romae* apud *Bartholomaeum* BONFADINVM MDLXXXVI. 4.

MARTENE (*Edmundus*)

Congreg. S. MAVRI Monachus de re praeſertim Liturgica optime meritus a. MDCCXXXIX. vita functus. Ediderat

1. de antiquibus Monachorum ritibus libros quinque *Lugduni* MDCXC. 4.

2. de antiquis Eccleſiae Ritibus, *Rothomagi* MDCC-MDCCII. III. Vol. 4.

3. de antiqua Eccleſiae diſciplina in divinis celebrandis officiis *Lugduni* MDCCVI. Hoc porro opus ab Auctore locupletatum prodiit deinde *Antuerpiae*, ni malis *Mediolani*, tribus tomis in fol. Adceſſit tomus quartus ibid. MDCCXXVIII. fol. qui complectitur ejuſdem libros de antiquis Monachorum ritibus. *Venetiis Antuerpienſis* haec editio a *Joh. Baptiſta* NOVELLIO quatuor quoque voluminibus in folio, ſed typographicis erroribus deturpata exiit MDCCLXIII-MDCCLXIV.

MARTINETTI (*Antonius*) Valentanenſis

Diſſ. de Pſalterio Romano, Romae apud Johannem Mariam SALVIONI MDCCXLV. fol.

MARVS (*Joh. Baptiſta*)

Romanus, S. Angeli in foro piſcium Canonicus edidit

Diatribam de myſtica rerum ſignificatione, quae in Sanctorum Canonizatione ad Miſſarum Solemnia Summo Pontifici offerri ſolent, *Romae* typis Camerae MDCLVIII. 8.

MASERVS (*Peregrinus*) Forolivienſis

De Pallio Pontificio e B. PETRI Corpore *Orientalibus* conceſſo, diatriba *Romae* MDCLXXVIII. fol. (a)

(a) Confer ejus anni diarium Romanum litterat. Viror. *pag.* 22. *ſeqq.*, & CINELLIVM *T. III. pag.* 292.

MASIVS (*Andreas*)

S. BASILII anaphoram Latine vertit (a)

(a) Vide *Lib. I. cap. III. art. II. §. 1. n.* 13.

MASSOBRIVS (*Joh. Antonius*)

De Synodo dioeceſana *Romae* MDCXXVII. 4. (a)

(a) Vide GHILINIVM in *Theatro Litterator. viror. p.* 179.

de-

de MATTA (*Carolus Felix*)

Cremonenſis Epiſcopus S. SEVERI (a)

Noviſſimus de Sanctorum Canonizatione Tractatus, *Romae* MDCLXXVIII. fol. (b).

(a) Vide VGHELLIVM, & ARISII *Cremonam Litteratam*.

(b) Confer hujus anni diarium Romanum Litterator. viror. p. 49. ſeqq.

MAYER (*Leodegarius*)

Principalis Monaſterii *Murenſis* Monachus Presbiter. Neſcio quid *Roberto* SALAE in mentem venerit, ut (*Praef. Gen. ad opus* BONAE *Liturgicum* §. *V. pag. LXXXVIII.*) inter haereticos ſacrarum Liturgiarum, & Sacrificii Miſſae impugnatores inſigni ſane errore optimum *Benedictinum* recenſeret (a). Exſtat hujus

Explicatio compendioſa, litteralis, hiſtorica Caeremoniarum Eccleſiaſticarum, earum praecipue, quae ad S. Liturgiam ſpectant *Tugii* (b) MDCCXXXVII. 12. iterumque *Aug. Vindelic.* MDCCXLIII. 8. Id operis MAYERVS ait in Praef. ſe ſuſcepiſſe *ſuadente cum primis* Illuſtriſſ. D. PASSIONEO tunc ad *Helvetios* Summi Pontificis legato, tum etiam urgente ejus in hoc legati munere ſucceſſore Illuſtriſſ. D. *Joh. Baptiſta* ex *Comitibus* de BARNIS.

(a) In eumdem errorem me SALA pertraxit, dum de primo illius in BONAM tomo MAYERI libro nondum inſpecto egi *T. IV. hiſtor. Litter. Ital. p. 75.*

(b) Non *Tiguri*; quod ſcriptum in VVALCHII *Bibliotheca Theologica T. III. pag. 690.*

MAZZARONVS (*M. Antonius*)

De tribus Coronis Pontificis Romani, necnon de oſculo Sanctiſſimorum ejus pedum, *Romae* MDLXXXVIII. 8. & MDCIX. 8. per *Jacobum* MASCARDVM.

MAZZEI (*Joh. Andreas*)

Romae ex parentibus *Florentinis* natus MDCLXIX. Clericus Reg. S. PAVLLI (a) edidit

Methodum Sacerdotalem circa Miſſam, & divinum officium, *Maceratae* MDCCII. 8.

Moriens (b) tredecim MSS. volumina reliquit, quorum

unum

unum praenotatur: *ad ſacros ritus ſpectantia*, *&* BISSI *confutationes aliquot*.

(a) Vide *Praeſtantium virorum, qui in Congregatione* S. PAVLLI *vulgo Barnabitarum memoria noſtra floruerunt, vitas* D. Petro GRATIOLO ejuſdem Congreg. Auctore decad. I. *Bononiae* MDCCLI. p. 31. & hiſtoriam Litterariam *Italiae T. V. pag. 251. ſeqq.*

(b) Ann. MDCCXX.

MAZZINELLI (*Alexander*)

Apud Montem Faliſci Aedituus principis templi, & in ejus urbis Seminario Praefectus Studiorum, a BENEDICTO XIV. non ſemel laudatus edidit

Uffizio della Settimana Santa colle rubriche vulgari, argomenti de' ſalmi, ſpiegazione delle Cerimonie, e miſteri, con oſſervazioni ſacre, e Riſleſſioni divote. Romae apud Johannem *Mariam* SALVIONI MDCCVII. MDCCXXXV. apud *Rocchum* BERNABO', & auctius, ſplendidiuſque apud eumdem SALVIONI MDCCXLII.

MAZZVOLI (*Joſephus*)

Clericus Senenſis Metropolitanae Eccleſiae. Sub hoc tamen nomine latet Anonymus *Carmelita*, qui ut *Antonium Mariam* BASSI Calendariorum ad uſum *Faeſulanae Eccleſiae* auctorem in S. ELIAE Feſto die non rubrum, quemadmodum apud *Carmelitas* conſueverat, ſed album colorem in ſacris adhibendum eſſe contendentem non tam refelleret, quam Clerici cujuſdam adſcita perſona contemptim haberet, licet eadem, quae BASSIO, fuerit D. GVIDELLIO egregio Parocho ſententia, edidit

Apologia per la natural vita, pel futuro ritorno, e martirio del S. Profeta Elia, *e per l' uſo del color roſſo nell' Uffizio, e Meſſa in onore del medeſimo Santo*, Florentiae 1773. 4. (a).

(a) Fruſtra tamen fuerat haec apologia. Nam S. R. C. albo colore, non rubro deineeps in ſacris S. Prophetae ſolemniis utendum eſſe decrevit. Sed Carmelitici Generalis *Joſephi Alberti* XIMENEZ precibus a PIO VI. Pont. O. M. conceſſum tandem eſt, ut *Carmelitis*, ceteriſque Sacerdotibus, ſi velint, rubrum colorem adhibere liceat.

de MEDRANO (*Alphonſus*)

Edidit *Hiſpane Inſtructionem ad officium divinum a* GAVANTO indicatam. MEIE-

MEIERVS (*Jacobus*)

Ulaternis in *Balliolano* agro, ad occiduam *Flandriae* plagam natus, & LVTETIAE inſtitutus, *hymnos veterum Eccleſiaſticos reddidiſſe meliores* dicitur a MIRAEO *de Script. Eccleſ. ſaec. XVI. cap.* 64. Exſtant enimvero ejus hymni inter CASSANDRI opera *pag.* 246. 251. 252. 253. 258. 259. 264. 267. 270. 272. 273. 279. 282.

MEMMI (*Joh. Baptiſta*)

Florentinus quum in Collegio *Romano* Philoſophiae operam daret, apopletico ictu in cruribus percuſſus, quoad vixit (vixit autem multis annis) ut erat ad litterarum ſtudia a natura formatus, ad edendos libros animum contulit. In his.

Il rito di Canonizare i Santi ſpiegato, *Romae* MDCCXXVI. in officina *Hieronymi* MAINARDI 8.

de MENA (*Joh. Baptiſta*)

Floruit circa annum MDCXXVI. ediditque *hiſpane*

Expoſicion de los Hymnos del *Breviario Romano*.

MENARDVS (*Hugo*) Ord. S. Ben.

Sacramentarium Gregorianum egregiis illuſtratum adnotationibus *Pariſiis* dedit MDCXLII. 4. (a)

(a) Vide *Lib. I. cap.* 3. *artic.* 4. §. 1. *n.* 16.

MENESIVS (*Alexius*)

Ord. S. *Auguſtini*, *Goanus* Archiepiſcopus, & *Indiarum* Primas *Malabarum* Liturgiam a *Neſtorianorum* erroribus in Synodo *Angamallenſi* a. 1599. expurgavit, in ſuumque *Itinerarium Luſitanicum* intulit (a).

(a) Confer dicta *Lib. I. cap.* 3. *artic.* 3. *num.* 5.

MENGHI (*Hieronymus*)

Flagellum Daemonum

Fuſtis Daemonum (a)

Compendio dell' Arte Eſſorciſtica, e poſſibilità delle mirabili, e ſtupende operationi de' Demonj (b)

(a) Exſtat utrumque indicatum opuſculum in *Theſauro Exorciſmorum*, de quo inter Anonymos. *num.* 1. *pag.* 236. 617.

(b) In Romanum veritorum librorum Indicem illata haec omnia fuerunt Decr. IV. Martii MDCCIX.

MERA-

MERATI (*Cajetanus Maria*)

Venetus e Cl. Reg. *Theatinis* de paranda Liturgiarum *Occidentalium* collectione, ac Ven. Card. THOMASII operibus conjunctim edendis cogitaverat; at quibus ad mortem usque, quam oppetiit 8. sept. MDCCXLIV. distortus fuit curis, eae, ne illa perficeret, doctissimum virum prohibuerunt. Nihilo tamenminus, ut gravissimis utar BENEDICTI XIV. verbis, *egregia suae eruditionis specimina, quae omnium judicio probantur, & manibus teruntur, scriptis mandavit*; cumprimis vero novas observationes, & additiones ad *Thesaurum* GAVANTI Eas quatuor tomis in 4. prima *Romana* editio complectitur. Primus a. MDCCXXXVI. secundus a. MDCCXXXVII. ceteri duo ann. MDCCXXXVIII. simul cum GAVANTI opere prodierunt. *Augustae Vindelicorum* a. MDCCXL. tum etiam *Vene-* MDCCXLIX. duobus tomis in fol. insigne hoc opus recusum fuit. Aliqua tamen in eo reprehendit P. F. CAVALIERI *Augustinianus* in Libris, quos suo loco recensuimus: sed MERATIVM vindicavit larvatus *Carolus* de PONIVALLE in opere cui titulus: *Memorie intorno alla vita, e gli scritti del P. D. Gaetano Maria* MERATI &c. *colla risposta a quanto oppone il* P. M. Giammichele CAVALIERI &c. *contro le osservazioni e addizioni* Meraziane, *Venetiis* MDCCLV. apud *Marcum* CORNIONI 4. (a).

(a) Confer historiam litterariam *Italiae Tom. XIII. pag. 264. seqq.*

MERLO (*Jacobus*)

Ex *Horst* in ducatu *Geldriensi* Sacerdos, & Parochus ann. MDCXLIV. vita functus, de quo HARTZHEIM *Bibl. Colon. p.* 148. plura edidit, atque in his

Enchiridion officii divini, tum Ecclesiasticorum, tum aliorum Divinis officiis pie interesse cupientium usui accommodatum MDCXXIII. 12.

MERMANNVS (*Arnoldus*)

Flander Alorstanus Ord. S. FRANCISCI scripsit praeter alia a MIRAEO memorata *de Script. Saec. XVI. cap.* 105. & 126.

De Rogationibus
Peregrinationibus
Hymnis

& so-

& ſolemnibus ſupplicationibus cum lucernis libros III. *Lovanii* editos. Obiit ibid. MDLXXVIII.

MERSBVRGENSIS (*Michael*) Epiſcopus

Sacri Canonis Miſſae paraphraſtica explicatio, *Antuerpiae* apud *Joh.* BELLERVM MDLIX. 12.

METZLER (*Georgius*)

Directorium Sacerdotale, continens ritus ac regulas Miſſam *Romano* more devote celebrandi, & miniſtrandi

Matthias KINCKIVS illud recudit, additis piis exercitiis & brevibus meditatiunculis ante & poſt ſacrum ex R. P. *Ludovico* de PONTE, & R. P. *Jacobo* ALVAREZ, *Coloniae* in typographio *Johannis* KINCKII fratris MDCXXVII. 16.

METZLERVS (*Jodochus*)

Coenobita *Sangallenſis*, de quo *Bernardus* PEZ *T. I. Anecd. diſſert. Iſagog. p. LXXXIX.* Floruit circa annum MDCVI. Tropos ex MSS. Codd. S. GALLI collegit, quos H. CANISIVS evulgavit (a): item illuſtrium Virorum, & antiquorum Patrum Monaſt. S. GALLI epigrammata, ſeu hymnos (b).

(a) Vide *Lib. I. cap. III. art. 4. §. 1. n. 5.*
(b) Exſtant ex editione *Henrici* CANISII *T. XXVII. Lugdun. Bibl. PP.*

MEZANGVI ſeu MEZENGVI (*Franciſcus-Philippus*)

Bellovacenſis ob ſuum Cathechiſmum juſta damnatione *Romae* confixum notior, quam ceteris, quos ſcripſit, libris (a) non ſolum in Miſſali & Breviario (b) quod ab Illuſtriſſ. Archiep. VINTIMILLIO *Pariſiis* vulgatum fuit conficiendo laboravit, ſed etiam edidit

Lettres a un Chanoine ſur les nouveaux Breviaires MDCCXXXV. 12.

(a) Ejus 19. Februar. a. MDCCLXIII. defuncti vitam deſcripſit *Claudius* LEQVEVX, de quo ſupra aliquid innuimus. Libro hic titulus eſt: *Memoire ſur la vie, & les ouvrages de M.* MESENGVIS MDCCLXIII. 12.
(b) Vide *Lib. I. cap. 3. art. 5. p. 63.*

MICON (*Johannes*) Ord. Praedic.

Officium de pretioſo Sanguine Chriſti (a).

(a) Quod in Comitiis *Romanis* ordinis generalibus a. MDXLV. maxime probatum fuisse testatur *Alphonsus* FERNANDEZ *de Scriptor. Praedic. Esmil.*

MIDDELBVRGIVS, seu MIDDELBVRGIENSIS (*Paullus*)

Zeelandus rei Mathematicae peritissimus ex Medico Ducis *Urbinatis* factus, Episcopus *Forosempronienſis* IVLIO II. & LEONI X. carus fuit. *Romae* autem decessit a. MDXXXIV. aetatis 89. (a) Edidit

1. *Epistolam de Paschate observando*, & de *die Passionis* ad Universitatem *Lovanienſem*

2. *Paulinam* de Paschatis observatione libris XXXIII. constantem, quorum priores 14. de Paschate, seu de Calendarii correctione agunt, reliqui de Passione Domini, seu de die qua Christus Cruci suffixus est. Editum opus *Forosempronii* MDXIII. fol.

(a) Vide MIRAEVM *in script. saec. XVI. cap.* 41.

MINTVRNVS (*Johannes*) (a)

Scripsit

De Ecclesiae officio Libr. um

item de ministeriis Ecclesiae praestandis, orationes.

(a) De eo SCHVLTINGIVS.

de MOISSY

Methode, dont les Peres ſe ſont ſervis en parlant des Myſteres Paris. MDCLXXXIII. 4. (a).

(a) Hanc editionem ex VVALCHIO *Bibl. Theol. T. III. pag.* 682. deprompsi. Ceterum FABRICIVS *Bibl. Ant. p.* 948. a. MDCLXXXV. hunc librum refert.

MOLANVS (*Johannes*)

oratio de Agnis Dei.

de MOLEON

Voyages Liturgiques de France, ou Recherches faites en diverſes villes du Royaume, Parisiis. MDCCXVIII. 8. (a)

(a) Vide *Trivultianos* ad ann. MDCCXIX. M. Martio artic. XVII. p. 423. cum primis vero diarium inscriptum *l'Europe Savante* Mense Octobr. MDCCXVIII. art. 1. ubi non solum amplissima hu-

jus

jus operis excerpta legere eſt, ſed etiam ſub nomine D. de MOLEON latens *Joh. Baptiſta* le BRVN *deſmarets* p. 198. detegitur, ille ipſe, qui, ut ait LADVOCAT in dictionario, Breviaria *Ameliannenſe*, & *Nivernenſe* compoſuit, novamque dedit *Johannis* ABRINCENSIS *de officiis Eccleſiaſticis* editionem.

du MOLIN

Pratique des Ceremonies de l' Egliſe, Pariſ. MDCLXVII. 8.

MONALDINIVS (*Benedictus*)

Camers Monachus S. BASILII, atque in *Crypto-ferratenſi* Monaſterio Theologicarum diſciplinarum profeſſor de ASSEMANI Codice Liturgico optimemeritus. Vide Praefationem ad hujus Codicis quinctum volumen p. XXXVIII. Scripſit praeterea ad eumdem ASSEMANVM a. MDCCLII. epiſtolam ſane eruditam de *Graeco Jacobaeae* Liturgiae exemplo *Romae* apud *Baſilianos* Monachos adſervato. Prodiit in eodem quincto Codicis Liturgici tomo pag. 398.

MONCI (*Joh. Paullus*)

A' Sacerdoti breve iſtruzione delle Rubriche per ben celebrare la Santa Meſſa.

A' Chierici breve iſtruzione delle Rubriche per ben ſervire alla Meſſa cavata dal Meſſale, *Gavanti*, *Corſetto*, *Peſcham*, *Bauldrio* &c.

Editus eſt uterque libellus *Venetiis* MDCLXXXVIII. 8. a *Jacobo Dedini*. Recuſus autem eſt primus ibidem MDCCXXV.

de MONTARGON (*Hiacyntus*)

Pariſienſis Auguſtinian.

Hiſtoire de l' Inſtitution de la Fête du S. Sacrement, MDCCLIII. 12.

de MONTE LAVDVNO (*Guillielmus*)

Sacramentale ſcripſit, quod in addendis ſuperiori volumini adſcriptis *pag.* 354. indicavi. Exſtant in Regia TAVRINENSI Bibliotheca duo hujus *Sacramentalis* Codices MSS., Codices nempe inter *Latinos* CCXLV, & CCXCIII, hic XV. ſaeculo, ille a. MCCCXCVI. exaratus.

a MONTE S. SAVINI (*Sanctes*)

Auguſtinian.

Officii divini, & Sacrarum Miſſarum in dies ſingulos perpetua diſpoſitio, *Romae* apud *Joh.* OSMARINVM MDLXXXII. (a).

(a) Juſſu GREGORII XIII. editum fuiſſe hunc Libellum SANCTES ait in epiſtola, qua Card. *Petro* ALDOBRANDINIO nuncupavit ſecundam operis editionem *Romanam* apud Impreſſores Camerales MDXCV. 16. praenotatam: *directorium, ſive officii divini &c.*

MORETTVS (*Petrus*)

Eruditiſſimus S. MARIAE trans tyberim Canonicus edidit

1. de ritu oſtenſionis Sacrarum Reliquiarum Diſſertationem hiſtorico-Ritualem, Romae MDCCXXI 4.

2. De ritu variandi chorale indumentum in ſolemnitate Paſchali, Romae MDCCXXII. 4. Ubi & ſupplementum ſuperioris diſſertationis.

3. Ritum dandi Presbyterium Papae, Cardinalibus, & Clericis nonnullarum Eccleſiarum Urbis, nunc primum inveſtigatum & explanatum ibid. MDCCXLI. 4.

4. Parergon ad Lucubrationem ſuam de ritu dandi Presbyterium &c. ſive de Feſto in honorem Principis Apoſtolorum Romae ad diem XXV. Aprilis inſtituto enarrationem, Romae MDCCXLII. 4. (a).

(a) Haec MORETTI opera numquam ſine laudis praefatione Cl. CATALANVS in ſuis ad ſacras S. R. R. Caeremonias Commentariis memorat; nec injuria.

MORINVS (*Johannes*)

Bleſenſis Oratorii *Berulliani* Presbyter doctiſſimus. Omnium laudibus celebrantur ejus

1. Commentarius hiſtoricus de diſciplina in adminiſtratione Sacramenti Poenitentiae Pariſ. MDCLI. fol. Bruxellis MDCLXXXV. & Venetiis MDCCII.

2. Commentarius de ſacris Eccleſiae ordinationibus Pariſ. MDCLV. fol. & Bruxellis MDCLXXXVI. (a)

3. Opera poſtuma Pariſ. MDCCIII. 4. (d)

4. Epiſtolae ſeptem ad Leonem ALLATIVM de Graecorum Baſilicis (c).

(a) Cl. ASSEMANVS egregium hunc MORINI Commentarium in partes ſectum Lib. VIII. ſui Codicis Liturgici recudere coeperat.

Vide

(b) Vide *Trivultianos* m. sept. MDCCIII. art. 155. Ex his postumis MORINI operibus Cl. SALA in appendice ad Tom. I. Rer. Liturgic. BONAE dissertationem recudit *de disciplina a Patribus observata in expiatione Catechumenorum, & eorum ad Baptismi susceptionem praeparatione*. Ceterum multo plura MORINI opuscula, quam quae hoc libro continentur, se publici juris facturum *Paschasius* QVESNELLVS receperat. En ex Elencho qui a. MDCLXXVII. in Diario Romano Litterat. viror. *p.* 95. legitur, eorum omnium indiculum, quae ad nos pertinent.

I. *De Basilicis Christianorum singulisque earum partibus opus exquisita eruditione refertum, Capitibus XLVII. Paginisque* 335. *contentum.*

II. *De iisdem Basilicis alterum brevius opusculum centum fere paginarum, aliqua continens, quae in priori desiderantur, puta de oblatione olim in Basilicis fieri solita.*

III. *De Graecorum Ecclesiis ad* Leonem ALLATIVM *epistola prolixa cum earumdem delineatione.*

IV. *Altera de materia eadem epistola, quam sequutum est* ALLATII *responsum in lucem nuper editum a R. P.* Richardo SIMONE *nostrae Congregationis Presbytero.*

V. *De Paschate, seu de vetustissimis Christianorum Paschaliis Exercitatio Ecclesiastica, quam olim a se edendam promiserat* MORINVS *ipse in Praefatione Exercitationum Ecclesiasticarum.*

VI. *De Sacramento Confirmationis dissertatio, in qua praesertim celebres de ejus materia, & Ministro quaestiones ventilantur.*

VII. *De disciplina a Patribus observata in Expiatione Catechumenorum, & eorum ad Baptismi susceptionem praeparatione Tractatus ducentarum fere paginarum.*

VIII. Christiani LVPI Augustiniani *Epistola ad* Johannem MORINVM *de aliquot circa antiquam Poenitentiae administrationem difficultatibus.*

IX. *Ad eumdem* MORINI *Epistolica responsio.*

X. *Epistola de explicatione vocis* confirmari *in Ordine* Romano *de communicantibus Sanguinis Christi agente.*

(c) Exstant T. I. operis inscripti: *Continuation des Memoires de litterature, & d' histoire* Paris. MDCCXXX. p. 431. Harum una aut altera in adlato QVESNELLI elencho indicata fuisse videtur.

MVLLER (*Johannes*)

Regiomontanus notior cognomine *de Monte Regio*. De eo plura RICCIOLVS in *Almagesto*, & GASSENDVS in ejus vita. *Romam* a. MCCCCLXXV. a SIXTO IV. qui absentem jam designarat Episcopum *Ratisponensem*, ad Kalendarii correctionem evocatus est. Hinc Librum scripsit

de instauratione Kalendarii Ecclesiae

Verum rebus infectis, pestilenti febre, vel ut alii suspicati sunt, a *Georgii* TRAPEZVNTII filiis ob invidiam veneno ereptus

ptus est VI. Julii a. MCCCCLXXVI. annum agens aetatis XLI.

MVLMAN (*Johannes*)

Lipsiensis S. J. obiit MDCLI. Edidit

disputationem de Missis privatis contra CALIXTVM *Calvinistam, Monasterii VVestphaliae* typis Bernardi RAESFELDII MDCXLVII. 4.

V. HARTZHEIM *Biblioth. Colon. p.* 189.

MVNERATIVS (*Johannes*)

De quo LAVNOIVS in histor. Gymnas. Navarrei p. 610. duos tractatus VSVARDI Martyrologio a se recuso Coloniae MCCCCXC. 4. subiecit, nempe

1. De divino officio celebrando ex decretis Concilii *Basileensis*

2. *De moderatione, & concordia Grammaticae & Musicae in officio Ecclesiastico.*

MVRATORIVS (*Ludovicus Antonius*)

Atestiorum Principum Bibliothecae Praefectus longe celeberrimus (a) in incredibili illa Librorum quos omni fere de argumento conscripsit, copia (b) multa quoque de ritibus edidit. En illa

1. Anecdotorum... Tomus prior, quatuor S. PAVLLINI Episcopi Nolani Poemata complectens Mediolani MDCXCII. 4.

2. Anecdota graeca. Patavii MDCCIX. 4. (c).

3. Antiquitates Italiae medii aevi Tom. VI. fol. mediolani MDCCXXXVIII. - MDCCXLIII. (d).

Adde his duas quae MSS. inter ejus defuncti (f) schedas repertae sunt, dissertationes.

1. de primis Christianorum Ecclesiis

2. de Sacrarum Basilicarum apud Christianos origine & appellatione.

(a) Ejus vitam habuimus a Praeposito SOLI *Ludovici Antonii* ex Sorore nepote.

(b) Ea chronologice percensa legesis a me *T. II. histor. litter. p.* 448. *seqq.* Adde Tom. VI. *p.* 331.

(c) Ex disquisitionibus, quibus duo haec volumina mirifice illustrantur, aliquot selegi, quas recuderem in *Fleuryana* disciplina populi Dei. Sunt autem dissertationes

de quatuor temporum Jejuniis T. I. p. 140.

de agapis sublatis, ibid. p. 166.

de

de veterum Christianorum sepulcris ibid. pag. 269.
de antiquis Christianorum sepulcris ibid. pag. 272.
de Templorum apud veteres Christianos ornatu, ac de diurno in eis cereorum usu T. II. p. 74.
de Sanctorum Martyrum Natalibus ibid. p. 175.
de votis, votivisque Christianorum oblationibus in Sanctorum venerationem factis ibid. p. 189.
de Synisactis & Agapetis ibid. p. 305.

(d) In his singularem a nobis mentionem postulant
Dissertatio LVII. de Ritibus Ecclesiae Ambrosianae.
LVIII. de veneratione Christianorum in Sanctos.
LXI. de Cardinalium origine & institutione
LXVIII. de Redemptione peccatorum.

(e) Vide hujus Bibliothecae *Lib. I. cap. III. artic. IV. §. 1. n. 19.* & historiam literariam Italiae *T. I. pag. 59. seqq.*

(f) X. Kal. Febr. MDCCL.

de MVRIS, vel de THERMIS (*Joannes*)

Monachus Clarus Mathematicus a. MCCCXXX. scripsit

1. *de regulis Calendarii*, quas Paullus MIDDELBVRGENSIS *de Pass. Domini* Lib. IV. expendit. Tractatum ejus an. MCCCXLV. compositum *super reformatione antiqui Calendarii* Vindobonae in Bibliotheca *civica* exstare auctor est Cl. *Philippus Jacobus* MAMBACHER. Non inepte autem conjicit MANSIVS in additionibus ad *Fabric. Biblioth. Med. & Inf. Lat. T. IV. p.* 107. hunc Tractatum alium a *Regulis Calendarii* nuper indicatis non esse.

2. Tractatum *de tempore celebrationis Paschalis* ad INNOCENTIVM VI. exstat MS. in eadem Bibliotheca *civica Vindobonensi*, *edituque* (idest compositus) dicitur in extrema pagina a Nativitate Domini MCCCLIV.

MVTIVS

Cavensis Capuccinus Italice edidit a. MDCXXVI. teste GAVANTO summarium mysteriorum Missae, & de officio defunctorum. Verum bina heic opera admiscentur, quorum unum quidem *Romae* prodiit a. MDCXXVI. apud *Ludovicum* GRIGNANVM, sed alterum anno jam MDCXII. apud *Jacob* MASCARDVM lucem viderat. Huic titulus

Declaratio de divinis officiis, & de caeremoniis, quae fiant in exequiis defunctorum

Illud inscribitur: *Tractatus de significatis Sacrosancti Sacrificii Missae.*

NAI-

N

NAIRONVS (*Fauſtus*)

Maronita Abrahami ECCHELENSIS nepos, & in Vaticana Bibliotheca Linguarum *Syriacae* & *Arabicae* Scriptor heic a nobis commemorandus eſt non tam ob

Evopliam Fidei Catholicae *Romanae*, *Romae* typis Propag. MDCXCIX. 4.

In qua multa de *orientalium* ritibus diſputat, quam ob aliqua Liturgiarum excerpta, quae cum *Richardo* SIMON. communicavit (a).

(a) De NAIRONO magna contemptus ſignificatione paſſim loquitur RENAVDOTIVS. Sic Tom. Liturgiar. Orientat. p. 85. *eum*, ait, *talem non fuiſſe, ut iſtarum rerum idoneus judex haberi poſſet*. Pagina autem 161. *hominem vocat nihil minus quam Theologum*.

NANNARONI (*Michael Maria*)

Ord. Praedic.

Catechiſmo ſulla Comunione dell' Auguſtiſſimo Sagrifizio della Meſſa (a)

Opuſcolo Teologico. La Comunione del Sagrifizio riſpetto al popolo è una delle verità rivelate propoſte dalla Chieſa 8. ſine loci, annique deſignatione.

Apologia del Catechiſmo ſulla Comunione del Sagrifizio della Meſſa

I ſentimenti del Concilio di Trento *ſulla* parte, *che ha il popolo al divin ſacrificio* 8. (b).

Il pubblico divin diritto alla Comunione Euchariſtica nel Sagrifizio della Meſſa,

Trattato dogmatico diviſo in due tomi di Anaſtaſio LEOFILO Lugani MDCCLXXIV. T. II. in 4. (c).

(a) Vide Auctores ſupra indicatos ubi de GVERRERII libris aliquid adtactum fuit (b) V. ELEFANTE

(c) Jam ab anno MDCCLXV. Auctor Librum hunc compoſuerat, & Canonico GVERRERO Placentiam miſerat, tributa ei quae vellet, addendi, mutandique quae vellet, facultate. BENEDICTVS XIV. controverſiam de populi jure ad communionem in Miſſa percipiendam Encyclica edita Epiſtola diremptam a ſe pro ſua poteſtate, & ſapientia crediderat. Verum non id ſatis GVERRERO & (quod

& (quod magis miror) NANNARONIO, qui propterea de BENEDICTO, ejuſque Encyclica per ſummam contemptionem perverſe, ne dicam audacter loquuntur. Plura non addo, quum hoc opus ceteraque id genus nuper indicata S. Indicis Congregatio 18. Auguſti MDCCLXXV. confixerit.

NANNINVS (*Remigius*)

Florentinus Remigii nomine, quam Familiae cognomento notior, Ordinis Praedicatorum (a) epiſtolas & Evangelia, quae in Miſſis leguntur, Italicae vertit. Quamſaepiſſime prodierunt (b). Hic tertiae editionis titulus eſt

Epiſtole, & Evangelj; che ſi leggono tutto l' anno alla Meſſa ſecondo l' uſo della Santa Romana *Chieſa, ridotti all' uſo del Meſſale nuovo, tradotti in lingua* Toſcana *dal R. P. M.* REMIGIO &c. *con alcune annotazioni morali del medeſimo a ciaſcheduna Epiſtola, & Evangelio nuovamente accreſciute coll' aggiunta ancora di quattro diſcorſi, cioè del digiuno, della Invocazion de' Santi, dell' uſo dell' Immagini, & della veneration delle Reliquie loro* &c. Venetiis apud Gabrielem GIOLITVM MDLXXV. 4.

(a) De eo praeter ECHARDVM conſule GHILINIVM in *Theatro litterat. Viror. p.* 391. *ſeqq.*

(b) Plures hujus interpretationis editiones recenſet diligentiſſimus PAITONIVS *T. I. Biblioth. degli Autori Greci e Latini volgarizzati p.* 155. *ſeqq.*

di NAPOLI (*Joh. Baptiſta*)

Caſſinenſis Monachus

Dichiarazione de myſterj & cerimonie della Santa Meſſa Neapoli apud *Joh. della* SELVA MDLXX. 12.

NATOLVS (*Philippus*)

Sacri ritus a celebrante in ſacris functionibus, & a Concionatoribus in ſermocinando peragendi, *Panormi* MDCXLI. 8.

NAVSEA (*Fridericus*)

Blancicampianus poſt *Joh.* FABRVM *Viennenſis* Epiſcopus conſtitutus; quo in munere obiit a. MDL. De eo MIRAEVS in *ſcript. ſaec. XVI. cap.* 62. Scripta autem ejus enumerant *Cornelius* CALLIDIVS in Catalogo Scriptorum *Germaniae*, & POSSEVINVS in *apparatu*. Haec inter SCHVLTINGIVS memorat

De divinis in Eccleſia officiis Miſcellanea pro horis Canonicis, pro Miſſa, & ejus officio.

NECKAM (*Alexander*)

inter Canonicos *Auguſtinianos* Abbas *Exceſtrienſis* obiit a. MCCXV. Inter ejus opera, quae FABRICIVS *T. I. Med. & Inf. Latin. p.* 66. recenſet, exſtat *Exorciſmus* ſive *Baptiſterium*.

NEVSSER (*Bruno*)

De Horis Canonicis, *Moguntiae* MDCLXIX. 12.

NICEPHORVS (*Calliſtus*)

Calliſti XANTHOPVLI filius, claruit ann. MCCCXXXIII. Monachus fuiſſe videtur, & in S. SOPHIAE aſceterio vitam egiſſe. Se certe prope inſignem Bibliothecam in S. SOPHIAE templo repoſitam perplures annos in ſtudia incubuiſſe ipſe teſtatur *hiſt. Eccleſ. Lib. I.* Porro NICEPHORVS noſter *Odis* & *Hymnis*, aliiſque *officiis Eccleſiaſticis*, necnon *Catalogis Imperatorum*, *Patriarcharum*, *SS. Patrum* &c. verſibus politicis condendis calamum exercuit, quorum nonnulla typis excuſa, quaedam inedita deliteſcunt, de quibus conſulendus omnino L. ALLATIVS *de Libris Eccleſiaſticis Graecorum diſſert. I. pag.* 70. *diſſert. II: pag.* 115. *& ſeq.* Ejus *Synaxaria in praecipua Triodii feſta* in Linguam *Graecam* vulgarem a *Matthaeo* CIGVLR *Cyprio*, & *Maximo* MARGVNIO *Cytherorum* Epiſcopo converſa prodierunt *Venetiis* MDCVII. MDCXXXVII. MDCXLVIII. 4.

NICEPHORVS (*Gregoras*)

Seu potius GREGORAE filius, patria *Byzantinus* anno circiter MCCXCV. natus, juvenis adhuc *Johanne* GLYCA patriarcha familiariſſime utebatur, & ab eo eloquentiae ſcientiam hauſit. Provectior factus *Theodori* METOCHITAE amicitiam coluit, aſtrologiam ab eo didicit, eique filii ad inſtar carus fuit. Annos XXVII. natus ANDRONICO Imperatori, a quo Chartophylax creatus eſt, in paucis carus, floruit a. MCCCXLV. Ejus

Demonſtratio de emendando tempore Paſchatis MS. exſtat in Bibliotheca Bavarica.

NICETAS

Patria *Mitylenaeus Maroniae*, ex Magnae Eccleſiae CP. char-

chartophylace Archiepiſcopus *Theſſalonicenſis*, claruit an. MCCI. Exſtat Gr. in Bibl. *Bodlej.* ejus *Expoſitio* primi & ſecundi κα usque ad odam ſextam; item in Cod. *Vindob.* Theol. 238. Expoſitio canonum, ſive Canticorum S. *Joh.* DAMASCENI forte ab illa non diverſa.

NICOLAI (*Johannes*)

Gallus Ord. Praedic.

1. diſſertatio de jejunii Chriſtiani, & Chriſtianae abſtinentiae vero ac legitimo ritu, *Pariſiis* per *Jacobum* GROV MDCLXVII. 12.

2. De Baptiſmi antiquo uſu ab Eccleſia inſtituto diſſertatio duplex, *Pariſiis*; per COVTEROT MDCLXVIII. 12. & cum LAVNOII diſſertatione de eodem argumento ibid. MDCLXX. (a).

(a) Brevem duplicis hujus diſſertationis ſynopſim exhibet Romanum litteratorum virorum diarium a. MDCLXIX. *p.* 47.

NICOLINI (*Stephanus*)

Libellum Italice ſcripſit Saeculo XVI.

Delle virtù degli Agnus Dei (a).

(a) Confer SVARESIVM in *Corollariis* ad PANVINII librum *de Baptiſm. Paſch.* &c. pag. 160.

NIVERS (*Guilielmus Gabriel*)

edidit

Diſſertationem in cantum Gregorianum.

de NOGAROLA (*Leonardus*)

Quem inter claros *Vicetinos* recenſet *Petrus* de BRVTIS *Catarenſis* in *Dalmatia* Epiſcopus in epiſt. ad Oliverium ARZIGAMENSEM, fuit Protonotarius Apoſtolicus, & jubente SIXTO IV. compoſuit

Officium Conceptionis B. V. M.

NORCIA (*Dominicus*)

Vide ſupra BATTELLI

NOVAES (*Joſeph*) *Luſitanus*

Il Sacro rito antico e moderno della Elezione, coronazione, e ſolenne poſſeſſo del ſommo Pontefice e/poſto in tre lezioni.

che ſieguono ad una diſſertazione preliminare (a), *Romae* M. DCCLXIX. in typographio CASALETTI 8.

(a) Agit haec diſſertatio de Pontificum *Romanorum* electione a S. PETRO uſque ad Concilium *Lateranenſe* III. a quo in ſolos Cardinales jus electionis firma lege translatum fuit. Singularem porro tum in hac diſſertatione, tum in tribus eam ſequentibus lectionibus eruditionem, & exquiſitam criticem Auctor praeſefert. Illud tamen forte magis mirandum eſt, *Luſitanum* hominem paucis, quibus nobiſcum verſatus eſt, annis in *Italica* lingua ita profeciſſe, ut librum eo idiomate non omnino inelegantem perſcribere potuerit.

NOVARINVS (*Ludovicus*)

Veronenſis Clericus Regularis eruditiſſimus obiit MDCL. Ex ejus operibus praecipue a nobis commendanda haec ſunt

Schediaſmata ſacro-profana Lugduni MDCXXXV. fol.

Agnus Euchariſticus, ſeu de Euchariſtiae Sacramento, ejus inſtitutione, myſterii ritibus &c. ibid. MDCXXXVIII. fol.

Electa ſacra ibid. MDCXXXIX. fol. vol. IV.

A NVCE (*Angelus*) Benedictinus

Diſſertatio, *num Sacra Liturgia ſermone vernaculo & vulgari apud* Graecos, *&* Latinos *primis ſaeculis celebraretur, an ſecretiori, & vulgaribus ignoto*. (a)

(a) Exſtat in LEONIS *Oſtienſis* & PETRI *Diaconi Chronico Caſſin.* pag. 165. Pariſiis MDCLXVIII. fol.

O

ODERICVS

Eccleſiae *Senenſis* Canonicus ſcripſit *Ordinem* officiorum Senenſis Eccleſiae, quem MVRATORIVS T. V. *Ant. Ital. c.* col. 766. ex *Huberti* BENVOGLIENTII Codice indicavit, edidit autem Cl. P. Abbas *Joh. Chryſoſtomus* TROMBELLIVS *Bononiae* 4. (a)

(a) Obiit ODERICVS a. MCCXXV. die IX. Cal. Febr.

ODONIS (*Gerardus*)

Natione *Gallus*, patria *Ruthenenſis*, de Caſtro *Rodulphi* oriundus, Doctor *Moralis* dictus, Ordinis *Minoritarum* Sodalis, ac demum anno MCCCXXIX. Miniſter generalis in Comitiis *Pariſienſibus Michaeli* CESENATI ſubſtitutus. *Catanae* per-

perpetuus ejus Ecclesiae administrator a IOHANNE XXII. renunciatus obiit MCCCXLIX. Scripsit

Officium de Stigmatibus S. FRANCISCI.

OLERONIS Episcopus

Censure contre quelques propositions sur l' habit Ecclesiastique MDCCVII.

OLITA (*Johannes*)

Espositione delli sacri Hinni del nuovo Breviario Romano, *in due Libri divisa*, Neapoli apud Robertum MOLLO MDCXXXIX. 4.

OLIVA (*Albericus*)

Commentarj sopra li riti della Chiesa di Napoli, Venetiis MDXLII.

ONORATO (*Agnellus*)

Ecclesiae *Averfanae* Canonicus, Juris Ecclesiastici peritus sacram antiquitatem illustrare conatus est, aliquot dissertationibus, quae virum produnt non exiguae lectionis, sed nihilminus quam subacti judicii, solidaeque doctrinae. Novem simul junctas *Lucae* edidit MDCCXXXVII. in 4. Nostri sunt instituti

Diss. I. *sul rito della Canonizazione de' Santi*

II. *delle Donne subintrodotte, o siano Agapete*

III. *delle Diaconesse*

IV. *dell' estrema unzione: dell' antico o sia lodevol rito di Santa Chiesa nell' amministrare agl' infermi la sacra unzione prima di dar loro il viatico*

V. e VI. *della Continenza de' Maritati*

VII. *dell' Ordine de' Copiati*

VIII. *dell' ordine de' Parabolani*

IX. *della Comunione de' Fanciulli*

Exiit praeterea dissertatio

Del moderato e convenevol numero de' Cherici secondo l' antica e moderna disciplina della Chiesa Venetiis MDCCLXVIII. apud Aloysium PAVINI 8.

de OPITER (*Christianus*)

Trajectinus Ord. *Praedic.* circa annum MCCCCLI. apud ECHARD *T. I. pag.* 810. scripsit *Expositionem Caeremoniarum Missae spiritualem, & mysticam.*

ORE-

ORERIVS (*Hieronymus*)

Ordin. Minor. Concionator edidit

Rituale ſeu Manuale Peruanum... juxta ordinem S. R. E. *Neapoli* Apud *Jo. Jacobum* CARLINVM, & Conſtantium VITALEM MDCVII. 4.

ORLENDIS (*Franciſcus*)

Ord. *Praedic.*

De duplici lavacro in Coena Domini, *Florentiae* MDCCX. 4.

ORSI (*Joſephus Auguſtinus*)

Florentinus, Ord. *Praedic.* Magiſter ſacri Palatii, & a CLEMENTE XIII. in ſacrum Cardinalium Collegium cooptatus deceſſit *Romae* Idibus *Junii*s a. MDCCLXI. Inter opera, quae multa edidit, ad rem noſtram tres faciunt egregiae diſſertationes, nempe

1. Diſſertatio hiſtorica, qua oſtenditur Catholicam Eccleſiam tribus prioribus ſaeculis capitalium criminum reis pacem & abſolutionem neutiquam denegaſſe, & plures aliae incidentes quaeſtiones ad eorumdem temporum Chronologiam Eccleſiaſticam pertinentes quibuſdam digreſſionibus data opera examinantur; Auctore &c. *Mediolani* MDCCXXX. apud *Joſephum Richinum* MALATESTAM in 4.

2. Diſſertatio Theologica de invocatione Spiritus Sancti in Liturgiis Graecorum & Orientalium, Auctore &c. *Mediolani* MDCCXXXI. apud *Joſephum Richinum* MALATESTAM in 4.

3. Diſſertatio hiſtorico-Theologica de Chriſmate confirmatorio ibid. MDCCXXXIII. 4.

de OVANDO (*Johannes*)

Franciſcanus

Caeremoniale divini officii, *Toleti* MDXCI.

OVDOVX

Hymnaire de Noyon contenant *les hymnes, & Proſes notées, extraites du Breviaire & du Miſſel prècedè d' une methode nouvelle pour apprendre facilement le Plainchant* (a) *par M. l' Abbé* OVDOVX *Chapelain Pontificoyeux, & Muſicien de l' Egliſe de* Noyon, *Pariſiis* apud LOTTIN MDCCLXXII. 8. (b)

(a) Haec methodus ſeparatim excuſa fuit in 12. Vide DINOVAR-

VARTII Diarium Eccleſiaſticum M. Sept. a. MDCCLXXII. *p.* 286.
(b) De hoc libro confer eumdem DINOVARTIVM M. Auguſto ejuſdem anni MDCCLXXII. *pag.* 82.

P

PACIAVDI (*Paullus Maria*)
Cl. Reg. *Theatinus* Hiſtoricus Ordinis *Hieroſolymitani* Libris editis clarus, quos inter
1. Italica ad virum nobilem epiſtola de Campanis (a)
2. De ſacris Chriſtianorum balneis Liber ſingularis, Venetiis MDCL. 4. (b) & multo auctior Romae MDCCLVIII. 4. (c)
3. De cultu S. IOHANNIS BAPTISTAE Antiquitates Chriſtianae. Accedit in veterem ejuſdem ordinis Liturgiam commentarius, Romae MDCCLV. 4. (d).

(a) Exſtat in libro, cui titulus: *Diſſertazioni di* Giuſeppe *di* Capua CAPECE *intorno alle due campane della Chieſa Parrocchiale di S.* GIOVANNI *de' Nobili Uomini di* Capua; *alla quale ſi da principio con altra diſſertazione ſopra lo ſteſſo argomento di* Paolo M. PACIAVDI Teatino, Neapoli MDCCL. 4. Vide *hiſtor. litter. Ital. T. II. p.* 257. & *III. pag.* 761.
(b) Confer eumdem *hiſt. litter. T. II. pag.* 415. *ſeqq.*
(c) Adi *Annales litter. Ital. T. III. p.* 1. *pag.* 403.
(d) Conſulendus de eruditiſſimo hoc opere laudatae hiſtoriae *T. XIII. p.* 453. *ſeqq.*

PACICHELLI (*Joh. Baptiſta*)
De Tintinnabulo Nolano, *Neapoli* MDCXCIII.
Schediaſma Juridico-Philologico-tripartitum de larvis, de capillamentis, chirothecis, *Neapoli* MDCXCIII. 8.

PADOVANO (*Joh.*)
De anno innovando opuſculum; in quo anni uſualis turbatio, faſtorumque inordinatio ex temporum decurſu procreata enucleatur: unde & quaedam eliciuntur documenta juxta luminarium curſum, quae ad Reſurrectionis Paſcha, reliquaque feſta tum mobilia, tum ſtabilia erunt admodum neceſſaria &c. Veronae MDLXXV.

de PADVA (*Johannes*)
Luſitanus Ord. *minor.* edidit
Manuale chori ſecundum uſum Fratrum *Minorum*, & Monialium S. CLARAE quod

quod de novo correctum, & multis auctum juxta Miſſale, & Breviarium Romanum PII V. & CLEMENTIS VIII. *Vlyſipone* ex officina *Petri* CRAESBEK prodiiſſe WADINGVS refert.

PALAEOTVS (*Gabriel*)

Patria *Bononienſis*, ut Rotae Auditor Concilio *Tridentino* interfuit, a PIO IV. Cardinalis MDLXV. a PIO V. Epiſcopus *Bononienſis* MDLXVI. a GREGORIO XIII. primus Archiepiſcopus *Bononienſis* creatus fuit. Inter alia ad ſuum in *Bononienſi* Eccleſia Coadjutorem ac ſucceſſorem direxit, ac compoſuit *Archiepiſcopale Bononienſe* Romae MDXCIV. in fol. editum.

PALANTERIVS (*Fr. Joh. Paullus*)

A Caſtro *Bononienſi* civitatis *Aquiloniae* Epiſcopus edidit

Illuſtrem in hymnos Eccleſiaſticos explanationem *Bononiae* apud *Joh. Baptiſtam* BELLEGAMBE MDCVI. 4.

PALLOTTA (*Joh. Antonius*)

Tuſculanae Cathedralis Archipresbyter edidit

Syntagma, ſeu tractatum Rituum Sacrorum, & Myſteriorum, quae in Sacroſancto, ac tremendo Sacrificio Miſſae geruntur, & obſervantur, *Romae* typis MASCHARDI MDCXI. 4.

PALOV (*Ignatius Antonius*)

Hiſpanus Valentinus Presbyter, Sacrorum Canonum doctor, ac Metropolitanae *Valentinae* Eccleſiae Beneficiatus edidit patrio hiſpano idiomate Librum tripartitum, cui titulus

Sacerdos inſtructus, & edoctus in antiquitate, origine, auctoritate, & praxi ſingularum Miſſae caeremoniarum, *Valentiae* typis *Antonii Bordazar* de ARTAZV MDCCXXXVIII. 4. (a).

(a) Scriptores Diarii Litteratorum Virorum Hiſpan. *T. VI. art.* 4. de hoc opere agentes in Auctore majorem librorum, quos appellat & ſequitur, delectum deſiderant.

PAMELIVS (*Jacobus*)

Brugenſis Epiſcopus *Audomaropolitanus* (a) Liturgiam latinorum duobus tomis digeſtam edidit (b).

(a) De eo MIRAEVS *de Scriptor. ſaec. XVI. cap.* 119. & *Valerius* ANDREAS in *Bibliotheca Belgica*.

(b) Vide *Lib. I. cap.* 3. *art.* 4. §. 1. *num.* 17.

PAM-

PAMPHILVS (*Josephus*)

Veronenſis, Eremita *Auguſtinianus*, MDLXVIII. a PIO IV. Papa Sacrario Pontificio praeficitur. Epiſcopus *Signinus* poſtea creatus, praeter *Chronica ſui Ordinis Romae* MDLXXXI. in 4. excuſa, ſcripſit de Canonibus Apoſtolorum, & primorum Pontificum epiſtolis; de origine multarum Eccleſiae caeremoniarum; de ſacris ritibus veterum Pontificum in Baptiſmi, Chriſmatis & Euchariſtiae Sacramentis adminiſtrandis libros tres: de Exorciſtis, & antiquo ritu daemones expellendi libros duos (a).

(a) Haec ex MIRAEO *de Scriptor. ſacc. XVI. cap.* 109. mutuati ſumus.

PANIGAROLA (*Franciſcus*)

Epiſcopus *Chryſopolitanus* Librum edidit

De ſtationum veteri inſtituto a XISTO V. P. M. revocato, *Romae* MDLXXXVII. 4. (a).

(a) Indicatur a FABRICIO *Bibliogr. Antiq. p.* 508.

PANVINIVS (*Onuphrius*)

Veronenſis Auguſtinianus, *vir* THVANO judice *ad omnes* & Romanas, & *Eccleſiaſticas antiquitates eruendas natus* dum Cardinalem FARNESIVM, cui apprime carus erat, in *Siciliam* commigrantem ſequitur, obiit *Panormi* XVIII. Kal. Apr. A. MDLXVIII. quum annum aetatis tantummodo XXXIX. adtigiſſet (a). Scripſit inter alia

De Urbis *Romae* ſtationibus, ad calcem PLATINAE *Lovan.* MDLXXII. MDLXXXII. fol. *Colon.* MDLXXIV. fol. MDC. MDCXI. MDCXXVI. 4. *una cum interpretatione vocum quarumdam obſcuriorum Eccleſiaſticarum*, quae etiam cum chronico Eccleſiaſtico prodiit *Coloniae* MDLXVIII. fol. & a me recuſa fuit cum FLEVRII *diſciplina Populi Dei*, *Venetiis* T. II. pag. 372.

De ritu ſepeliendi mortuos apud veteres Chriſtianos, & de eorum coemeteriis cum Chronico Eccleſiaſtico *Colon.* MDLXVIII. fol., & cum Romanorum Pontificum vitis *Lovan.* MDLXXII. *Colon.* MDLXXIV. ſeparatim *Romae* MDLXXXI. 8. & cum praefatione 8. *Joh. Georgii* IOCHII *Lipſiae* MDCCXVII. Gallice *Pariſiis.* MDCXIII. 8.

De Baptiſmate Paſchali, origine & ritu conſecrandi Agnos

Dei, *Romae* MDLX. 4. MDCXXX. 8. & cum corollariis *Josephi* SVARESII MDCLVI. 8.

De Episcopalibus titulis, & diaconiis Cardinalium, *Parisiis* MDC. & MDCIX. 4.

Praeterea Ritualium veterum collectio, quam *Panvinius* praelo pataverat, exstat MS. *Romae* in Vaticana, & *Parisiis* in Regia Bibliotheca. Ex ea praefationem vulgavit MABILLONIVS T. II. *Musei Italic. pag.* 165. (b)

De praecipuis Urbis, *Romae* sanctioribusque Basilicis, quas septem Ecclesias vulgo vocant, *Romae* MDLXX. (c).

(a) De tanto viro plurimi agunt, GANDOLPHVS in dissert. histor. *de ducentis celebrioribus Augustinianis Scriptorib.* GHILINIVS in *Theatro viror. Litterat.* p. 33. NICERONIVS T. XVI. pag. 332. *Scipio* M. MAFFEIVS *de Scriptor. Veron.*, & FABRICIVS *in Bibl. Med. & inf. Latin. T. V. pag.* 166. *Philippus* ARGELATVS me potissimum suatore colligendorum in unum corpus ONVPHRII operum consilium inierat. Verum quod is perficere morte prohibitus est, cur alius quisquam e nostris typographis non susceperit? Equidem ille cum *Italiae* decori, tum rebus suis quammaxime consuleret.

(b) Vide *Lib. I. cap. VII. art.* 1. *n.* 4.

(c) Italice hic idem liber prodiit hoc titulo: *di F.* Onofrio PANVINIO *le sette Chiese principali di* ROMA *tradotte da M.* Marco Antonio LANFRANCHI *Ven.* apud *Franciscum* RAMPAZZETTO MDLXXV. Praemittuntur autem huic versioni 1. Bulla GREGORII XIII. Jubilaeum a. MDLXXV. indicens. 2. Monita pro Anno Sancto Card. S. *Caroli* BORROMAEI 10. Sept. MDLXXIV. & Card. *Augustini* VALERII 20. ejusdem mensis Septembris.

PAPEBROCHIVS (*Daniel*)

Inter eos, qui Acta Sanctorum *Antuerpiae* post *Johannem* BOLLANDVM hactenus illustrarunt, celeberrimus edidit

Propylaeum ad Acta Sanctorum Maii, Antuerpiae MDCLXXXV. fol. (a).

(a) Sunt nempe in hoc volumine aliquot dissertationes, quae nostrum institutum propius adtingunt. Sunt hae cum Paralipomenis collatae.

Dissertatio XXV. al. XVI. de jussione Exarchi ad Electi (Romani Pontificis) postulata.

Diss. XXX. al. XVIII. de lingua Slavonica in sacris apud *Bulgaros*, *Moravosque* recepta, & Apostolicae Sedis ea de re judicio.

Diss. XXXV. al. XX. de solemnium Canonizationum initiis, atque progressibus.

Diss. XXXVIII. de quibusdam circa Bullas Pontificias novitatibus.

Diss.

Diſſ. XL. de forma pallii, aliorumque Pontificalium indumentorum medio aevo mutata. Hanc PERTSCHIVS ad calcem ſuae Tractationis Canonicae *de Origine* &c. *Pallii Archiep.* recudit *Helmſtadii* MDCCLIV.

Diſſ. XLIII. al. XXIII. de officio pro feſto Corporis Chriſti, VRBANI IV. juſſu, per S. THOMAM compoſito.

Diſſ. XLVII. de uſu Annorum Incarnationis in Cancellaria Pontificia diu vario, diverſoque ab uſu Signaturae Brevium.

PAOLI (*Sebaſtianus*)

Vide infra PAVLLIVS.

de PARENTINIS (*Bernardus*)

Ortheſii in Vaſconia natus ordinem *Praedicatorum* ingreſſus eſt. Scripſit a. MCCCXXXIX. vel MCCCXLII.

Lilium Miſſae, ſeu de officio Miſſae, librum

Quem SCHVLTINGIVS exſtare MS. ait *Coloniae* ad S. MARTINI *Majoris*, CAVEVS in Bibliotheca *Bodlejana*, LAMBECIVS T. II. pag. 775. in *Vindobonenſi* a. MCCCCLIV. a *Jacobo Schack* de ESLINGEN exaratum; editum tamen novimus *Pariſiis* MDXVII. & MDXXXI. 8. (a).

(a) Praenotari debuit, ſi SCHVLTINGIVM audimus, *Eluciſarius omnium difficultatum occurrentium circa Sacrificium Miſſae.*

PASCHALEVS (*Nicephorus*)

Ejus tractatus

De jejuniis Graecorum

exſtat in eorumdem horologio (a). Menaeorum quoque Venetiis edendorum curam ſuſcepit (b).

(a) Vide *Lib. I. cap. IV. art.* 1. *n.* 23.
(b) *Ibid. num.* 17.

PASSERINI (*Petrus Maria*)

Ord. *Praedicatorum* generalis Procurator, atque etiam Vicarius laudatiſſimum tractatum edidit

De Electione ſummi Pontificis, *Romae* MDCL. fol. ibid. per TINASSIVM MDCLXXII. fol.

PASTRITIVS (*Johannes*)

Theologiae Polemicae in Collegio de Propaganda fide Profeſſor diſſertationem edidit, cui titulus:

Patenae argenteae myſticae, quae *Forocornelii* in Cathedrali

drali Eccleſia colitur, deſcriptio, & explicatio, Romae MDCCVI. 4.

PATRICIVS (*Auguſtinus*)

Antea PICCOLOMINEVS appellatus per PII II. adoptionem ex Magiſtro Caeremoniarum INNOC. VIII. renunciatus a. MCCCCLXXXIII. *Pienſis* Epiſcopus. Obiit MCCCCXCVI. ALEXANDRO VI. Pontifice.

Epiſtolam, qua PATRICIVS ſuum opus ſacrarum Caeremoniarum INNOC. VIII. inſcripſit *Romae* Kal. Martii MCCCCLXXXVIII., edidit MABILLONIVS T. II. *Muſei Ital.* p. 584.

Cum BVRCHARDO *Romanum* edidit Pontificale (a).

(a) Vide *Lib. I. cap. VI. art. II. n.* 1.

PAVILLON (*Nicolaus*)

Aleſienſis Epiſcopus Rituale edidit; de quo Lib. I.

de PAVINIS (*Joh. Franciſcus*)

Baculus Paſtoralis ad dirigendos in viam pacis pedes viſitantium. *Pariſiis* apud REGNAVLT MDXIV. 4.

PAVLIANVS (*Joh. Baptiſta*)

De Jubilaeo, & Indulgentiis, *Romae* per *Valerium* DORICVM MDL. 8.

PAVLLIVS (*Sebaſtianus*)

Lucenſis e Clericis Regularibus Matris Dei vir doctrina & eloquentia clarus (a) *Hieroſolymitani* ordinis hiſtoricus, qui Concilio Lateranenſi ſub BENEDICTO XIII. uti Theologus interfuit, *Neapoli*, ubi apud ſuos Bibliothecam vario Librorum, ac numiſmatum genere inſtruxerat, obiit XII. Kal. Julias MDCCLI. Ediderat

1. De ritu Eccleſiae Neritinae exorcizandi aquam in Epiphania diſſertationem, *Neapoli* typ. *Felicis* MOSCA MDCCXIX. 4.

2. De Patena argentea *Forocornelienſi* (ut fertur) S. *Petri* CHRYSOLOGI diſſertationem. Cujus occaſione nonnulla diſſeruntur de SS. Euchariſtia; de vaſis ad ipſam ſpectantibus, praecipue de calicibus, & de Imagine Boni Paſtoris in eis inſculpi ſolita; item de Monogrammate Chriſti, Chriſtianorum

rum ſepulcris appoſito, contra *Jacobum* & *Samuelem* BASNAGIOS, *Neapoli* typis *Turrianis* MDCCXLV. 8.

Addidit Cl. P. SARTESCHI, in Bibliotheca Neapolitana S. BIRGITTAE adſervari PAVLLII MSS. quae inter

1. Lexicon ſacrorum rituum Eccleſiae Graecae, & Latinae libri duo, in quibus Ritus utriuſque Eccleſiae exponuntur, & elucidantur: nec non plura ad eos ſpectantia, ſacra vaſa, veſtes libri, cantus, Feſtivitates, munera Eccleſiaſtica officia. ſacrorum aedium partes, ſacrorum ordinum collationes, Monachorum antiquorum conſuetudines, veſtes, & quidquid ſacram Liturgiam ſpectat, ex probatiſſimis Auctoribus recenſentur. Tom. II. in fol.

2. Collectio quarumdam precum, quas in ſacris Liturgiis, aliiſque Eccleſiaſticis officiis quondam adhibitis partim ex MS. partim ex editis vetuſtis Codicibus eruit, notis illuſtravit *Sebaſtianus* PAVLLI. Tom. II. in fol.

(a) Exſtat Cl. P. *Paulli Mariae* PACIAVDI, de quo ſupra, *de rebus* Sebaſtiani PAVLLI Congr. Matris Dei Commentarius Epiſtolaris ad *Scipionem* MAFFEIVM *Neapoli* primum excuſus MDCCLI. deinde *Romae* 4. Plura de PAVLLIO dabit etiam Cl. P. SARTESCHI *de Scriptorib. Congreg. Matris Dei pag.* 304. *ſeqq.* quibuſcum conferri poſſunt, quae de praeſtanti hoc viro diximus *T. III. hiſtor. Litter. Ital. pag.* 735. *ſeqq.*

de PAYVA (*Johannes*)

Ediſtit *Luſitanice* ſub nomine *Johannis* de BRITTO Compendium Caeremoniarum, quae obſervari debent in celebranda Miſſa, *Vlyſſipone* typis Dominici CARNEIRI MDCLXXI. 4. (a).

(a) De eo SOTVELLVS in *Bibl. S. J.*

PECKAM, ſeu de PECHANO

Anglus Ord. *Min.* S. BONAVENTVRAE diſcipulus, & Archiep. *Cantuarienſis* ab A. MCCLXXVIII. ad MCCXCII. ſcripſit ex BALAEO

De ratione diei Dominicae

Speculum Eccleſiae de Miſſa.

PELARGVS (*Ambroſius*)

Ord. *Praedic.* Theologus, & Eccleſiaſtes egregius, qui *Trevirenſis* Archiepiſcopi nomine primis *Tridentini* Concilii ſeſſioni-

sionibus interfuit, anno MDXLI. CHRYSOSTOMI *Liturgiam*, & *Symbolum* Nicaenum cum suis notis *VVormatiae* edidit.

PELLEGRINI (*Alexander*) *Brixianus*

Rubrica de quibusdam dubiis occurrentibus inter celebrantes, seu recitantes divinum officium Romanum antiquum diversis locis... diligenter excerpta, & in quaestiones redacta, & resoluta novissime, Brixiae apud Damianum Turlinum MDLXVI. 8.

PELLICERIVS (*Guilielmus*)

Ab. a. MCCCXVII. primus Abbas *Grandimontensis*, defunctus est a. MCCCXXXVII. Exstant ejus

Constitutiones, ac rationes officii divini in ordine *Grandimontensi*.

PELLICCIA (*Alexius Aurelius*)

Della disciplina della Chiesa, e dell' obbligo de' Sudditi intorno alla preghiera del proprio Sovrano, dissertazione Istorico-Liturgica, *Neapoli* MDCCLXIX. 4. (a).

(a) Jure hanc dissertationem laudant *Romanarum* Ephemeridum Scriptores a. MDCCLXXV. *pag.* 238. *seq.*

PENNAZIVS (*Splendianus Andreas*)

Epitome sacrorum rituum, ac caeremoniarum Missae privatae, *Romae* MDCCXV. 12.

PEREZIVS (*Jacobus*)

Gentes *Hispanus*, patria *Valentinus*, domo *Ajorensis*, ex Ordinis *Augustiniani* Eremita Episcopus *Christopolitanus*, seu *Chrysopolitanus* anno MCCCCLXVIII. calendis Octobris creatus, & Suffraganeus Roderici BORGIAE Cardinalis VALENTINI, Episcopi *Portuensis*, & *Carthaginensis*. Obiit a. MCCCCXCI. in Ecclesia S. AVGVSTINI sepultus. Exstat ejus

Expositio in Cantica officialia, nempe

Benedictus, *Magnificat*, *Nunc dimittis*, *Gloria in Excelsis*, *Te Deum*, & *Quicumque vult* ad eumdem Rodericum BORGIAM Cardinalem.

a PERPINIANO (*Melito*)

Ord. *Capuccinorum* adversus BETTAZIVM, cujus libros suo loco indicavimus, edidit

1. Apo-

1. Apologiam pro Calendario, ſeu computo Paſchali, cujuſmodi hodie eſt

2. Ad R. Jacobum BETTAZZI &c. epiſtolam animadverſoriam.

PERSICVS (*Petrus Anellus*)

De primo, ac praecipuo Sacerdotis officio, ſeu de horis Canonicis, in quo omnia, quae ad publicam Chori, & privatam divini officii mutationem pertinent, explicantur, *Neapoli* ex typog. *Franciſci* SAVII MDCXLIII. 4. (a).

(a) Vide ALEGAMBIVM in Bibl. S. I.

PERSIN (*Petrus Johannes*)

ſaeculo elapſo Epiſcopus S. PONTII ſine loci, annive deſignatione edidit

Du droit & du pouvoir des Eveſques de regler les offices divins dans leurs dioceſes ſuivant la tradition de tous les ſiecles 8.

PETAVIVS (*Dionyſius*)

De la Penitence publique, & de la Preparation a la Communion, Pariſiis apud CRAMOISY MDCXLIV. 4. & cum auctario MDCXLV. (a).

(a) Magnus hic Theologus, cujus opera Theologica *Venetiis* in *Remondiniano* typographio ante aliquot annos recudenda curavimus, vita ejus praemiſſa, alibi quoque in hoc argumento verſatus eſt, nempe in Epiphanianis animadverſionibus ad haer. LXIX. & in adnotationibus ad SYNESIVM *pag.* 60. edit. *Pariſ.* a. MDCXXXIII. Utrumque autem hoc opuſculum ex ſuis locis a nobis decerptum invenies *Theſauri Theologici Tom. XII. pag.* 36. *ſeqq. & p.* 60. *ſeqq.*

de PETIO (*Cajetanus Maria*)

Cler. Regul. in ſuis additionibus ad P. Felicis POTESTATIS Moralem Theologiam excuſis MDCCXLII. pag. 229. ſeq. diſſertationem habet, quae ſexta eſt,

De Azymorum uſu in ſacrificio Miſſae,

eamque in appendicibus ad ſecundum BONAE tomum p. LXXIV. - LXXXVI. iterum exhibet SALA.

de PETIO (*Joſephus*)

Cleric. Regul. memorandus nobis heic eſt propter

Vindicias Librorum Liturgicorum a Card. THOMASIO editorum ſub fictitio *Panormi* nomine MDCCXXIII. fol. curante FON-

FONTANINIO vulgatas. Eas cl. VEZZOSIVS recudit in appendice Tomi VII. operum *Thomasianorum*.

PETIT (*Jacobus*)

THEODORI Cantuarienſis *Poenitentiale* duobus tomis in 4. vulgavit *Pariſiis* MDCLXXVII.

PETIT (P)

Gallica epiſtola de die, quo Paſcha a. MDCLXVI. celebrandum erat (a).

(a) Propugnatur in ea Gregorianum Kalendarium adverſus LEVERAE diſſertationem: exſtat in diario Pariſienſi *des Savans* ejus anni p. 133. & T. I. operis inſcripti *continuation des memoires de Litterature* &c. pag. 191. Confer *Cinelli* Bibliothecam *T. IV. pag. 54.*

PETRVS

Carnotenſis Cantor, & Cancellarius floruit circa annum M. CCC. Ejus

Speculum Eccleſiae, ſive manuale myſteriorum Eccleſiae exſtat MS. in Bibl. *Pariſ.* S. VICTORIS.

PETRVS

Gracovienſis. Exſtat ejus

Computus Eccleſiaſticus, ſeu Aſtronomicus reductus in figuras per M. *Henricum* KAIMVNDT de MELHVSEN *Coloniae* editus per *Ludovicum* REVCHEN 4.

PETRVS

Epiſc. OLOYCENSIS aliqua adjecit Ordinario, ſeu Libro *Petri* AMELII cap. LXI. LXIII. & LXXXV.

PHILOTHEVS

Cognomento COCCINVS, patria *Graecus*, primo Monachus *Sinaita*, deinde praepoſitus Monaſterii in monte *Athо*, poſtea *Heraclae* Metropolita, ac tandem Patriarcha CP. claruit tno MCCCLXII. Hunc miris laudibus extollit, prudentiamque ejus, ac eruditionem, pietatem ac ſanctimoniam, quavis data occaſione, in hiſtoria ſua depraedicat *Johannes* CANTACVZENVS Imp. Ejus

Liturgia, & ordo inſtituendi Diaconum, exſtat in Bibl. PP. *Lugd.* T. XXVI. p. 200. Gr. & Lat. in ipſo *Euchologii* a GOARIO editi limine. Scripſit praeterea PHILOTHEVS

Cano-

Canones & Acoluthias, hoc eſt Cantica, & officia Eccleſiaſtica. Ex his ſuperſunt Canon in S. GEORGIVM M., Cantica duo, & Acoluthia in *Gregorium* PALAMAM Arch. *Theſſal. Thaumaturgi* nomine inſignitum, de quibus vide ALLATIVM de *libr. Eccleſ. Graecor. diſſ.* II. *p.* 193.

PHOEBEVS (*Franc. Antonius*)

De ſacris Liturgiae ritibus diſſertationes, a Theſes (a) Hiſtorico-Theologicae Pontifici Maximo, Sacerdoti Summo CLEMENTI XI ab Clericis in Romano Seminario Alumnis (b) exhibitae ex praelectionibus P. *Franc. Antonii* PHOEBEI (Vrbevetani) Romae MDCCII. novis typis & fuſoria *Cajetani* ZENOBII 8.

(a) Prima diſſert. eſt *de variis Eccleſiae Liturgiis*.
Secunda *de Liturgia latina*.
Tertia *de ritu Liturgico circa panem*.
Eas ſequuntur concluſiones *de ſacra Liturgia* ad argumentantium libitum propoſitae. Nos tres haſce diſſertationes, demptis theſibus, ut quae breves & dilucidae, & eruditae viſae ſint, T. II. *Fleuryanae diſciplinae populi Dei* iterum exhibuimus *p.* 81. 84. 104.

(b) Nempe a *Philippo* BRENNA, *Joh. Giorgio* LIBERALI, & *Joh. Dominico* BICHI; quod ideo monuimus, quia FONTANINIVS in Bibliotheca Card. *Imp.* non ſolum PHOEBEVM ſuo loco memorat, ſed etiam ſingulos hoſce alumnos veluti indicatarum diſſertationum Auctores.

PHOEBEVS (*Franciſcus Maria*)

Urbevetanus Archiep. *Tharſenſis*, & S. Spiritus Commendatarius edidit

Tractatum *de origine, & progreſſu anni Jubilaei* Romae MDCLXXIV. typis Cameralibus, & Vaticanis 4. (a).

(a) In diario *Romano* litterator. viror. a. MDCLXXV. poſt exhibitam hujus operis luculentam ſynopſim *p.* 33. ſubjungitur: *l' Autore ſta perfettionando altre opere del Pallio, della Baſilica Vaticana, de' divini offitii, e altre funtioni della Cappella Pontificia, e de' caſi ſingolari, de' quali è ſtato richieſto in materia di cerimonie*.

PIANACCI (*Joh. Peregrinus*)

Mutinenſis

Dell' offizio divino, Trattato Iſtorico-critico-Morale, Romae MDCCLXX. apud SALVIONI 8.

PIATTI

V. PLATVS.

PIAZZA (*Carolus Bartholomaeus*)

1. *Iride ſacra, ovvero dè Colori Eccleſiaſtici*, Romae apud Franc. TIZZONI MDCLXXXII. 8.

2. *Eorterologio, ovvero ſtazioni ſacre* Romane *e feſte mobili, loro origine, ſito e venerazione nella Chieſa* Romana *colle preci cotidiane*. Romae apud Cajetanum ZENOB. MDCCII. 8.

3. *La Gerarchia Cardinalizia*, Romae apud BERNABO' MDCCIII. fol.

4. *Necrologj, o diſcorſi dell' uſo, miſtero, & antichità appreſſo diverſe Nazioni de' riti e cerimonie nell' Eſequie, e funerali paſſati a' ſecoli noſtri Criſtiani*, Romae MDCCXI. 4.

PICCOLOMINEVS (*Alexander*)

Senenenſis Patrarum Archiep.; cui, ut in ejus epitaphio dicitur, comitas cum gravitate, & morum ſanctitate & amorem & venerationem omnium conciliavit; incredibilis autem in omnium laudandarum artium genere doctrinae copia, & in eiſdem tradendis perſpicuitas, nuſquam morituris ab eo conſignata monumentis, ſummam toto terrarum orbe nominis celebritatem comparavit, ob. MDLXXVIII. Id. Mart. Innumera edidit (a). In his

De nova Eccleſiaſtici Calendarii pro legitimo Paſchalis celebrationis tempore reſtituendi forma libellulus.

(a) Vide *Joſephum* FABIANI in libro, cui titulus: *Memorie, che ſervono alla vita di Monſ.* Aleſſandro PICCOLOMINI, *Senis* MDCCLIX. 8.

PIEN

V. PINIVS.

PIERIVS Valerianus (*Joſeph*)

Bellunenſis Poeta, & Rhetor XVI. ſaeculo celebris (a) Huc ſpectat ejus

Declamatio pro Sacerdotum barbis (b) *Romae* MDXXIX., & *Pariſiis* apud VVECHELIOS MDLVIII. 8. (c).

Con-

(a) Confer de eo GHILINIVM in *Theatro eruditorum virorum p.* 363.

(b) Interceſſit VALERIANVS hac declamatione GREGORII VII. decreto Sacerdotes omnes barbam deponere jubenti.

(c) Ejus quoque *hieroglyphicis* ſubiecta fuit *Francof.* MDCLXXVIII.

PIGHIVS (*Albertus*)

Dum *Lovanii* adoleſcens a. MDXX. in Theologica Palaeſtra verſabatur, ſcripſit *de ratione Paſchalis celebrationis, & reſtitutione kalendarii ad* LEONEM X. Papam (a).

(a) Vide MIRAEVM *de Script. ſaec. XVI. cap. LXXVI.*

PINIVS (*Johannes*)

Inter *Bollandiani* operis ſocios magni nominis ſcriptor duos eruditiſſimos tractatus edidit

alterum de Liturgia *Hiſpanica* (a)

alterum de Eccleſiae diaconiſſis (b)

(a) Praemiſſus eſt hic tractatus T. VI. Julii: hincque a cl. P. BIANCHINI T. I. oper. Card. THOMASII p. 1. *Romae* MDCCXLI. recuſus fuit.

(b) Praemiſſus eſt T. I. Septemb.

PISART (*Henricus*)

Canon. Reg. S. AVGVSTINI

1. Sacerdos Evangelicus, *Coloniae Agripp.* MDCCVIII.

2. Caeremoniae Eccleſiae certis quibuſdam diebus ſervandae, ibid. MDCCXXII. 8.

3. Directorium Canonicum, ſive Rubricarum Breviarii Romani interpretatio, ibid. MDCCXXIII. 8.

4. Expoſitio Rubricarum Miſſalis Romani ibid. MDCCXXVII. 8.

PISCARA *Caſtaldus* (*Andreas*)

Cler. Regul.

1. Sacrarum Caeremoniarum, noſtratium uſui accurata diſtributio, *Neapoli* typ. *Joh.* CAROLENI MDCVIII. (a)

2. Praxis caeremoniarum, ſeu ſacrorum Rom. Eccleſiae rituum accurata tractatio. *Neap.* typis *Lazari* SCORIGGII MDCXXV. fol. & MDCXLV., item *Venetiis* MDCLXXXI.

(a) Hoc opus indicatur a TOPPIO; quum tamen multo celebrius, quod ſequitur alterum ſit.

PITTONVS (*Joh. Baptista*)

Venetus Sacerdos 17. Octobris MDCCXLVIII. defunctus collegit Constitutiones Pontificias, & Romanarum Congregationum ad sacros ritus spectantes (a). Edidit quoque

1. Calendarium Romanum decennale cum notis, & decretis S. C.

2. De octavis festorum, quae in Ecclesia universali celebrantur.

(a) Confer *histor. litter. Ital. T. I. pag.* 310.

PLATVS (*Hieronymus*) (a)

de Cardinalis dignitate & officio, *Romae* MDCII *Lugduni* MDCXXIII. *Romae* MDCCXIII. (b) & cum additionibus, Notis & dissertationibus *Joh. Andreae* TRIA Archiep. *Tyrensis* ibid. ex typogr. *Joh.* ZEMPEL MDCCXLVI. 4.

(a) Confer de eo ALEGAMBII Bibliothecam.
(b) Mendosissima editio.

PIOVAEVS seu PLOVIVS (*Nicolaus*)

MIRAEO Presbyter, *Roberto* GERIO in append. ad CAVEI hist. Episcopus Ecclesiae *Posnanienſis* claruit anno MCCCCXXXIV. Ejus

Tractatus sex de *Excommunicatione*, *de horis Canonicis dicendis*, *de interdicto Ecclesiastico*, *de irregularitate*, *de Sacramentis*, *& eorum administratione*, *de sacrificio Missae* prodierunt Argentorati MCCCCXCIII. & in Tractatibus Juris T. XIV. & XV. Hinc vero avulsus *Tractatus Sacerdotalis de Sacramentis & divinis officiis* Parisiis MDXIV.

POLACCVS (*Georgius*)

Illustrationes, & commentaria ad Bullam VRBANI VIII. pro Sacro Jubileo anni MDCXXV. *Venetiis* per *Baretium* BARETIVM MDCXXV. 4.

POLYDORVS (*Valerius*)

Patavinus Ord. *Minorum Conventualium* edidit duas in partes tributam

Practicam Exorcistarum ad daemones, *& maleficia de Christifidelibus pellendum* (a).

(a) Exstat in *Thesauro* Colonienſi *Exorcismorum*, quem inter Anonymos *num.* L. recensui, pag. 1. - 235., sed *Romae* confixa est 4. Martii MDCCIX.

PO-

POREE

Canonicus Honorarius S. Sepulcri *Cadomi* in natali urbe edidit Lettres ſur la ſepulture dans les Egliſes MDCCXLIX. 12.

PORTICELLA (*Fabricius*)

Melphitenſis SS. COSMAE, & DAMIANI in Urbe Rector edidit

Indicem ſententiarum Breviarii Romani, Romae apud Franciſcum ZANETTVM MDLXXX. 8.

PORTO (*Emmanuel*) (a)

Perpetuo Calendario, e facil metodo, per ſaper qualſivoglia anno l' aureo numero, il Ciclo ſolare, l' Inditione Romana, l' Epatta, il far della luna, la Paſqua, tutte le Feſte mobili, Avvento, e quattro Tempora, il tutto conforme allo ſtil vecchio, e nuovo per gli anni paſſati, e per gli anni avvenire. *Patavii* apud *Joh. Baptiſtam Paſquati* MDCXLIV. 4.

(a) Sub anagrammatico nomine *Ermanù Polito*.

a PORTV (*Joh. Baptiſta*)

Vicetinus S. I. optimum librum edidit, cui titulus

De cultu Dei, & hominum, opus Liturgico-Morale MDCCV. 4.

POSSEVINVS (*Joh. Baptiſta*)

Presbyter *Mantuanus*

1. *Dichiaratione delle lettioni di tutti li Matutini dell' anno del* Breviario Romano, *&* Ambroſiano T. II. Ferrariae apud Benedictum MAMMARELLI MDXCII. 4.

2. *Hinni ſacri del Breviario* Romano *tradotti in lingua volgare, dichiarati, & arricchiti di devote meditationi*, Venetiis apud Sebaſtianum COMBI MDXCIX. 4.

PRAEPOSITIVVS

Natione *Langobardus* ab ALBERICO in Chron. ad ann. MCCXVII. dicitur *vir Mirabilis*. Teſte *Bern.* PEZIO in diſſ. Iſagogica ad Tom. I. *Anecdot.* p. 7. exſtat MS. ejus Liber *officiorum de divino officio nocturno & diurno Salisburgi* in Bibliotheca Monaſt. S. PETRI.

POV-

POVPART (*Spiridion*)

Diſſertation ſur l' offrande du pain, & du vin aux Meſſes pour les defunts, Trivultii MDCCXIII. (a).

(a) Confer *Trivultianos* in ejuſdem a. MDCCXIII. Ephemeridibus m. Sept. art. 134. p. 1713. ubi ab Auctoris ſententia, quae a *Judaeis*, atque Ethnicis hujuſmodi pro defunctis oblationum conſuetudinem repetit, jure diſcedunt.

PRIORIVS (*Philippus*)

De literis Canonicis diſſertatio cum appendice de Tractoriis, & Synodicis, *Pariſiis* apud *Ludovicum* BILLAIN MDCLXXV. 8. (a).

(a) Vide diarium Romanum Viror. Litterat. ejuſdem anni MDCLXXV. *pag.* 42. *ſeqq.*

PROST (*Petrus*)

Lugdunenſis SS. Theologiae Doctor, & Regis Chriſtianiſſimi eleemoſynarius edidit

Spicilegium Theologicum de Jubilaeo Anni Magni piacularis &c. *Lugduni* ſumptibus Ludovici PROST MDCXXV. (a)

(a) Non injucundum hiſtoriae Litterariae cultoribus erit ignotum pleriſque plagiarium noſſe. Primus eum detexit Cl. P. *Dominicus* de COLONIA in ſua, quam ſuo loco indicavimus, de *Lugdunenſi* Jubilaeo *Gallica* inſtitutione. Ait ergo ille in Praefatione: *J' ay trouvé des recherches utiles & curieuſes dans un Livre in 12. qui porte pour titre*: Spicilegium &c..... *J' ay été ſurpris de trouver tant d' ordre, & tant d' erudition dans un Auteur inconnu dans la Republique des Lettres; car on voit a la tête du Livre le nom de M.* PROST Lyonnois &c. *Mais apres avoir examiné le livre, j' ay reconnu, que c' étoit le même Traité, qu' un Auteur fort connu avoit imprimé a* Rome *ſur le Jubilé de l' Année Sainte de* MDCXXV., *& qui depuis avoit été reimprimé pluſieurs fois en* Italie, *& en* Allemagne.

PVCCETTI (*Petrus Maria*)

Romanus Cler. Reg. Matris Dei. Inter ejus opera Cl. P. SARTESCHI *de Scriptor. Congreg. Matris Dei p.* 340. recenſet

Dilucidazione dei ſagri riti, ed altre circoſtanze appartenenti al ſagrifizio della Meſſa diſtribuita in più parti (a).

(a) Fortaſſe hic eſſe liber ille videbitur, qui *Romae* poſtea prodiit apud *Joſephum* GROSSI MDCCLVIII. 8. hoc titulo

Riflesso di ciò, che appartiene al Sagrifizio della S. Meſſa, utile a quei, che celebrano, ed a quei, che aſſiſtono.

QVA-

Q

QVARESIMA (*Valens*)

Siculus edidit

Discorsi de' significati delle vesti, atti, gesti, e altre ceremonie della Messa, Neapoli MDLXXVI. 12. item Mantuae MDCLXXVIII. 12.

QVARTI (*Paullus Maria*)

Cleric. Regul. insignia quaedam commentaria edidit. Sunt ea

1. Rubricae Missalis Romani Commentariis illustratae, Romae MDCLV. sumptibus Iohannis CASONII fol. MDCLXV. MDCLXXIV. & Venetiis MDCCXXVII.

2. De Sanctis Benedictonibus, Neapoli in aedibus Sanctor. Apostolorum MDCLV. fol.

3. *Trattato del Giubileo dell' anno Santo, e del modo di guadagnarlo con la risolutioni di tutti i dubbj, che possono occorrere*, Romae apud MASCARDVM MDCXLIX. 4. (a) & Venetiis MDCXCVIII. 12.

4. Biga aetherea, hoc est tractatus duplex de Processionibus Ecclesiasticis, & litaniis Sanctorum, *Venetiis* apud VALVASENSEM MDCLXV. fol. (b).

(a) Hanc editionem indicare voluit TOPPIVS Bibl. Neapolit. p. 242. licet typorum fortassis erraro annum MDCLIX. adscripserit.

(b) Duplex hic Tractatus simul cum superiore de sacris Benedictionibus, deque rebus benedictione sacratis recusus fuit *Romae* MDCLXXIV. & *Venetiis* MDCCXXVII.

de QVAYA, & QVALEVS (*Joh. Paullinus*)

Aliis *Johannes Genesius* de *Parma* ex Doctore *Parisiensi* Gen. Ord. *Min. Camerini* obiit a. MCCLXXXIX. aetatis LXXX. scripsit

Officium Passionis Christi (a).

(a) Vide FABRICIVM *T. III. Bibl. Med. & Inf. latin. p.* 30. *& T. IV. pag.* 112.

QVESNEL (*Paschasius*)

Observationes ad Breviarium Montis Cassini (a).

(a) Exstant cum Poenitentiali THEODORI *T. I. p.* 327. Vide etiam MORINVM.

QVI-

QVIGNONIVS (*Franciſcus*)

De ejus Breviario conſule dicta libro ſuperiore *cap. IV. n. 5. ſeqq.*

QVIRINVS (*Angelus Maria*)

Venetus Caſſinenſis Monachus, Arch. *Corcyrenſis*, tum S. R. E. Cardinalis, & *Brixianorum* Epiſcopus doctiſſimus (a) edidit

1. Officium Quadrageſimale (Graecorum) recognitum, & caſtigatum ad fidem praeſtantiſſimi Codicis Barberini in Latinum ſermonem converſum, atque diatribis illuſtratum, Romae MDCCXXI. typis Galeatii CHRACAS 4. (b)

2. *Agli Eminentiſſ. e Reverendiſſ. Sigg. Cardinali della Congregazione dell' Indice Apologia ſopra il libro della* Greca officiatura, *col ſommario dell' opera*, Romae typis GIANNINI, & MAYNARDI MDCCXXX. fol.

3. Enchiridion Graecorum, quod de horum dogmatibus, & Ritibus Romanorum Pontificum decreta poſt Schiſmatis Epocham edita, nunc primum in unum collecta complectitur, *Beneventi* ex typogr. Archiep. MDCCXXV. 8.

4. In decade IV. Epiſtolarum Latinarum exſtat ad Cl. MAZOCHIVM epiſtola 27. octobr. MDCCXLV. in qua vetuſtiſſimi & ante XII. ſaeculum exarati *Graecorum* Menologii quatuor menſes, Januarium ſcilicet, Februarium, Martium, & Aprilem ei mittit

5. in decade VI. Epiſtolarum item Latinarum occurrit ad Eminentiſſ. Card. de ALSATIA epiſtola 5. octobr. MDCCXLVII. ubi nonnulla diſputat adverſus diſſertationem a BENEDICTO XIV. novo Martyrologio Romano praemiſſam.

6. tandem italicam ad Abbatem S. EMERAMMI Ratiſponenſis 19. dec. MDCCL. dedit epiſtolam, in qua quae pie ſanctеque annis Jubilaeis MDLXXV. ſub GREGORIO XIII. & MDC. ſub CLEMENTE VIII. Romae geſta ſunt, diligenter enarrantur.

Moneo in catalogo, quem Cardinalis 30. ſept. MDCCL. ad Cl. P. D. *Hieronymum* FEIJOO miſit ſuorum operum, exſtare diſſertationem *de nulla Eccleſiae* NN. *conſecratione ex non rite facta XII. Crucum unctione*; eam tamen non fuiſſe a Cardinali compoſitam.

Adi

(a) Adi de QVIRINO praeter commentarium hiſtoricum ab ipſo de rebus ad ſe pertinentibus editum, & a *Friderico* SANVITALIO abſolutum, *Tom. XIV. hiſtor. litter. Ital. p.* 130. - 222. ubi praeclariſſimi Cardinalis geſta, ſcriptaque fuſiore elogio proſequuti ſumus.

(b) Ex diatribis, quae hoc continentur, ſecundam *de hymnis* Quadrageſimalibus Graecorum, & eorum Auctoribus, Cardinalis recudit in Epiſtola ad Reverendiſſ. P. D. *Renatum* l' ANEAV.

R

RAGVCCIO (*Antonius*)

Beneventanae Eccleſiae Canonicus, & ſummus Poenitentiarius edidit, teſte TOPPIO *pag.* 31.

1. De voce Canonicorum in Capitulo, officio in choro, & Miſſa in Eccleſia Tractatum, Neapoli typ. *Lazari* SCORIGII. MDCXXI. 4.

2. Vas Eccleſiaſticae diſciplinae, ibid. apud Octavium BELTRANVM MDCXXV. 4.

RAMERIVS (*Donatus*)

Abbas in *Coeleſtinorum* Congregatione edidit

Rituale monaſticum, opus ad divina officia, & Monaſticas functiones perutile, *Romano* ritui, ac laudabili *Coeleſtinorum* uſui conforme, *Neapoli* typ. Roncal. MDCL. fol.

RANFOLDI (*Lactantius*)

Ord. Praedic.

Miſterioſi ſignificati delle parole, geſti, cerimonie, ed altre coſe appartenenti al Santiſſimo ſacrificio della Meſſa, Venetiis apud Franciſcum ZILETTVM MDLXXXI. 12.

RAYAEVS (*Nicolaus*)

Doctus Theologus, & unus ex eruditiſſimis viris, qui incoeptum a BOLLANDO opus *Antuerpiae* perſequuti ſunt, Tractatum edidit

De Acoluthia officii Canonici pro Eccleſiis *Orientalibus Graecorum* (a).

(a) Praemittitur T. II. Junii edit. *Antuerp.* p. 15.- 80.

RAYNAVDVS (*Theophilus*) (a)

Quae ad rem noſtram edidit, ea fere Tomo VI. & X. Lu-

gdun. editionis omnium ejus operum MDCCXV. continentur Sunt ea

1. Chriſtianum ſacrum Acathiſtum, judicium de novo uſu in gerendi cathedras aſſiſtentibus Chriſtiano Sacrificio T. VI. *p.* 475. *ſeqq.*

2. De prima Miſſa, & praerogativis Chriſtianae Pentecoſtes ib. *p.* 521.

3. O Paraſceva ſticum ſeptiduanis Antiphonis Majoribus Natale Chriſti antecurrentibus praefixum ec. T. VI. p. 447.

4. Agnus Cereus Pontificia Benedictione conſecratus T. X. p. 267.

5. Roſa Mediana Rom. Pont. benedictione conſecrata, ritus ſacer Dominicae quartae Quadrageſimae enucleatus ib. p. 401.

6. Natale Domini Pontificia gladii, & pilei initiatione ſolemne ibid. pag. 531.

Adde ex T. XIII. de pileo ceteriſque capitis teguminibus tam ſacri ordinis hominum, quam aliorum eruditiſſimum librum, quem ſub *Anſelmi* SOLERII nomine primum Auctor vulgavit Lugd. MDCLV. (b).

(a) Vide ALEGAMBIVM Biblioth. S. I.

(b) Recuſus fuit libellus *Amſtelod.* MDCLXXI., ſed verbis auctorum paſſim omiſſis. Exſtat etiam T. VI. *Theſauri antiquit.* Romani.

de REBEQVE S. J.

Remarques ſur le calcul Eccleſiaſtique des Fêtes mobiles, qui eſt en uſage depuis la Reformation du Calendrier (a).

(a) Exſtat in Trivultianis a. MDCCXXIV. Ephemeridibus m. Martio a. XXIV. *p.* 523.

REGIO (*Octavius*)

T. II. diſciplinae populi Dei *Fleuryanae p.* 87. *ſeqq.* edidi Anonymi *de origine ac ritibus priſcis Sacrarum concionum* diſſertationem, quam in neſcio quo *Codice* Saeculi XVI. Anonymam inveneram. Poſtea vero comperi, excerptam illam fuiſſe ex REGII. *Oratore Chriſtiano*, qui Romae prodiit MDCXII. (a).

(a) Vide ALEGAMBII Bibliothecam.

REINAVD

Presbyter dioceſis *Ebredunenſis*. Ejus eſt libellus

L' Eſ-

L' Esprit de l' Egliſe dans le tres ſaint Sacrifice de la Meſſe, *Avenione* apud MALARD MDCXCV. 12.

RENAVDOT (*Euſebius*)

Pariſienſis hiſtoriae & linguarum *Orientalium* peritiſſimus a. MDCCXVI. quatuor ſcilicet antequam 1. Septembris e vita diſcederet, annis edidit

Collectionem liturgiarum *Orientalium* (a).

(a) Vide dicta *Lib. I. cap. III. artic.* III. *n.* 10.

RHENANVS (*Beatus*)

Vide *Beatus*

RICCA (*Matthaeus*)

Officium B. M. V. illuſtratum Poetica paraphraſi cum lacrymis DAVIDIS, ſeu Pſalmis Poenitentialibus. *Monteregali* ex typogr. *Vincentii*, & *Joh. Baptiſtae* fratrum de RVBEIS MDCXCIII. 8.

RICCARDI (*Vincentius*)

Neapolitanus Cler. Reg. inſignis Theologus, & Linguarum *Hebraicae*, *Graecaeque* ſcientiſſimus (a) edidit

S. PROCLI CPolitani Analecta (b) Gr. lat. cum interpretatione, & Commentariis, Romae apud *Bartholom.* ZANNETTVM MDCXXX. 4.

(a) Confer praeter TOPPIVM GHILLINIVM in *Theatro eruditor. viror.* p. 425.

(b) Vide ſuperiorem indicem Patrum in PROCLO.

RICCI (*Olympius*)

De' Giubilei univerſali celebrati negli anni Santi, *incominciando da* BONIFAZIO VIII. *fino al preſente* (a), *diſcorſo* (b) Romae apud Maſcardum MDCLXXV. 8.

(a) Nempe CLEMENTIS X.

(b) Multa heic invenies.

De gladio & pileo, qui a Romanis Pontificibus benedici ſolent, capitib. 81. 82. 83.

De Roſa aurea capit. 89. & 90.

De *Agnis Dei* cap. 121.

RICCIOLIVS (*Joh. Baptiſta*) (a)

Epiſtola (b) ad *Joh. Dominicum* CASSINVM contra Prodromum (c) *Franciſci* LEVERAE (d).

(a) Confer de eo SOTVELLI Bibliothecam.
(b) Exſtat in dialogo *Sxvini* MVTI (ſub quo nomine *Franciſcus* LEVERA latet) *Romae* per BERNABO' MDCLXIV. fol. p. 2.
(c) Univerſae Aſtronomiae reſtitutae.
(d) Editum ibid. MDCLXIII. fol.

RICHARDVS

Magnus e Cancellario *Lincolnienſi* Archiep. *Cantuarienſis* (a) ſcripſit

De celebratione Miſſarum

(a) Vide PITSEVM cap. 331.

RICHARDVS

Ex oppido *VVich.*, ubi natus erat, WICHIVS dictus ex ordine *Ciſtercienſium Oxonienſis* Academiae, ac poſtea EDMVNDI Arch. *Cantuarienſis* Cancellarius, tandem a. MCCXLIII. *Ciceſtrienſis* Epiſcopus obiit anno MCCLII. ſcripſit.

De Eccleſiaſticis officiis.

RICHARDVS

Scropus Anglus primum Epiſcopus *Lichfeldenſis*, deinde Archiep. *Eboracenſis* conſtitutus ab HENRICO IV. capite plexus eſt 8. Junii a. MCCCCV. ſcripſit.

Super Epiſtolas Miſſarum quotidianas

a RICKEL (*Dionyſius*)

Cognomento *de Leevvis* natione *Belga*, notior *Carthuſiani*, quem ordinem profeſſus eſt, nomine. Obiit a. MCCCCLXXI. Ex ejus operibus huc ſpectant

Enarratio in hymnos aliquot veteres Eccleſiaſticos
Expoſitionis Miſſae, Liber. I.
Dialogus *de Celebratione* (*Miſſae*)

RIERA (*Raphael*) (a)

Hiſtoria de anno Jubilaei MDLXXV. ſub GREGORIO XIII. (b).

(a) Vide ALEGAMBII Bibliothecam.
(b) Ex latino tum *Gallice* prodiit *Lugduni*, tum etiam *Italice Muceratae* per *Sebaſtianum* MARCELLNVM MDLXXX. 8.

de RIVES (*Dionyſius*)

Capuccinus ſimul cum Tractatu de Primatu PETRI Tractatum edidit

De

De mutatione Sabbati in Dominicam *Lugduni* MDCLXIII. 4. (a)

(a) Haec tamen ſecunda editio eſt. Utrumque enim Tractatum antea Auctor ſeorſum emiſerat.

de RIVO (*Radulphus*)

Decanus *Tungrenſis* obiit a. MCCCCIII. *Romae*, ubi olim docentem *Graecas* litteras audierat SIMONEM *CPolitanum Thebanorum* Archiep. ſcripſit

1. Calendarium Eccleſiaſticum, quod *Lovanii* a PAMELIO editum fuit apud Hier. VELLAEVM a. MDLVIII.

Vide MOLANVM de Martyrol. cap. VII.

2. De *Canonum obſervantia* in Eccleſiaſticis officiis. Exſtat in HITTORPII collectione, & in Bibliothecis Patrum.

ROBINET (*Urbanus*)

Doctor Sorbonicus, & *Pariſienſis* Canonicus edidit

1. Breviarium Eccleſiaſticum Clero propoſitum MDCCXLIV. (a)

2. Breviarium *Rothomagenſe* IV. vol. in 12.

3. Lettre d' un Eccleſiaſtique a un Curè, ou l' on expoſe le plan d' un nouveau Breviaire 4. (b).

(a) a *Cadurcenſi*, *Cenomanenſi*, aliiſque *Galliarum* Epiſcopis cooptatum fuit.

(b) ROBINETO (huic, an alteri ?) tribuitur Anonymus liber, cui titulus

L' Eſprit de l' Egliſe dans la celebration des ſacrés myſteres.

de ROBLES (*Eugenius*)

Compendio della vida y hazanas del Cardenal Fr. XIMENES de CISNEROS, *y del officio y Miſſa* Mozarabe, Toleti MDCIV. 4. (a)

Breve ſuma, y Relacion de l' officio Gothico Mozarabe, en la Capilla de Toledo, ibidem eodem anno 4. (b).

(a) Hoc compendium Cl. AZEVEDO quum primum ad proferendam novam Miſſalis *Mozarabici* editionem ſe contuliſſet, latine verti curavit; ipſaque haec verſio edita fuit ad paginam 92. ubi capitis XXIII. initium eſt. Dum vero mutato conſilio *Mozarabici* Miſſalis *Toletanum* exemplar tam adcurate exprimendum ſuſcepit, ut *Toletanae Romanae* editio ſingulis lineis reſponderet, ut alibi diximus, non ultra in *Robleſiani* operis impreſſione ſibi procedendum ratus eſt. Antea vero Cl. BLANCHINIVS T. I. *Thomaſianorum* operum ex ROBLESIO *ordinem divini officii Mozarabici* excerpſerat, & in latinam linguam converſum emiſerat. Per-

(b) Perrarus hic libellus a D. le BVRE indicatur *Bibliogr. Inſtruct. p. 190. volum. ad Theologiam pertinentis*. Forte quae in priore compendio de Mozarabico officio ROBLESIVS ſcripſerat, ea in hunc libellum ſeorſum retulit. Id mihi longe veroſimillimum eſt.

de ROBLES (*Johannes*)

Copia accentuum in Breviarium Romanum & in Regulam D. AVGVSTINI, & in officium additum Breviario Romano juxta ritum ejuſdem Patris AVGVSTINI, *Toleti* MDLII. 8. *Berlangae* MDLXIV. 8.

ROCCA (*Angelus*)

Ord. Heremit. S. AVGVSTINI Sacriſta Apoſtolicus, *Tagaſtenſis* Epiſcopus non ſolum celebris in urbe Bibliothecae Angelicae auctor fuit, ſed omnes eruditorum Bibliothecas ſuis libris locupletavit (a). Inter hos

1. Sacramentarium Gregorianum, *Romae* MDXCIII. inter opera S. GREGORII, tum 2. MDXCVI. ſeorſum ſcholiis illuſtratum (b).

2. SAMARINI Sacerdotale emendatum (c)

3. De Sacroſancto Chriſti Corpore Romanis Pontificibus iter conficientibus praeferendo *Romae* MDXCIX. 4.

4. De ſacra ſummi Pontificis Communione, Miſſam Solemniter celebrantis, *Romae* per *Guillelmum* FACCIOTTVM MDCX. 4. (d).

5. De Canonizatione Sanctorum, ibid. typis Camerae MDCX. 4.

6. Commentarius de Campanis, ibid. per FACCIOTTVM MDCXII. 4.

7. De Tiarae Pontificiae, quam Regnum mundi vulgo appellant, origine, Significatu, & uſu

8. De Salutatione Sacerdotis in Miſſa, & in divinis officiis, nec non de Miniſtri, vel Chori reſponſione

9. S. SILVESTRI pars mitrae, nec non S. MARTINI ac HONORII Summorum Pontificum calcei, ſive ſandalia

10. De precatione, qua lectiones in Matutino praevenimus, nec non de fine, quo eas claudimus.

11. Feria quidnam ſit, & cur dies ab Eccleſiaſticis viris Feriarum nominibus in Eccleſia nuncupentur.

12. De origine, & inſtitutione Benedictionis candelarum, vel cereorum in feſtivitate Purificationis B. M. ſemper Virginis,

13. Un-

13. Unde cineres ſuper caput ſpargendi uſus originem habeat, & quae ſibi velint?

14. Aurea roſa, enſis, & pileus, quae Regibus ac Magnatibus a ſummo Pontifice benedicta in donum mittuntur, quid ſibi velint?

15. De Sacroſancto Jubileo a. MDC. (e).

(a) Vide de eo IACOBILLIVM *in Catalog. Scriptor. Provinc. Umbriae pag.* 44. & MIRAEVM *de Script. Sacc. XVI. cap.* 151.
(b) Confer hujus Biblioth. *Lib. I. Cap. III. art. IV. §. 1. n.* 16.
(c) *Ibid. cap. V. art.* 3. *n.* 2.
(d) Exſtat quoque in ROCCABERTI *Bibliotheca*.
(e) Haec, aliaque ejus opera duobus tomis comprehenſa *Romae* prodierunt MDCCXLV. fol. hoc titulo: *Theſaurus Pontificiarum, ſacrarumque antiquitatum, nec non rituum, praxium, & caeremoniarum*.

La ROCCHELLE

Conferences Eccleſiaſtiques du dioceſe de la Rocchelle MDCLXXXII. 4. (a).

(a) Italicam harum collationum verſionem *Venetiis* habuimus: *Conferenze Eccleſiaſtiche della dioceſi della* Roccella *intorno l'uffizio divino, e il Sagrifizio della Meſſa*, Venetiis apud Simonem OCCHI MDCCXLV. 8.

RODOTA' (*Petrus Pompilius*)

Graecae Linguae in Vaticana Bibliotheca Profeſſor edidit

1. In Epiſtolam Encyclicam a S. D. N. BENEDICTO Papa XIV. datam ad omnes Epiſcopos ditionis Eccleſiaſticae die XIX. Februarii a. MDCCXLIX. Commentarius, in quo agitur de anno Jubilaeo, de cultu Templorum, de cantu, & Muſica Eccleſiaſtica, *Romae* MDCCXLIX 4. (a)

2. *dell' origine, progreſſo, e ſtato preſente del Rito* Greco *in Italia oſſervato dai* Greci, *Monaci* Baſiliani, *e* Albaneſi *Libri tre*, Romae apud *Joh. Generoſum* SALOMONI T. III. 4. MDCCLVIII.

(a) Vidi hunc Commentarium in 4. a P. AZEVEDO recuſum, Appendicem primam futurum ſui operis magna ex parte editi *de apparatu ad Magnum Jubilaeum* a. MDCL.

RODRIGVEZ (*Franciſcus*) (a)

Hiſpanice edidit

Brevem Tractatum de Jubilaeo, *Romae* apud *Stephanum* PAVLLINVM MDC. eodem anno ibid. Italice recuſum apud

Aloy-

Aloysium ZANNETTVM in 24., & iterum a. MDCC. 12.

(a) Vide ALEGAMBII Bibliothecam S. I.

ROLENVICK (*VVernerus*)

De *Laer* oppidulo dioecesis *Monasterienſis Carthuſianus* obiit VII. Kal. Sept. MDII. Plura ſcripſit, quae adcurate recenſet HARTHZHEIM *Biblioth. Colon. p.* 314. ſeqq. In his Diſſertattones duae de Martyrologio, Paſchalique Luna, cum tabula ad inveniendam quotannis ſeptugeſimam (Tabula, ut Auctor fatetur, eſt Conſluentina ceteris adcuratior; ab ipſo vero digeſta, ac notis illuſtrata). Prodierunt MCCCC-LXXII. 4.

ROLLI (*Leo Lucas*)

V. CARDONI (*Joh. Idelphonſ.*)

de ROMA (*Cherubinus*)

E *Minoribus Observantibus* edidit *Romae* ex *Generoſi* SALOMONI typographio MDCCL.

Dichiarazione Iſtorico-Theologica dell' Anno Santo 8. (a)

(a) Nonnullis a me additis, mutatiſque (quo liber ad annum Jubilaeum a. MDCCLXXV. adcommodatior prodiret) recuſum fuit hoc opus a *Johanne* BARTOLOMICCHI *Romae* MDCCLXXIV.

de ROMANIS (*Humbertus*)

Natione *Burgundus* Ord. *Praedicatorum* quinctus Magiſter Generalis a. MCCLIV. renunciatus, de cujus libris CAVEVS, QVETIFIVS, FABRICIVS, aliique, obiit MCCLXXVII.

De officiis ſui ordinis commentarios MSS. exſtare *Coloniae* apud PP. *Praedicatores* auctor eſt SCHVLTINGIVS.

RONDANI (*Alphonſus*)

Quum ipſum inter, & Magiſtrum Caeremoniarum *Novarienſis* Cathedralis Eccleſiae ab a. MDCCLI. exorta quaedam *Ritualis* controverſia eſſet, aliqua edidit (a).

(a) Quae de hac controverſia *T. III. Annal. litter. Ital.* dicta a me ſunt, huc transferre libet; ubi Librorum in ea vulgatorum notitia.

„ Due Chieſe, che in *Novara* vantano il pregio di principali „ ſopra l'altre di quella illuſtre Città, la Cattedrale, e la Baſilica „ di S. GAVDENZIO hanno ciaſcuna alcuni particolari lor riti, e „ ſtudianſi con impegno di ſoſtenerli. Ora nata è tra due Cirimo-„ nieri di queſte Chieſe una diſputa aſſai calda. Pretese il Cirimo-

„ niere

„ nicre del Duomo, che incenſar ſi doveſſe il Santiſſimo dopo da-
„ tane la Benedizione innanzi di riporlo nel Tabernacolo. L' altro
„ in iſtampa ſino dal MDCCLI. impugnò queſto ſentimento in
„ pochi fogli di carte 8. intitolati.

„ *Reſponſio* Alphonſi RONDANI *Amico ſuo NN. interreganti,*
„ *an completa Benedictione cum SS. Sacramento facienda ſit ejuſdem SS.*
„ *Sacramenti Thurificatio, antequam reponatur in Tabernaculo?*

„ Queſta riſpoſta fatta a ſangue freddo, e con molto giudizio ne traſ-
„ ſe dalla parte dell' altro Cerimoniere una ſanguinoſa

„ *Lettera familiare al Sig.* Alfonſo RONDANI *in riſpoſta del-*
„ *la già da lui ſcritta, e ſtampata nell' anno* MDCCLI. *ſopra la qui-*
„ *ſtione, ſe data la Benedizione col Santiſſ. Sacramento debbaſi nuovamen-*
„ *te incenſare prima di riporlo nel Tabernacolo?* f. pagg. 25. ſenza luo-
„ go, che pare *Milano*

„ Appenache queſta lettera comparve, fu dal Giudice ſoppreſ-
„ ſa, non parendo proprio, che una controverſia ſopra l' incenſare il
„ Sacramento d' amore degeneraſſe in faccia del Pubblico in punture,
„ e villanie dalla carità deteſtate. Coſi ebbe tregua l' affare. Ma il
„ Cirimoniere del Duomo mal ſofferendo, che la riſpoſta dell' e-
„ molo andaſſe in giro, e applaudita foſſe, la ſua per lo contrario
„ dannata ſi ritrovaſſe all' obblivione, ſeppeſi approfittare della favo-
„ revole circoſtanza, che davagli la vacanza della Sedia Veſcovile,
„ e nel Calendario del paſſato anno MDCCLVII. ſtampò a c. 3.
„ un preteſo editto del celebre Veſcovo *Novareſe* D. *Carlo* BASCA-
„ PE' favorevole all' incenſamento. Per quanto ſi crede il valoroſo
„ Sig. GVGLIELMI Canonico Teologo della Baſilica di S. GAV-
„ DENZIO preſtò allora al Cirimoniere RONDANI la penna. Il certo
„ è, che una fortiſſima ed eruditiſſima lettera ſi è veduta col titolo:

„ *Reſponſio* Alphonſi RONDANI *Amico ſuo NN. poſtulanti, quanti*
„ *faciendum ſit praetenſum edictum illud* D. CAROLI *a Baſilica* PE-
„ TRI Epiſcopi Novarienſis, *quod in Calendario S.* Novarienſis *Eccle-*
„ *ſiae labentis anni* MDCCLVII. fol. 3. *in lucem prodiit, in quo fina-*
„ *lis Thurificatio SS. Sacramenti poſt datam eum eodem Sacramento Bene-*
„ *dictionem facienda praeſcribitur.* Mediolani f. pagg. 15.

„ In queſta riſpoſta ſi moſtra 1. l' inſuſſiſtenza di queſto editto,
„ della promulgazione del quale non coſta. 2. la contraria conſue-
„ tudine degli altri Veſcovi *Novareſi*. Ma ciò che mette il colmo allo
„ ſtajo, ſono le teſtimonianze, colle quali ſi chiude, e quaſi ſi ſigil-
„ la la riſpoſta, degl' Illuſtriſſ. e Reverendiſſ. Maeſtri delle Sacre
„ Cirimonie Pontificie REALI, PIERSANTI, e DIVERSINI.
„ La parte contraria allegava l' uſo di qualche Chieſa di *Roma*.
„ Però il RONDANI ha creduto di dover conſultare gli oracoli di
„ quei Prelati ſul queſito. Se *data la Benedizione col Santiſſ. Sacra-*
„ *mento debbaſi di nuovo incenſare avanti di riporlo nel Tabernacolo oſſia*
„ *Ciborio?* E l' unanime riſpoſta qual fu? Eccola colle preciſe paro-
„ le loro: *non deveſi fare incenſazione veruna dopo data la Benedizione,*
„ *poiche ſi opererebbe contro tutte le Rubriche; ed è falſiſſimo, che ſi*

„ *ciò praticato in qualche Chiesa di* Roma; *e quelli, che sono di opposto* „ *parere, leggano con più attenzione le Rubriche, e procurino d' intenderle meglio, ne produchino sì facilmente l' uso di* Roma *in prova delle singolari loro opinioni con tanto vilipendio della Città Maestra delle Sacre cirimonie, e sacri Riti*. Non parrebbe finita la causa? Ma „ guai quando gl' impegni son presi. Malgrado una sì irrefragabile „ decisione dei Maestri delle Pontificie Cirimonie, è uscito un altro „ in foglio di pagg. 15.

„ Alfonso RONDANO *edictum illud D.* CAROLI *a Basilica* „ PETRI Episcopi Novariensis, *quod in Calendario Sanctae* Novarien- „ sis *Ecclesiae a.* MDCCLVII. *in lucem prodit, nihili facienti, con-* „ *suetudinemque thurificandi Sanctissimum Sacramentum data cum eodem* „ *Benedictione in Ecclesia Cathedrali* Novariae *reprobanti*, MDCC- „ LVIII. *Septembri*. Mediolani apud *Federicum* AGNELLVM.

„ Come se fosse un disprezzare l' editto del Vescovo BASCA- „ PE' mostrarne il non mai avuto vigore, o l' editto del Vescovo „ pogniamo che promulgato fosse, prevaler dovesse alle Rubriche, „ spiegate massimamente dalla consuetudine di tutte le Chiese, e „ da una sì chiara e lampante testimonianza dei Maestri delle Cerimonie Pontificie. „

RONDET

Ordinaire de la Messe avec la maniere de l' entendre, quand on la dit sans chant, & quand on la chante, & la maniere dont elle doit être servie par les laics. On a joint 1. *un discours preliminaire sur la Sainte Messe, & sur la Maniere de l' entendre.* 2. *une Messe votive en faveur de ceux, qui n' ont pas de Messe propre du jour.* 3. *diverses prieres, dont on peut se servir avant & apres la Messe, ou entre les offices.* 4. *le Ceremonial de l' office divin pour les laics, ou la maniere d' entendre les Saints offices de l' Eglise*. Parisiis MDCCLXXIII. typis LOTTINI Senioris.

Alia Ritualis argumenti opuscula a RONDETO conscripta invenies in DINOVARTII diario. V. supra DINOVART.

RORICH (*Joh. Fridericus*)

Coloniensis defunctus Monasterii *VVestphaliae* MDCXXXIII. Edidit *Germanice*

De usu coemeteriorum contra *Balthasarem* MENTZERVM (a).

(a) Ex SOTVELLO HARTZHEIM *Bibl. Colon. pag.* 171.

ROS (*Franciscus*)

Ex *Jesuita* primum Episcopus *Angamalensis*, postea Archiep. *Cranganorensis* Mis.

Miſſalia, Breviaria, Ritualia Romani ritus in *Chaldaicam* linguam tranſtulit (a).

(a) Vide praeter ALEGAMBIVM *Nicolai* ANTONII Bibliothecam hiſpanam.

ROSARIVS, ſeu de ROSALES (*Franciſcus*)

Obſervationes in hymnos Breviarii, *Brugis* MDLXXVIII. in 8. (a).

(a) Confer Biblioth. Hiſpan. Nicol. ANTONII *T. I. p.* 358.

ROSILIVS (*Marcus*)

Ordinationes divini officii totius anni, *Romae* MDIII. 8: (a)

(a) Vide IACOBILLII *Scriptores Umbriae* (ROSILIVS enim *Fulginas erat*) *pag.* 195.

de ROSCIS (*Ludovicus*)

Suis heredibus reliquiſſe a IACOBILLO Catal. Scrip. Umbr. p. 318 dicitur

Il modo di far il conclave.

de ROSSIS (*Matthaeus*)

Arretinus I. V. D. ſcripſit tractatum

De jejuniis quadrageſimalibus

Qui T. VI. Bibl. Fabric. Med. & inf. Latin. a SCHOETTGENIO exſtare dicitur Sfargardiae Pomeranorum in Bibliotheca Mariana.

ROZCISZEVVSKI (*Albertus*) (a)

Edidit *Polonice* ſub nomine *Johannis* BOBOLAE

Calendarii *Gregoriani* contra LATOSIVM Mathematicum defenſionem (b).

(a) Vide de eo Bibliothecam ALEGAMBII

(b) Eam inſcripſit *Polonice Latoſiae Ciele* hoc eſt *Latoſii vitulus* ob ineptias hominis, quem confutabat.

de RVBEIS (*Joh. Baptiſta*)

Rationale divinorum officiorum, *Placentiae* MDCVIII. 4. & *Venetiis* per *Joh.* GVERILIVM MDCXXVIII. 4.

de RVBEIS (*Joh. Franc. Bernardus* Maria)

Ord. *Praedicat.* inſignis Theologus, ac pluribus editis libris

Clariſſimus, diſſertationem *Venetiis* vulgavit MDCCLIV.

De vetuſtis Liturgicis aliiſque Sacris Ritibus, qui vigebant olim in aliquibus Forojulienſis *Provinciae Eccleſiis.*

de RVBEIS (*Petrus Matthaeus*)
Florentinus

Ad Miſſalis Rom. Rubricam adnotationes de occurrentibus in Miſſarum celebratione defectibus, *Florentiae* apud PIGNONIVM MDCXXVI. 8.

RVBEVS (*Theodoſius*)
Privernas

Horarium univerſale perpetuum, *Romae* ex typogr. Vatic. MDCXXXVII. fol.

RVINART (*Theodoricus*)

Diſquiſitio hiſtorica de Pallio Archiepiſcopali (a).

(a) Vide ſupra MABILLON.

RVIZ Alcohalado (*Petrus*)
Sacerdos *Toletanus*

Tractado muy util y curioſo para ſaber bien rezar el oficio Romano; Toleti apud *Petrum* LOPEZ de HARO MDLXXXIV.

RYCQVIVS (*Juſtus*)
Canonicus *Gandavenſis*

Syntagma de anno ſaeculari Jubilaeo ad VRBANVM VIII. *Antuerpiae* MDCXXV. 8.

S

de SACROBOSCO (*Johannes*)

A patria, oppido *Eboracenſis Holyrood* ſic dictus claruit circa ann. MCCXXXI. *Pariſiis* vero, ubi docuerat, obiit a. MCCLVI. vel potius MCCXLIV. ſi ejus epitaphium recte intelligatur. Ejus liber

De anni ratione, ſive de computo Eccleſiaſtico

Additus eſt longe celeberrimo ejus operi *de ſphaera* mundi *Pariſiis* MDL. 8. & *Antuerpiae* MDLXVI. 8.

de

de SAINCTES (*Claudius*)

Gallus, Theologus *Pariſienſis*, & ex Canonico Regulari Epiſcopus *Ebroicenſis*, qui *Tridentino* Concilio interfuit (a) inter alia edidit

Collectionem Graecarum Liturgiarum (b).

(a) Ejus opera LAVNOIVS recenſet in *hiſtor. Academ. Pariſ. T. II. p.* 772. doletque eum in carcere miſere periiſſe, licet ſuſceptam ab eo Regicidii defenſionem id juſtiſſime poſtulaſſe fateatur.

(b) Vide *L. I. cap. III. art. II.* §. *I. n. II.*

de SAINCTE BEVVE (*Johannes*)

Tradition de l' Egliſe ſur les Benedictions, Toloſae apud *Guilelmum Ludovicum* COLOMIEZ MDCLXXIX. 8.

SALA (D. *Robertus*)

Taurinenſis, Ord. *Ciſtercienſis*, Congreg. S. BERNARDI Abbas Titularis, & in Vaticana Bibliotheca latinae Linguae Profeſſor.

Card. BONAE duos rerum Liturgicarum libros iterum edidit *Auguſtae Taurinorum* recognitos, auctos, notis, obſervationibus, ac perpetuo fere commentario hiſtorico, critico, dogmatico illuſtratos, noviſque adceſſionibus illuſtratos, tomis tribus in fol. quibus quartus Epiſtolarum ejuſdem BONAE adceſſit. V. BONA.

SALON (*Johannes*)

De Romani Calendarii nova emendatione, ac Paſchalis ſolemnitatis reductione. *Florentiae* MDLXXVI. 4.

SAMARINVS (*Franciſcus*)

Saeculo XVI. Beneficiatus *Lateranenſis* edidit

Sacerdotale (a)

(a) Vide *L. I. cap. V. art. III. n.* 2.

SAMVELLIVS (*Franc. Maria*)

De Sepulturis Chriſtianis, *Taurini* MDCLXXVIII. 4.

SANCIVS

Aragoniae Infans, IACOBI Regis cognomento VICTORIS filius, Eccleſiae *Toletanae* Praeſul, qui a *Mauris* occiſus fuit a. MCCLXXV. ſcripſit

Li-

Litanias, & hymnos in laudem Genetricis Dei MARIAE (a).

(a) Vide MARRACCII Biblioth. Marianam Tom. II. pag. 351.

DE SANCTISS. SACRAMENTO (*Euſebius*)

Matritenſis Ordinis diſcalceatorum Sanctiſſ. Trinitatis edidit Tractatum de *pertinentibus ad celebrationem Jejunii* Eccleſiaſtici *quatuor anni temporum, ſcilicet Quadrageſimae, Pentecoſtes, Septembris, & decembris*. Romae 1724. ex typographia *Petri* FERRI. 4.

Tribus hic liber conſtat partibus. In prima *ponuntur triginta ſex homiliae ſuper aliqua verba duodecim Evangeliorum quae leguntur in feriis quartis & ſextis, & in Sabbatis quatuor temporum.* Continet ſecunda *explicationes omnium Orationum officii cujuſlibet omnium dierum quatuor temporum Veris, Aeſtatis, Autumni, ac Hyemis, ſimulque earum, quae dicuntur in* Miſſis *dierum ipſorum*. Pars tertia *habet ea, quae Durandus*, Belethus, & Gavantus, *agentes de divinis officiis, tradunt de quatuor temporibus, ac de myſteriis ipſorum jejuniorum, officiorum, & Miſſarum*.

SANCTORIVS (*Julius*)

Caſertanus a S. PIO V. S. R. E. Cardinalis renunciatus *Sanctae* SEVERINAE vulgo dictus Epiſcopus *Praeneſtinus* obiit VII. Idus Junii MDCII.

Praeter *Rituale* (a) ab OLDOINO in *Athenaeo Romano* ſcripſiſſe dicitur

De Graecorum Ritibus Tractatum (b).

(a) Hujus Ritualis fata vide Lib. I. hujus Bibliothecae *cap: V. artic. III. n.* 3.

(b) De SANCTORIO plura idem OLDOINVS ad CIACCONIVM. Confer etiam TOPPIVM in additionibus ad Biblioth. Neapolit. *pag.* 141.

SANDELLI (*Dionyſius*)

V. FASSINI

SANDERVS (*Nicolaus*)

Anglus, in Academia *Oxonienſi* ut Profeſſor Regius Jus Canonicum docuit; rebuſque ob ſchiſma in *Anglia* turbatis *Romam* ſeceſſit: ubi doctor Theologus creatus, mox *Tridenti* in Patrum conſeſſu magnum ingenii ac doctrinae ſuae ſpe-

cimen

cimen, qua disputando, qua declamando edidit; *Stanislai* Cardinalis HOSII ibidem, & per *Poloniam*, *Borussiam*, *& Lituaniam* comes individuus. Ab eo itinere *Lovanium* se contulit. Denique a GREGORIO XIII. in *Hiberniam* Nuncius Apostolicus missus sub annum MDLXXXII. ibidem obiit (a). Ex ejus operibus, quae egregia omnia sunt, a nobis indicari merentur.

1. Tres orationes de transubstantiatione, de Linguis officiorum Ecclesiasticorum (b), & de pluribus Missis in eodem Templo celebrandis, *Antuerpiae* per Joh. LATIVM MDLXVI. in 8.

2. Sacrificii Missae explicatio, Antuerpiae MDLXXIII. 8.

3. Auctariolum ad SERARIVM, GRETSERVMQVE de ritu Catholicarum Processionum *Ipris* MDCXL. 8.

(a) Haec de illo MIRAEVS *de Script. saec. XVI. cap. CVIII*

(b) Exstat haec oratio etiam in Collectione *Parisiensi* auctorum sacrae Scripturae vulgares translationes damnantium.

SANDOVAL (*Bernardinus*)

Tratado del officio Ecclesiastico Canonico, Toleti apud *Franciscum* de GVZMAN MDLXVIII. fol.

SANNIG (*Bernardus*) Ord. *S. Francisci Reformatorum*

Collectio, sive apparatus Absolutionum, Benedictionum, coniurationum, Exorcismorum, Rituum, & Caeremoniarum Ecclesiasticarum, & administrationis Sacramentorum; continens etiam modum introducendi mulieres in Ecclesiam post puerperium, visitandi, & adjuvandi infirmos, & denique sepeliendi mortuos *Venetiis* 1764. apud *Remondinium* 12.

SANREY

Paracletus, seu de recta illius nominis pronunciatione; *Parisiis* MDCXLIII. 8.

SANTARELLI (*Antonius*) (a)

Trattato del Giubileo, ovvero dell' anno Santo, e dell' altri Giubilei, *Romae* apud MASCARDVM MDCXXIV. 12. & MDCXXV. apud GRIGNANVM in 8.

(a) Vide ALEGAMBII, & TOPPII Bibliothecas.

SANTEVIL (*Claudius*)

Parisiensis, cujus sub nomine *Santolii Maglsriani* (fuerat enim

enim diu Parisiis in S. MAGLORII Seminario) aliquot hymni exstant in Breviario *Parisiensi*: obiit 29. Sept. MDCLXXXIV.

SANTEVIL (*Joh. Baptista*)

Superioris frater, dictus *Santolius* VICTORINVS, Canonicus enim fuit Regularis *Parisiis* in S. VICTORIS, Laudatissimos hymnos scripsit primum pro Breviario *Parisiensi*, deinde pro *Cluniacensi*. Collecti prodierunt *Parisiis* MDCLV. 4. hoc titulo: *Hymni novi tam ex Breviario* Parisiensi, *quam ex* Cluniacensi *excerpti* (a). Exstant etiam

Regles Saintes de l' office divin, composées en vers latins par J. B. de SANTEVIL *& traduites en vers Francois per le Sr. du* PVY: Paris. MDCXCIV. 8.

Decessit 5. Augusti MDCXCVII.

(a) DINOVARTIVS nonnulla in SANTOLII hymnos animadvertit edita ad id epistola. Dominus autem de LAVARDE 2. MDCCXLVIII. pro SANTOLIO pugnavit in libro, quem praenotavit: *Reponse a la lettre de M.* DINOVART *au sujet des hymnes de* SANTEVIL.

SANTINELLI (*Stanislaus*)

Venetus e Cleric. Reg. Congreg. *Somaschae* vir eruditissimus (a) dissertationem edidit (b)

della dignità del Cardinalato sopra alcune parole della Costituzione II. d' INNOCENZO X. (c).

(a) *Jacobus Maria* PAITONIVS ejusdem Congreg. a. MDCCXLIX. *Venetiis* vulgavit commentarium inscriptum: *Memorie Storiche per la* vita del P. D. Stanislao SANTINELLI 8. Nov. MDCCXLVIII. defuncti.

(b) Exstat T. XXVI. *Sylloges Cologeranae opusculor. p.* 395.-419.

(c) Verba INNOCENTII sunt: *solo pileo de pretioso Christi Sanguine rubente insigniti & decorati*.

SANTORIO (*Paullus*) *Neapolitanus*

Discorso sopra il Giubileo universale dell'anno Santo MDC. *nel quale s' intende come fu ordinato l' anno Santo del Santissimo Giubileo, e quello, che il sommo Pontefice celebra, e solennizza nell' aprire le Porte Sante insieme colle cerimonie fatte dagl' Illustriss. Reverend. Card. nella detta solennità*. Venetiis MDC. apud Joh. Alberti 4.

SARNELLI (*Pompejus*)

Vigilienſis Episcopus, cujus opera praesertim quae num.

I. &

I. & IV. indicabuntur, utinam recuderentur nonnullis adnotationibus illustrata; sunt enim magnum sacrae eruditionis promptuarium. In his

1. *Antica Basilicografia*, Neapoli MDCLXXXVI. (a)

2. *Commentarj intorno al rito della Messa per què Sacerdoti, che privatamente la celebrano*, Neapoli MDCLXXXVI. 12., & Venetiis MDCCXXV. 4.

3. *Il Clero secolare nel suo splendore*, Romae MDCLXXXVIII. 4.

4. *Lettere Ecclesiastiche*, Neapoli MDCLXXXVI. & Venetiis MDCCXVIII. 4. (b)

5. *Sacra lavanda di piedi de' XIII. poveri, che si celebra nel Giovedì Santo*, Venetiis MDCCXI.

6. *Lume a' principianti nello studio delle Materie Ecclesiastiche, e Scritturali, aggiuntivi i Commentarj sul rito della S. Messa, e una istruzione per i Cappellani, che servono al Vescovo, quando celebra privatamente*, Venetiis apud *Antonium* BORTOLI MDCCXXXV. 4.

(a) A BACCHINIO commendatur in Ephemeridibus eruditorum virorum *Parmensibus* MDCLXXXVII. pag. 24. seq.

(b) In his

Lettera della Canonica Chericale corona *Neapolit.* edit. *pag.* 62.

Apologia intorno la lettera precedente *pag.* 75.

Lettera della Canonica tonsura, o rasura della barba Clerica le *pag.* 87.

Lettera della berretta Chericale *pag.* 102.

Lettera dell' abuso del berrettino presso i Chierici *pag.* 107.

Lettera dell' abito Chericale *pag.* 110.

Lettera dell' uso dell' annello per le persone Ecclesiastiche *pag.* 134.

SASSI (*Joseph Antonius*)

Ex Congregatione *Oblatorum*, quae *Mediolani* est, vir nostro saeculo eruditissimus, quum plura, eaque laudatissima ediderit (a), tum etiam a. MDCCXXXI. *Epistolam ad amicum* vulgavit:

Pro vindicanda formula in Ambrosiano *Canone ad Missae sacrum praescripta*. CORPVS TVVM FRANGITVR CHRISTE (b) Mediol. 4.

(a) Ea Chronologico ordine percensa habes *T. III. histor. litter. Ital. pag.* 721. *seqq.* Obiit 21. Apr. MDCCLI.

(b) Exstat etiam in sylloge *Opusc. Caloger. Tom. XIV.* ejus vero

egregiam synopsim exhibet BENEDICTVS XIV. *de Sacrof. Miſſ. Sacrif. Lib. II. cap.* 20.

SAVONAROLA (*Hieronymus*)

Ferrarienſis Ord. *Praed.* natus a. MCCCCLII. celebrior quam ut de illo aliqua dicamus. Satis ſit adnotaſſe, ejus vitam a Fr. *Pacifico* BVRLAMACCHIO *Lucenſi* Italice ſcriptam *Lucae* prodiiſſe a. MDCCLXI. 8. Inter ejus opera, quae a VVARTHONO in app. ad CAVEI *hiſt. litter.* accurate percenſentur, exſtat ad rem praeſentem.

De Sacrificio Miſſae, & myſteriis ejus, Italice, *Florentiae* . tum *Venetiis* MDCLVII. 12.

Tractatus de myſterio Crucis, & officium ejuſdem *Venetiis* MDXXXVII. 16.

SAVONENSIS (*Joh. Bernardus*)

Vocabularium Eccleſiaſticum, *Romae* MDCLXIX. 4. Breviarium Eccleſiaſticum, ibid. eod. a. 4.

de SAVSSAY (*Andreas*)

Pariſienſis, ab anno MDCXLIX. ad MDCLXXV. quo 9. Septembr. deceſſit *Tullenſis* Epiſcopus multae eruditionis, vix tamen ullius critices edidit:

1. Panopliam Epiſcopalem, ſeu de ſacro Epiſcoporum ornatu lib. VII. *Lutetiae* per CRAMOISY MDCXLVI. fol.

2. Panopliam Clericalem, ſeu de Clericorum tonſura & habitu lib. XV. ibid. MDCXLIX. fol.

3. Panopliam Sacerdotalem, ſeu de venerando Sacerdotum habitu lib. XIV. ibid. MDCLIII. fol.

SBARAGLIA (*Joh. Hyacinthus*)

Ord. *Minor. Conventualium* S. FRANCISCI Theologus eruditus quaeſtiones aliquot edidit (a), inter quas duae ad hanc pertinent Bibliothecam.

Prima de Canone XV. Concilii Arelatenſis: *de Diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere* (b).

Secunda *de jejunii quatuor temporum origine, ac inſtitutore* (c).

(a) Exſtant in calce *diſputationis de ſacris pravorum hominum ordinationibus*, quam Auctor vulgavit *Florentiae* MDCCL. 4.

Vide

(b) Vide quae in hanc quaeſtionem adnotavimus T. *III. hiſtor. litter. Ital. pag.* 101.

(c) Hanc ego quaeſtionem recudendam duxi ad illuſtrandam *Fleuryanam diſciplinam Populi Dei* T. I. p. 153.

SCACABAROZIVS (*Orricus, ſeu Olricus*)

Ut in Metropolitanae *Mediolanenſis* Eccleſiae MS. Codice apud MVRATORIVM *Ant. Italic. diſſ. LVII.* dicitur, *Eccleſiae Majoris* Mediolanenſis *Archipresbyter*, *& Praepoſitus Baſilicae Apoſtolorum, ſive Sancti* NAZARII *in* BROLIO MEDIOLANI *a.* MCCLXXX. *tam in dictamine, quam in cantu compilavit.* Multa Sanctorum officia in eodem Codice cum OLRICI epitaphio, pictaque effigie contenta.

SCACCHIVS (*Fortunatus*)

Ord. *Eremitarum* S. AVGVSTINI vir doctiſſimus, cujus ſunt.

1. Sacra Elaeochriſmata, *Romae* per ZANNETTVM MDCXXV. Tom. III. 4.

2. De cultu & veneratione Servorum Dei, Libri VII. per *Vitalem* MASCARDVM MDCXXXIX. 4. (a)

(a) Ejus opera *Hagaecomitum* MDCCXXV. in fol. prodierunt inſcripta: *Theſaurus Antiquitatum ſacro-profanarum.*

SCAPPO (*Antonius*)

J. C. *Bononienſis* in *Romana* Curia Advocatus edidit:

de Birreto rubeo dando S. R. E. Cardinalibus reſponſa prudentum, divini humanique juris.... collecta, *Romae* apud *Georgium* FERRARIVM MDXCII. 4.

a SCHELESTRATE (*Emmanuel*)

Antuerpienſis Vaticanae Bibliothecae cuſtos, Baſilicae Canonicus inter doctiſſimos ſuperioris ſaeculi viros facile numerandus *Romae* deceſſit 5. Aprilis a. MDCXC. aetatis ſuae XLVI. Edidit

Diſſertationem Apologeticam (a) de diſciplina arcani *Romae* MDCLXXXV. 4. quae poſtea recuſa fuit *Patavii* MDCCXLIII. 4.

Inter acta quoque Orientalis Eccleſiae ab eo illuſtrata, quae poſtuma prodierunt *Romae* MDCCXXXIX. typis *Joſephi* COLLINI fol. P. II. exſtant diſſertationes quatuor huc referendae, nempe

1. de indulgentiis.
2. de communione ſub unica ſpecie.
3. de Miſſis privatis.
4. de jejuniis, & delectu ciborum.

(a) Eorum ſcilicet, quae de eodem argumento docuerat in opere *de ſacro Antiochenо Concilio* Antuerpiae MDCLXXXI. 4. adverſus obiecta ſibi a *Guil. Erneſto* TENTZELIO *Lutherano* in diſſertatione de diſciplina arcani *Vitembergae* MDCLXXXIII. 4.

SCHIAVO (*Dominicus*)

Panormitanus in litteraria Republica pluribus editis libris clariſſimus Italicam a. MDCCLVI. ſcripſit epiſtolam

Dell' uſo de' cerei nella Feſtività di MARIA (a)

(a) Extat T. II. operis inſcripti: *Memorie per ſervire alla Storia Letteraria di* SICILIA, *P. II. pag.* 81.

de SCHILDIS (*Hermannus*)

Ord. *Eremitarum* S. AVGVSTINI florebat a. MCCCXL. Plura ejus opera TRITHEMIVS *cap.* 594. commemorat. In his.

Expoſitionis Miſſae Lib. I.
Manuale Sacerdotum Lib. I.
De horis Canonicis Lib. I.
De comparatione Miſſae Lib. I.

SCHOLLINER (*Hermannus*)

Eruditus Ord. S. BENEDICTI Monachus Card. TAMBVRINIO inſcripſit tractatum, cui titulus

Diſciplina arcani ſuae antiquitati reſtituta, & ab heterodoxorum impugnationibus vindicata MDCCLVI. 4. typis Monaſterii *Tegernſeenſis*.

SCHVCH (*Franciſcus*)

Diſquiſitio Aſtronomica de correctione Calendarii, *Ingolſtadii* MDCXCIX.

SCHVLTINGIVS (*Cornelius*)

Natus *Steinvvichii*, *Coloniae* autem ad S. ANDREAE Canonicus, & Decanus Facultatis *Colonienſis* ann. MDLXXXIV. obiit a. MDCIV. (a). Edidit

Eccleſiaſticae diſciplinae libros VI. *Coloniae* MDXCVIII. 8.

Bi-

Bibliothecam Eccleſiaſticam ibid. MDXCIX. & MDCI. fol. (b)

Theſaurum Antiquitatum Eccleſiaſticarum e VII. prioribus Annalium BARONII tomis contra Centuriatores *Magdeburgenſes*, ac *Calviniſtas*, totidem tomis ordine alphabetico contextum.

(a) De eo HARTZHEIM *Bibl. Col. p. 66.*

(b) Multa in hac Bibliotheca eſſe ſcitu digniſſima nemo inficias iverit; fatendum tamen eſt, opus hoc nullo ordine, nullo delectu, nulla critice ab Auctore elucubratum fuiſſe, a typographo autem innumeris praeterea foedatum erroribus, iiſque magni momenti quum & auctorum nomina miſerrime corrumpant, & notas chronicas plerumque pervertant.

SCHVVEITZER (*Johannes*)

Juliacenſis Ord. S. AVGVSTINI, obiit MDCCVIII. Plura edidit apud HARTZHEIM *Biblioth. Colon. p.* 201., in quibus

Directorium *Romano-Auguſtinianum* in ritibus & caeremoniis, in officio divino, Miſſa, Proceſſionibus &c. *Coloniae* MDCLXXXI.

SCIALACH (*Victorius*)

Accurenſis Maronita (a), Liturgias SS. BASSILII, GREGORII, & CYRILLI ex *Arabico* Latinas fecit, ediditque (b).

(a) Confer MIRAEVM *de Script. ſaec. XVII. cap.* 157.

(b) Vide *Lib. I. cap.* 3. *artic.* 3. *num.* 4.

SCORTIA (*Johannes Baptiſta*)

Genuenſis ab ALEGAMBIO in Bibliotheca S. J. laudatus edidit non *vulgari eruditione*, ut ait SALA *Praef. gen. in Bon. p. LXXVII.*

De Sacroſancto Miſſae ſacrificio libros quatuor, *Lugduni* ſumptibus *Horatii* CARDON MDCXVI. 4.

Opus, inquit ibid. SALA, *plurima quidem Rerum Liturgicarum notitia refertum, & Eruditis plus ſaperet ſi majori fuiſſet cum criterio diſcuſſum* (a); *ſua tamen laude non eſt deſtituendus Auctor, qui fere primus poſt* DVRANTVM *brevi methodo ſingulas Miſſae partes myſticis, hiſtoricis, ac Theologicis obſervationibus illuſtrat* (b).

(a) Maluiſſem *explicatum* dicere, quam diſcuſſum; SCORTIAE enim *axioma* neque ad ſententiarum, aut argumentorum delectum neque ad ordinem ſpectat, (quod unum *diſcutientis* eſſe poteſt) ſed

ad

ad solam pseudo-Isidorianarum decretalium, aliorumque quorundam apocryphorum Scriptorum indicationem aetatis potius, qua scripsit, quam ipsius vitium.

(b) Caput XII. libri II. inscriptum, *quo linguae genere sacrificandum sit in Ecclesia Occidentali*, exstat in *Parisiensi* Collectione auctorum Sacrae Scripturae vulgares translationes damnantium.

SEBALDVS (*Martinus*)

Norimbergensis, Cathedralis Ecclesiae *Viennensis* Canonicus edidit

Novum Romanum Breviarium, in quo Regii Cytharoedi DAVIDIS... Psalterium una cum hymnis, & canticis serialibus paraphrasibus succinctissimis ipsi textui distincto charactere insertis adornatum &c. *Moguntiae* ex officina Viduae *Joh.* ALBINI MDCXXII. 8.

SECCHI (*Anacletus*)

Clericus Regularis S. PAVLLI. *Hymnodiam Ecclesiasticam* scripsit, saepius vulgatam, ut *Antuerpiae* MDCXXXIV., & MDCLXXXIV. 8. quam ejusdem Congregationis Presbyter *Donatus* BENZONI *Italice* redidit, ac *Mediolani* a. MDCXLIII. in 12. vulgavit praenotatam

Della Innodia Ecclesiastica libri III., *ne' quali della nobiltà, degli effetti, e del modo di bene, e regolatamente cantare i salmi in coro copiosamente si tratta.*

SELVAGGI (*Julius Laurentius*)

Presbyter *Neapolitanus*, & in Seminario *Neapolitano* Juris utriusque Antecessor obiit III. Idus Novembris a. MDCCLXXII., quum annos vixisset XXXIV. Menses III. Edere coeperat eodem illo, quo mortuus est, anno *Neapoli.*

Antiquitatum Christianarum institutiones nova methodo in quatuor libros tributas. Sex tamen voluminibus continentur, quorum postremum a. MDCCLXXIV. prodiit.

Fruamur his cum aliqua tamen cautione, dum aliquis & accuratius, & ad sanioris doctrinae decreta accommodatius in eodem argumento versetur.

SERARIVS (*Nicolaus*) (a)

De sacris Processionibus, *Coloniae* per *Bernardum* GVALTHERVM MDCVII. in 8. & MDCIX. (b)

Item de extrema Vnctione (c). Vide

(a) Vide de eo ALEGAMBIVM.
(b) Exſtat quoque Tomo tertio operum ejus Theologicorum, quae junctim excuſa ſunt *Moguntiae* MDCXI. fol.
(c) Quem tractatum in meum *Theſaurum Theologicum* intuli.

SERRANVS (*Johannes*)
Edidit a. MDCXXVI. GAVANTO teſte Expoſitionem Miſſae.

SETTALA (*Carolus*)
Epiſcopus *Derthonenſis* edidit
Miſterj, e ſenſi miſtici della Meſſa, Derthonae MDCLXXII. 4.

SEVERVS (*Gabriel*)
V. *Gabriel Severus Philadelphienſis*.

SIANDA (*Johannes*)
e *Monteregali* Monachus S. BERNARDI praeter alia edidit
Onomaſticum ſacrum opuſculum tripartitum, in cujus prima parte termini ſacro liturgici, voceſque minus uſitatae a diverſis liturgicarum rerum Scriptoribus adhibitae explicantur: in ſecunda rituum, uſuum, dignitatum Eccleſiaſticarum, atque rerum quae ad ſacra peragenda inſerviunt prima inſtitutio exploratur: in tertia voces & termini in Breviario occurrentes quoad genuinum ſenſum minus obvii exponuntur. *Romae* MDCCLXXIV. ex typographia *Franciſci* Bizzarini KOMAREK 8.

SIMEON
Monachus, & Presbyter *Neſtorianus* ſaeculo XIII. ineunte ſub nomine S. PETRI libellum, quo ineptam fabulam obtruſit de particula panis Euchariſtici a Chriſto conſecrati a S. IOHANNE ſervata, uti & de aqua, quae ex Domini latere effluxit, ab eodem IOHANNE collecta, ut illa Euchariſtiae, haec aquae baptiſmalis fermentum eſſet. Hic titulus libri: *quaeſita Domini mei* Simonis Cephae *de divinis Sacramentis, & de Baptiſmo, undenam originem ducant*. Vide ASSEMANVM *T. III. Bibl. Orient. pag.* 562.

SIMEON
Natione *Graecus*, ex Monacho Archiep. *Theſſalonicenſis* claruit a. MCCCCX. latinis infenſiſſimus. Exſtant ejus.
1. *Commentarius de divino Templo, de ejus Miniſtris, de ſacris eorum veſtibus, de Sacroſancta Myſtagogia ſive Miſſa*

ad

ad pios quosdam Cretenſes a Jacobo PONTANO latine verſus, atque evulgatus Ingolſtad. MDCIII. 4. inde in Bibliothecam Patrum translatus tom. XXII. *Graecum* deinde textum dedit GOARIVS in Euchologio. Ex hoc eodem commentario excerptus eſt liber de ſacris ordinationibus, quem poſt MORINVM in Codicem Liturgicum Lib. VIII. p. V. pag. 43. ſeqq. intulit *Joſeph Aloyſius* ASSEMANVS.

2. Eccleſiaſticus dialogus adverſus omnes haereſes, ex quibus diſſertationem, ſeu dialogum *de Poenitentia* excerpſit, ediditque Gr. & latin. idem MORINVS in app. ad lib. de Poenit. p. 125.

3. Liber *de Sacerdotio ad Monachum quemdam*, qui cum operibus hactenus recenſis, aliiſque prodiit Graece *Jaſſi in Moldavia* MDCLXXXIII.

4. *Precationes ſacrae*, quae *Vindobonae* MSS. ſervantur in Caeſarea Bibliotheca Cod. Theol. 218. Vide CAVEVM *T. II. p.* 114. *ſaec. Synod.*

SIMON (*Mathurinus*)

De Poenitentiae ritu in vetere Eccleſia, *Pariſiis* MDCXXIII. 8.

SIMON (*Richardus*) (a)

Praeter *Gabrielis* PHILADELPHIENSIS opuſcula, quae ſupra indicavimus V. *Gabriel*; vulgavit

1. *Voyage du* MONT LIBAN *traduit de l' Italien du R. P.* BARDINI *avec des Remarques* (in quibus) *de Maronitarum* diſciplina, & ritibus copioſe diſſerit, *Pariſ.* MDCLXXV. 12. & *Hagaecomitum* NDCLXXXIV.

2. *Hiſtoire critique de la Creance, & des coutumes des Nations du Levant* (ſub anagrammatico S. *Moni* nomine) *Francofurti* (fictitius locus) MDCLXXXIV. 12. (b).

(a) Viri hujus doctiſſimi, ſed in opinando audacis, & in indicandis Auctoribus minus adcurati elogium hiſtoricum praemittitur ejus *epiſtolis ſelectis*, quae quatuor tomis in 8. *Amſtelodami* MDCCXXX. exeuſae fuerunt.

(b) Novo titulo haec editio ornata iterum vaenalis prodiit, nempe: *hiſtoire critique des dogmes, des controverſes, des coûtumes, & des ceremonies des Chrêtiens Orientaux par* Richard SIMON *ci-devant Prêtre de l' Oratoire*. Trivultii apud GAMEAV, MDCCXI., anno ſcilicet ejus obitum antecedente.

SIO-

SIONITA (*Gabriel*)

De ritibus *Maronitarum* nonnullis (a):

(a) Exflat in Symmictis ALLATI p. 244.

SIRMONDVS (*Jacobus*)

Historia Poenitentiae publicae *Paris.* MDCLI. 8. Tomo III. doctissimi hujus viri opusculorum, & inter opera a P. la BAVNE junctim edita Paris. MDCXCVI. fol. Tom. IV.; item ad calcem dissertationum quatuor *Joh. Bartholdi* MEMEIERI Theologi Helmstadiensis *de Disciplina Ecclesiastica* Helmstadii MDCCII. 4. denique *Venetiis* T. XII. mei *Thesauri Theologici* p. 16.

SMITHAEVS (*Richardus*)

Anglus patria *Vigornienſis*, Doctor Theologus *Oxonienſis*, & *Duacenae* Academiae Rector & Cancellarius decessit MDLXIII. Scripserat plura de Sacerdotio, Altaribus, Missa, Baptismo, & de ritibus Romanae Ecclesiae libros tres.

SOCOLOVIVS (*Stanislaus*)

Ritus de consecratione Episcopi, *Romae* apud Heredes *Nicolai* MVTII MDCII. 4.

SOLERIVS (*Anselmus*)

V. *Raynaudus*

de SOMMESERT (*Alexander*)

Prior Coenobii in Anglia *Essebienſis* Canonicorum Regularium S. AVGVSTINI circa ann. MCCLXIII. Elegiaco carmine opus scripsit *de sacris diebus*, sive de gestis, passionibus, & miraculis Sanctorum, Libris duobus: *Festivale*, atque Horarum Canonicarum seriem. Vide LELANDVM cap. 218. & FABRICIVM *Bibl. med. & inf. Latin. T. I. p.* 64.

SPATHARI (*Peregrinus*)

Canonicus *Justinopolitanus* edidit

Le orationi delle Messe di tutto l' anno tradutte, Pisauri apud *Bartolomaeum* CESANO MDLV. 8.

SPERELLI (*Alexander*)

Observationes Italice a. MDCXXI. scripsisse de Missae celebratione a GAVANTO dicitur.

a SPIRITV' SANCTO (*Theodorus*)

E Carmelitis discalceatis S. Indulgentiarum Congr. Consultor edidit Tractatum Historico-Theologicum de Jubilaeo, praesertim Anni Sancti Romae apud BERNABO', & LAZZARINI MDCCL. fol.

SPITZNAGEL (*Petrus*)

Francofordiensis Carmelita, Episcopus *Myrensis*, & suffraganeus *Spirensis*. Claruit a. MCCCCXXXI. Scripsit inter alia, quae HARTZHEIM percenset *Biblioth. Colon. p.* 354.

Perpulcram, & prolixam expositionem Canonis Missae.

SPONDANVS (*Henricus*)

Coemeteria sacra, ubi de ritibus sepulturae apud Judaeos, Gentes, & maxime Christianos differitur, *Parisiis* MDCXXXVIII. 4.

STALENVS (*Johannes*)

Vindiciae religiose peregrinantium *Coloniae* MDCXLIII. 8.

STEFANVCCI (*Horatius*)

Anagninus in Collegio *Germanico* Canonum multis annis Interpres edidit.

In titulum XLI. Libri III. Decretalium de celebratione Missarum, & divinis officiis dissertationis Canonicae, partem primam de horis Canonicis, *Romae* MDCCLV. 4. (a).

(a) Altetam partem de celebratione Missarum, quam p. 138 promisit, numquam absolvit.

STELLARTIVS (*Prosper*)

De coronis, & tonsuris *Paganorum*, *Judaeorum*, & *Christianorum* Libri tres *Duaci* MDCXXV.

STEPHANVS (*Aldonensis*)

V. *Stephanus Edenensis*.

STEPHANVS (*Edenensis*)

A patria vulgo *Edenensis* (natus enim erat in *Eden* Libani Montis oppido) *Antiochenus Syrorum Maronitarum* Patriarcha XLVIII. die 20. Maii a. MDCLXXI. electus. Fuerat STEPHANVS *Romae* in *Maronitarum* Collegio multis annis alumnus, ibique egregia cum pietatis, tum doctrinae specimina

na praebuerat. Inde vero doctoralem in Philoſophica, ac Theologica facultate Lauream adeptus in *Orientem* remigravit, eaque integritatis, ac prudentiae argumenta dedit, ut *Georgius* BERBELEENSIS Patriarcha *Nicoſienſem* Archiepiſcopum plaudentibus omnibus anno MDCLXVIII. dixerit, & conſecrarit, ac praeterea integras *Tripolis*, *Cyprique* dioeceſes ab illo juſſerit ſacra viſitatione perluſtrari. Patriarcha porro, ut diximus, a Nationis Metropolitis, atque Epiſcopis renunciatus, atque a CLEMENTE X. ad quem *Joſephum* SIMONIVM *Esronitam* ea de cauſſa legavit, 8. Auguſti MDCLXXII. in ſuprema illa dignitate confirmatus nihil antiquius habuit, quam ut rem Catholicam tueretur, atque ampliſicaret. Incredibile porro dictu eſt, quanta propterea perpeſſus ſit. Nam 12. ſept. a. MDCLXXXV. ad INNOCENTIVM XI. Litteras dedit, quibus ei nunciabat, ſe tandem ad Eccleſiam ſuam, a qua multis annis exulare coactus fuerat, rediiſſe. Obiit autem magna ſanctimoniae fama 2. Maii MDCCIV. (a).

Ejus opera, quorum pleraque (b) in Bibliotheca Romani Collegii *Maronitarum* MSS. ſervantur, quindecim voluminibus comprehenduntur *Arabice*, & *Syriace* conſcriptis. In his ad rem noſtram.

1. Commentaria in Liturgiam, quibus luculenta praemittitur diſſertatio de numero & Scriptoribus tum Catholicis tum haereticis Anaphorarum, ſeu Liturgiarum.

2. Pontificale, & Rituale *Maronitarum* (c). Aliqua ad ritus *Maronitarum* pertinentia exſtant etiam in vindicationibus, quas pro ſua Natione adverſus quorumdam Orientalium, & Occidentalium Scriptorum calumnias elaboravit.

(a) De eo *Fauſtus* NAIRONVS in indice Chronologico *Evopliae* praemiſſo, & le QVIENVS *Orient. Chriſt. T. III. p. 72. ſeq.* qui tamen *Nicoſienſem* Archiepiſcopatum a STEPHANO adminiſtratum ignoravit. Cum primis vero conſule Cl. *Joſephum Aloyſium* ASSEMANVM *Praefat. in Cod. Liturg. p. XLII.* & *p. XC.*, itemque *T. IX. p. XXVI.*

(b) Pleraque, inquam, Chronicon enim in *Vaticana* Bibliotheca exſtat.

(c) Id operis STEPHANO maxime cordi erat. Nam in litteris 25. Februarii a. MDCXCI. ad ALEXANDRVM VIII. cujus obitus in *Oriente* tunc ignorabatur, miſſis ſummum Eccleſiae Praeſulem etiam atque etiam rogabat, ut Pontificale Epiſcopis perneceſſarium edi tandem curaret, quum MSS. quibus utebantur,

exempla erroribus scaterent. Enimvero ordinem Baptismi a S. IACOBO *Sarugensi* editum, & a STEPHANO nova recensione dispositum, ac emendatum habes in laudati *Josephi Aloysii* ASSEMANI Codice Liturgico Lib. II. p. 409. & III. p. 187.

(d) Primum, & secundum harum vindicationum Librum Latinitate donavit doctissimus *Petrus* AMBARACHIVS, seu BENEDICTVS.

STAMPA (*Petrus Antonius*)

Fuga Sathanae. Exstat in *Colonienſi* Thesauro Exorcismorum. Vide Anonymos num. 1.

STEVANO (*Josephus Valentinus*) Vestanus Epis.

De adoratione, & osculatione pedum Romani Pontificis, & levatione, seu portatione ejusdem, Coloniae MDLXXX. & Romae MDLXXXVIII. f. (a).

De ritu tenendi fraenum, & staphades summis Pontificibus ab Imperatoribus.

(a) Quae in hoc libro *de pedum adoratione* exstant, ea translata sunt inter Tractatus Juris *T. XIII. p. II. fol.* 50.

STOER (*Nicolaus*)

Scripsit ex SCHVLTINGIO

De officio Missae ad Marchiones Misnenses:

SVARESIVS (*Josephus Maria*)

Vasionenſis Antistes eruditissimus, cujus opera a Typographo cum suae tum communis utilitatis studioso colligenda essent, edidit inter alia.

De Crocea veste Cardinalium in conclavi, dissertationem Romae MDCLXX. 4 (a).

De Psalterio Basilicae S. PETRI (b)

Epistolam ad Johannem MORINVM (c)

De ritu annuae ablutionis Aræ Majoris Basilicae S. PETRI (d)

Corollaria ad PANVINIVM de *Baptismate Paschali* (e)

(a) Confer Diarium Romanum Viror. erudit. ejus anni *pag.* 49

(b) Exstat cum *Dionysio* de RIVIS de ORIGENIS *Hexaplis Lugd.* MDCLXXVI. 4.

(c) Exstat in MORINI Antiquitatibus Ecclesiae Orientalis.

(d) Vide BATTELLVM.

(e) Confer dicta de PANVINIO.

SVHO-

SVHOVIVS (*Albertus*)

Decanus *Oſnabrugenſis* circa an. MCCCCXLV. Commentarium ſcripſit.

In Hymnum: *Laudi Sion Salvatorem*

Item in alterum: *Ave Maris Stella.*

SVPERANTIVS (*Johannes*)

Venetus

De myſteriis Miſſae, *Venetiis* MDCXVII. apud *Joh Bapt.* CIOTTVM 8.

SYBONIENSIS (*Michael*)

Scripſit GAVANTO teſte de myſteriis Miſſae MDXLIX.

T

TAKAQVET (*Michael Thomaſius*)

Ilerdenſis Epiſcopus edidit

De ratione habendi Concilia Provincialia, ac dioeceſana, ac de iis, quae in his praecipue ſunt tractanda, *Romae* MDLXV. 4.

TASSIN (*Renatus Proſper*)

Monachus eruditiſſimus S. MAVRI edidit diſſertationem

De Hymnographis 4.

TAVERNA (*Fr. Joſephus*)

Capuccinus Cumeracenſis, de quo Bibliotheca Capuccinorum *pag.* 158. Venetae editionis 1747.

Copioſa raccolta di veghi, e varj fiori nell' ameno campo de' Sagri Riti, Panormi MDCLXIX. apud Dominicum de ANSELMO. 4. Spectat hic liber Ritus tam in Miſſae celebratione, quam in divini officii recitatione, aliiſque functionibus Eccleſiaſticis uſitatos.

TAVERNIER (*Joſephus*)

Epiſtola ad *Tricaltium* BELMONTIVM de jejunio Rogationum, de quo Concilium *Gerundenſe* a. DXVII. (a)

(a) Exſtat Gallice in Litterariis Pariſienſibus Ephemeridibus a. MDCCXVI.

TAYLOR (*Simon*)

Scotus ex Ordine *Praedic.*, qui circa ann: MCCXL. ſcripſit

pſit libros duos *Pentachordorum*; item duos, *de tenore muſicali* alterum, alterum *de cantu Eccleſiaſtico corrigendo*.

TERRENI (*Arnoldus*)

Ruſcinonenſis, decretorum doctor, Eccleſiae *Elnenſis* Sacriſta, Avenione MCCCLXXIII. Jus Pontificium docuit, ubi quoque Tractatum in Bibl. Colbertina ſervatum ſcripſit

De myſterio Miſſae, & horis Canonicis.

THANATENSIS (*Johannes*)

A Patria *Cantiorum* inſula *Thaneta* appellatus, *Anglus*, Monachus *Benedict.* & Eccleſiae *Cantuarienſis* ad aedes Servatoris praecentor circa ann. MCCCCXL. ſcripſiſſe dicitur.

De officiis Cantuarienſis *Eccleſiae*

THIERS (*Joh. Baptiſta*)

Carnotensis magnae eruditionis Scriptor, utinam modeſtior, in ſuiſque promendis ſententiis minus liber, plura edidit. In his.

De Feſtorum dierum imminutione, Lugduni per Petrum GVILLIMIN MDCLXVIII. 12. (a)

Diſſertatio de retinenda in Eccleſiaſticis libris voce PARACLITVS, Lugduni ibid. MDCLXIX. 8.

De l' Etôle MDCLXXIV.

De Stola in Archidiaconorum viſitationibus geſtanda a Parochis, *Pariſiis* per Joh. DVPVYS MDCLXXVI. 12.

De l' Expoſition du S. Sacrement de l' Autel, *Pariſiis* apud eumdem MDCLXXVII. T. II. in 8. ſecunda editio (b)

Des ſuperſtitions, qui regardent les Sacremens, Pariſ. apud Antonium DEZZALLIER MDCLXXIX & MDCCI.-MDCCIV. T. IV. 12. (c)

Diſſertatinn des Porches des Egliſes, *Aurelianis* MDCLXXIX 12.

Diſſertations Eccleſiaſtiques ſur les principaux Autels des Egliſes, les Jubes des Egliſes, la cloture du choeur des Egliſes, Pariſ. MDCLXXXVIII.

Hiſtoire des perruques, Pariſ. MDCXC. 8.

Critique du livre des FLAGELLANS (d), Pariſ. MDCCII. 12.

Des Cloches, Pariſ. MDCCII. (e) & MDCCXIX. 12.

Obſervations ſur le Breviaire de Cluny, Bruxellis MDCCII. Vol. II. in 12. (f).

Quum

(a) Quum hic liber a S. Congreg. decr. 23. Martii MDCLXXII. ſuſpenſus eſſet, donec corrigeretur, THIERSIVS ad BONAM litteras dedit rogans, ut errores a S. C. notatos ſibi ſignificaret. Exſtant hae Litterae inter BONAE epiſtolas *p.* 197. conferendae cum ejuſdem Card. reſponſionibus *p.* 199. & 200. THIERSIVS aliam hac de re ad Cardinalem epiſtolam dedit *p.* 205. in qua librum a ſe correctum iri pollicetur; obſervationibus tamen ſibi objectis ſatisfacere ſtudet. Vide & heic BONAE ad eumdem epiſtolam 269, *p.* 209.

(b) Liber a Card. BONA commendatus *ep.* 321. ad auctorem, qui ipſi illum miſerat *ep.* 320.

(c) Confixum opus *Romae* 12. Martii MDCCIII. & 10. Martii MDCCLVII.

(d) Adverſus BOILEAV. Vide ſupra BOILEAV.

(e) 28. Februarii ſequentis anni MDCCIII. obiit.

(f) Inter raros Libros cenſetur hoc opus, quum ejus exempla publica auctoritate ſuppreſſa fuerint.

THOMAS (*Capuanus*)

A. MCCXVI. ab HONORIO III. Card. Presb. tit. S. SABINAE creatus eſt. Ad duas legationes a GREGORIO IX. adhibitus in altera a. MCCXXX. pacem Papam inter & FRIDERICVM conciliavit. Novem poſt annos a. MCCXXXIX. deceſſit. Scripſerat dictatorem Epiſtolarem, ſive ſummam dictaminis, ſeu ut in Codice Heilsbrunenſi inſcribitur, *ſummam Epiſtolarem*. Particulam edidit *Joh. Giorgius* HAHNIVS *Collect. hiſtoric. T. I. p.* 279. Agit de modo conſcribendi Epiſtolas, & Bullas Pontificias in Cancellaria *Romana*. Martyrologium quoque confecit, quod in Bibliotheca Vatic. MS. exſtare monet MONTFAVCONIVS *Bibl. Biblioth. pag.* 41.

THOMASIVS (*Joſeph Maria*)

Siculus, Clericus Reg. Theatinus, a CLEMENTE XI. 16. Maii MDCCXII. S. R. E. Cardinalis renunciatus piiſſime, uti vixerat, deceſſit Kal. Januariis anni ſequentis MDCCXIII. (a). Ediderat litteraria plaudente Republica (b)

Codices Sacramentorum nongentis annis vetuſtiores, *Romae* per *Angelum* BERNABO' MDCLXXX. 4.

Pſalterium juxta duplicem editionem *Romanam*, & *Gallicam* cum canticis, Hymnario, & Orationali, *Romae* per TINASSIVM MDCLXXXIII. 4.

Reſponſorialia, & antiphonaria *Romanae* Eccleſiae a S. GREGORIO M. diſpoſita cum appendice monumentorum vete-

veterum, & ſcholiis, *Romae* per *Joſephum* VANACCIVM MDCLXXXVI. 4.

Antiques libros Miſſarum Romanae Eccleſiae, ideſt Antiphonarium &c. ibid. MDCXCI. 4.

Officium Dominicae Paſſionis Feria VI. Paraſceve majoris Hebdomadae ſecundum Ritum Graecorum ibid. MDCXCV 12.

Pſalterium cum canticis, & verſibus priſco more diſtinctum, argumentis & orationibus, vetuſtis novaque Litterali explicatione breviſſima dilucidatum ibid. MDCXCVII. 4. (c)

(a) Venerabilis hujus Cardinalis res geſtas in diario *Zeniano* Litteratorum *Italorum* Illuſtriſſ. FONTANINIVS prolixo Commentario in plures partes ſecto perſequutus eſt a Tom. XVIII. ad XXVI.

(b) Quis tamen crederet? Maleferiatus homo exſtitit, qui a. MDCCXX. maledicas quaſdam obſervationes in vulgus jactavit adverſus Codices Sacramentorum, & antiquos Libros Miſſarum a THO. MASIO editos. Sed praeſtantiſſimi Cardinalis conatus P. D. *Joſeph Maria del* PEZZO ſtrenue vindicavit in opere, quod ſupra ſuo loco indicavimus.

(c) Cl. P. *Joſephus* BLANCHINIVS *Thomaſianorum* operum colligendorum conſilium quum ſuſcepiſſet, anno MDCCXLI. primum tomum *Romae* emiſit in fol. Verum non ultra ea editio proceſſit. Melioribus fatis eam adgreſſus eſt doctiſſimus P. VEZZOSIVS, perfecitque ſeptem tomis in 4. ab anno MDCCXLVIII. ad MDCCLIV. exeudentibus *Nicolio*, & *Marco* PALEARINIS, Tomo autem ſeptimo THOMASII opuſcula varia cum appendice complexus eſt. Ea heic percenſebimus, quae rem ritualem ſpectant.

1. Breviculus aliquot monumentorum veteris moris, quo Chriſtifideles (a ſaeculo III.) ad ſaeculum uſque decimum utebantur in celebratione Miſſarum ſive pro ſe, ſive pro aliis vivis, vel defunctis & in ejuſdem rei oneribus.

2. Miſſa ad poſtulandam bonam mortem, juſſu CLEMENTIS XI. circa an. MDCCVI. compoſita.

3. Orationes & Antiphonae petendae a repentina morte liberationi accommodatae. Eodem anno MDCCVI. juſſu ejuſdem Pontificis.

4. Adnotationes miſcellaneae ad Miſſale Romanum, a. MDCCIV conſcriptae.

5. Notulae in dubia proponenda Congregationi Sacrorum Rituum pro nova impreſſione Miſſalis, de qua eodem a. MDCCIV. cogitabatur.

6. Priſci fermenti novi expoſitio a CIAMPINIO in Libro de perpetuo azymorum uſu cum ſequente opuſculo edita.

7. De fermento, quod datur ſabbato ante Palmas in Conſiſtorio Lateranenſi.

8. De

8. De privato Eccleſiaſticorum officiorum Breviario extra chorum; quod opuſculum Cl. BLANCHINIVS in operum *Thomaſinorum* tomi primi partem ſecundam pag. 460. ſeq. primus vulgavit.

9. Ordo temporis ſervandus in recitatione officii Eccleſiaſtici.

10. Officium Dominicae Paſſionis Feria VI. Paraſceve majoris Hebdomadae ſecundum ritum Graecorum, quod a. MDCXCIII. a THOMASIO editum nuper monuimus.

11. Tria dubia. I. An Eccleſiae conſecratio neceſſario tota perfici debeat una, eademque die, & an poſſit in plures dies diſpartiri? II. An Epiſcopus conſecraturus Eccleſiam debeat eſſe jejunus, etiamſi Miſſarum ſolemnia poſt conſecrationem non ſit celebraturus? III. An Epiſcopus in aliena dioeceſi conſecrans altaria poſſit indulgentias largiri? Reſponſum his dubiis THOMASIVS dedit 18. Octobris MDCCVII.

12. Votum (27. April. MDCCVII. editum) ſuper petitione facta a toto Regno Neapolitano pro additione tituli *Patris Noſtri* in Miſſis, & Officii orationibus, in quibus exprimitur nomen S. IANVARII.

13. Adnotatio ad petitionem novi Feſti de Patre Aeterno.

14. De Tranſlatione Feſti, & ratione illud ſervandi, quando incidit in majorem Hebdomadam.

15. *Rifleſſioni intorno ad una nuova Accademia di Liturgia.*

16. *Scrittura, nella quale ſi prova, che l' iſtituzione della feria quarta* in capite Jejunii *è ſtata prima di S.* GREGORIO M. *contro l' opinione del* MENARDO. Edita haec a Cl. ANTONELLIO fuerat in Miſſali veteri Lateranenſi.

17. *Breve iſtruzione del modo d' aſſiſtere fruttuoſamente al S. Sacrifizio della Meſſa ſecondo lo ſpirito, ed intenzione della Chieſa.* Vulgata primum fuit *Romae* MDCCX.

THOMASSIN (*Ludovicus*)

Celeberrimus Oratorii *Berulliani* Presbyter die 24. Dec. MDCXCV. *Pariſiis* defunctus (a) ediderat.

Traitè des jeunes de l' Egliſe, Pariſ. apud Franc. MVGVET MDCLXXX. 8.

Traitè des Feſtes de l' Egliſe. ibid. MDCLXXXIII. in 8.

Traitè de l' Office divin ibid. MDCLXXXVI. in 8.

Qui omnes Tractatus Italice quoque redditi fuerunt; latine vero ſecundus de Feſtis prodiit *Venetiis* cum GVYETO-

(a) Exſtat ejus elogium hiſtoricum a Cl. MANSIO latinis litteris traditum in primo latini operis *de veteri & nova Eccleſiae diſciplina* volumine *Lucenſis* edit. MDCCXXVIII.

de THOV (*Nicolaus*)

Carnotenſis Epiſcopus edidit.

Recueil d' instructions pour l' intelligence des Sacremens de l' Eglise Catholique, Paris. apud NIVELLE MDLXXXVII. 4.

Brief Recueil, & explication de la Messe, & du divin service y fait. Parisiis apud J. METTAYER MDXCVIII. 4.

THYRAEVS (*Petrus*) (a)

De Festo Corporis Christi, *Moguntiae* MDLXXXV. 4.

(a) Vide de praeclaro hoc Theologo Bibliothecam ALEGAMBII.

du TILLET (*Johannes*)

Ab *Engolisma*, primo *Briocensium* in *Aremoricis* postea *Meldensis* Episcopus, valde doctus, unusque ex *Tridentinis* Patribus, qui, ut ferunt, CALVINVM nondum haeresiarcham institutorem habuit, obiitque 19. Nov. MDLXX. (a) edidit inter alia.

Traitè de l' antiquitè, & de la solemnitè de la Messe, Paris. MDLXVII. 12.

(a) Vide de eo praeter Galliam Christianam MIRAEVM *de Script. sacc. XVI. cap.* 91. ubi eum latine TILIVM appellat.

TIMOTHEVS II.

Nestorianorum Patriarcha IABALLAHAE suffectus mense Februario a. MCCCXVIII. postquam *Moschulanae*, & *Arbelensi* Ecclesiis Metropolita praefuisset, librum scripsit.

De septem cauſſis Sacramentorum Ecclesiasticorum in septem capita tributum. Primum est *de Sacerdotio*: 2. *de Ecclesiae Consecratione*: 3. *de sacro Baptismo*. 4. *de Sanctif. Sacramentis Corporis & Sanguinis*. 5. *de perfectione Therapeutarum*, hoc est Monachorum. 6. *de ministerio, quod super eos perficitur, qui in Christo obdormiunt*. 7. *de Sacramento desponsationis, ejusque perfectione*. Confer ASSEMANVM *T. III. Bibl. Orient. pag.* 572. *seqq.*

TIMOTHEVS (*Michael*)

Ariminensis, alias *Gateensis* V. J. D. edidit

1. In divinum officium tercentum quaestiones in decem tractatus partitas, *Venetiis* MDLXXXI. apud *Franciscum* ZILETTVM 8.

2. De Sacrificio Missae quaestiones DC. partitas in sex Tractatus, ibid. MDLXXXIV. 8.

3. In

3.- In hymnos Eccleſiaſticos ferme omnes brevem dilucidationem libris IV. diſtinctam, Romae ex typogr. *Guillelmi* FACCIOTTI MDCII. 4.

TINTI (*Proſper*)

Series Sacrorum rituum in aperitione Portae Patriarchalis S. PAVLLI, *Romae* apud *Horatium* CAMPANAM MDCCI. 4.

TITELMANNVS (*Franciſcus*)

Egregius Ord. *Min.* Theologus obiit MDLIII. Plura ſcripſit, quae MIRAEVS percenſet *de ſcript. Saec. XVI. cap.* 128. In his.

Expoſitio myſteriorum Miſſae, & ſacri Canonis, *Antuerpiae* apud *VVilhelmum* WESTERMAN MDXXVIII. & MDXXX. *Lugduni* MDL. apud *Benedictum* BOERIVM 16.

Expoſitio officii de Sacroſancta Trinitate, *Antuerp.* MDXXX. 8.

Addit SCHVLTINGIVS de *Ceremoniis Aethiopum* commentarium.

TOMBA (*Antonius*)

V. *Tumba*

TONELLI (*Hippolytus*.

Sacrum Enchiridion, ea, quae ad Sacrificium Miſſae ſpectant, ob oculos ponens, rubricas Miſſae privatae elucidans &c. *Venetiis* MDXCV. 12. & *Patavii* apud *Joh.* MANFRÉ' MDCCXIV. 12.

de TORNACO (*Guibertus*)

V. *Guibertus*.

del TORRE (*Laurentius*)

De Codice Evangeliario *Forojulienſi* diſſertatio Epiſtolaris: Editio ſecunda (a) notis illuſtrata, & BENEDICTO XIV. P. M. nuncupata, Venetiis MDCCLIII. 8.

(a) Erudita haec diſſertatio in Cl. P. *Joſephi* BLANCHINII, cui inſcripta eſt, T. II. *Evangeliarii quadruplicis* primum prodierat. Vide *hiſtor. Litter. Ital. T. I. pag.* 13. *ſeqq.*

TORRENTINVS (*Hermannus*)

Ejus eſt

Expositio difficilium vocum in Hymnos & sequentias *Coloniae* MDXIII.

TORRIGIO (*Franc. Maria*)

Romanus

Sacre Grotte Vaticane, Romae MDCXXVIII. qui liber paullo auctior ibid. prodiit MDCXXXV. & cum novis additionibus, ac titulo *le Sacre Grotte Vaticane &c. con aggiunta di correzioni, e d' Indice copiosissimo* ibid. per *Vitalem* MASCARDI MDCXXXIX. 8.

du TOVR (*Johannes*)

Edidit librum singularem de amictu, veste Sacerdotali, de origine, antiquitate, & sanctitate vestium Sacerdotalium legis naturae, Mosaicae, & Evangelicae, & de praecepto hominibus dato orandi in Ecclesia nudo capite, *Parisiis* apud *Jacobum* Roger MDCLXII. 4.

TOVRAINE (*Michael*)

Parochus *Gallus* librum edidit, quo *Gregorianum* Calendarium mendosissimum ostendere imprudens conatur. Titulus libri hic est.

Traitè des Instructions du Calendrier Universel, & perpetuel: ouvrage neceſſaire a l' Eglise. & utile a tout le monde (a). Parisiis MDCCV.

(a) Nihil minus. Vide *Trivultianas ephemerides* a. MDCCVI. Mense Apr. artic. XLVIII.

le TOVRNEVX (*Nicolaus*)

Rothomagensis obiit 28. Nov. MDCLXXXVI pluribus ad *Jansenianorum* disseminanda dogmata editis Libris, quos inter

L' Année Chrètienne contenant les Messes des dimanches, Feries, & Fêtes de l' Année en latin, & en Francois (a); *avec les explications des Epitres, Evangiles, & un abregè de la vie des Saints, dont on fait l' office*, Parisiis MDCLXXXV. seqq. Vol. XIII. in 12. (b)

(a) Ex *Gallica* damnata versione VOISINI, de qua infra V. VOISIN.

(b) Opus ab INNOCENTIO XII. a. MDCXCV. & a pluribus *Gallicanis* Praesulibus, quos inter *Carcassonensis*, 18. Nov. MDCCXXVII. confixum.

TRA-

TRAPEZVNTIVS (*Georgius*)

Celeberrimus Saeculi XV. scriptor, de quo post *Apostolum* ZENIVM diss. *Vossian.* Tom. II. *p.* 2. *seqq.* non pauca adtulisse me memini *histor. litter. Ital.* T. VIII. *p.* 185. *seqq. Graece* scripsit

Methodum, & rationem, ad quam reperiri possint anni totius festa, quae celebrantur in Ecclesia GRAECORVM

Editus porro est liber a. MDCCI. *in Urbe* Jassium (Jassy) Valachiae *principatu* 4. Meminit rarae hujus editionis Regiae *Parisiensis* Bibliothecae Catalogus inter Liturgicos *Orientalium* libros *Prêmiere partie* MDCCXXXIX. fol. *num.* 108. *pag.* 212.

TRITHEMIVS (*Johannes*)

Monachus S. Bened. Abbas primum S. MARTINI *Spanhemensis* ab a. MCCCCLXXXIII. deinde a. MDVII. S. IACOBI apud *Herbipolim* obiit MDXVI. De eo accurate FABRICIVS *T. IV. Bibl. Med. & inf. latin. p.* 154. *seqq.* Ceteris missis, quae ad nos minime pertinent, scripsit

Cursus septem horarum Canonicarum, officiique divini pro festo S. ANNAE, & S. IOACHIM

Plures *sequentias*

Officium Missae de compassione B. Virginis, Missam & Rosarium de *Angelo proprio*, item de S. MARTHA, de S. MARIA MAGDALENA, de S. PETRO Apostolo, de B. Virgine, de S. IOHANNE Evangelista, & de S. ANDREA Apostolo.

TRIVETTVS, seu de TREVETH (*Nicolaus*)

Anglus Ord. *Praedic.* multijugis litteraturae, ut ejus opera testantur ab ECHARDO, & FABRICIO *T. V. Bibl. M. & I. Latin.* p. 133. percensa, obiit proximus septuaganario a. MCCCXXVIII. Ad rem nostram pertinent ejus

De Missa, & ejus partibus lib. VIII.

Item de officio Missae, sive ordo Missae

Exstant MSS. in variis *Angliae* Bibliothecis teste H. WARTHONO.

TROMBELLI (*D. Joh. Chrysostomus*)

Bononiensis Canonicus Regularis, & Abbas S. Salvatoris edidit

1. Dis-

1. Dissertationem epistolarem in quasdam veteres Litanias (a).

2. Ordinem Officiorum Ecclesiae *Senensis* ab ODERICO ejusdem Ecclesiae Canonico compositum (b).

3. Tractatus de Sacramentis per Polemicas, & Liturgicas dissertationes distributus (c).

(a) Exstat T. XXXII. Sylloges opusc. *Calogeranae* p. 231.-297.

(b) Vide supra ODERICVS.

(c) Tomus I. prodiit *Bononiae* MDCCLXIX. Hunc quatuor alii sequuti sunt, qui omnes de *Baptismo* agunt, tum duo *de Confirmatione*, ac totidem *de extrema Unctione*. Utinam praestantissimo viro opus absolvere liceat! Nihil certe ad rem *Italiae* Liturgicam pernoscendam suscipi poterat opportunius. Ille enim quum insignem Liturgicorum librorum editorum, ac MSS. supellectilem collegerit, quod MARTENIVS ex libris praesertim *Gallicis* praestitit, ex *Italicis* maxime impressis, scriptisque Codicibus Sacramentorum ritus exhibet, illustratque uberiore etiam, certioreque doctrinae luce, quam liturgicis monumentis Theologia perfundit.

TVMBA (*Antonius*)

Fanensis Ord. Min. edidit

Ordinem perpetuum recitandi divinum Officium, Romae ex typogr. R. Camerae Apostolicae MDCXXVIII. 8. & MDCLXV. sumptibus *Gregorii*, & *Johannis* ANDREOLI, item MDCLXXI. 8.

Exstat quoque aliud ejus opusculum a CINELLIO indicatum hoc titulo *Istruzione del computo Ecclesiastico per gli articoli, cioè per le giunture delle mani di tutto quello, che fa bisogno per aver le Feste mobili perpetuamente colla Tavola perpetua de' Novilunj*, Florentiae MDCXLII. 4.

A TVRRE (*Horatius*)

Venetus Ord. *Praedic.* Ejus

De Mortuorum officio dissertatio postuma prodiit *Venetiis* MDCCXLII. *T. XXVII. Sylloges opusc. Caloger. p.* 406.

de TVRRECREMATA (*Johannes*)

Hispanus Ord. *Praedicatorum* Cl. Theologus Magister S. Palatii, & ab EVGENIO IV. Cardinalis & Episcopus *Sabinensis* a. MCCCCXXXIX. creatus obiit Romae a. MCCCC. LXVIII. aetatis LXXX. Exstat ejus. De

De efficacia aquae Benedictae
contra PETRVM *Anglicum* in *Bohemia* tractatus editus sine loci, annique delignatione; tum etiam *Romae* MDXXIV. & MDLIX. 8. (a)

(a) Confer *Cinellii* Bibliothecam *T. IV. pag.* 312.

TVRRINVS (*Joh. Maria*)
Directorium Sacrificantium, *Romae* typis Camerae MDCLXXXI. 4.

TVKVS (*Raphael*)
Episcopus *Arsenovensis* Romanam Missalis *Coptici* a. 1746. (a) Item *Theotochiarum Copto-Arabicarum* a. 1764. editionem curavit (b)

(a) Vide *Libr. I. cap.* 3. *artic.* 3. *n.* 7.
(b) Vide *Lib. I. cap.* 4. *artic.* 2. *n.* 5.

TZANFVRNARVS (*Theophylactus*)
Hierodiaconus saec. XVI. *Venetiis Menaeorum* editionem curavit (a); item *Triodii* (b), *Pentecostarii* (c). Edidit etiam *Thesaurum novum* (d), *Anthologium* (e), *Euchologium* (f).

(a) Vide *Lib. I. cap. IV. artic.* 1. *n.* 17.
(b) *Ibid. n.* 9.
(c) *Ibid. n.* 10.
(d) *Ibid. n.* 5.
(e) *Ibid. n.* 21.
(f) *Ibid. cap. V. artic.* 1. *n.* 3.

V

VALENTIANVS (*Gregorius*)
V. a MARSALIA *Gregorius*

VALENTINI (*Baptista*)
V. a CANTALICIO (*Baptista*)

VALENTINVS (*Josephus*)
V. STEVANO (*Josephus*)

VALERIVS (*Augustinus*)
Venetus S. R. E. Cardinalis, & Episcopus *Veronensis*
Re-

Romae defunctus 24. Maii MDCVI. Praeter Theſaurum piarum, & Chriſtianarum Inſtitutionum, aliaque (a) digniſſima, qua ſimul uno, alterove volumine cœcudantur, ediderat libellum

De Acolythorum diſciplina *Venet.* MDLXXI. 16.

Scripſit etiam a. MDXCI. egregium opuſculum *de Benediction Agnorum Dei* (b)

(a) Confer praeter CIACCONIVM. & EGGSIVM in *Purpura docta* GHILINIVM in Theatro litterator. Viror. p. 5. & Card. QVIRINVM in *Tiara*, & *Purpura Veneta*.

(b) Edidit illud primum *Vaſionenſis* Epiſcopus SVARESIVS, tum inſigni, doctiſſimaque Praefatione auctum Cl. Praeſul *Stephanus* BORGIA. V. BORGIA, SVARES.

VALENSNIERI (*Albertus Maria*)

Ferrarienſis Carmelita edidit

Lettioni venti ſopra gli alti, & ineffabili Miſterj della Meſſa. Mediol. apud *Joh. Bapt.* & fratres de PONTE MDLXVII. 8.

VALLEMONT (P. L. L.)

Du ſecret des Myſteres, ou Apologie de la Rubrique des Miſſels, diſſertation theologique, & hiſtorique, ou l'on montre, que la Rubrique des Miſſels, qui ordonne de dire ſecretement le Canon de la Meſſe, eſt une continuation de la diſcipline du ſecret, & du ſilence, que l'Egliſe Primitive obſervoit ſur le Myſtere de l'Euchariſtie. Pariſ. MDCCXII. 12. (a).

(a) Vide *Trivultianos* M. Sept. MDCCXII. artic. CXXXII. Ceterum licet VALLEMONTIVS Rubricam de ſecretis a VERTI cavillationibus ſtrenue defendat, multa tamen peccat, quae paucis BENEDICTVS XIV. *de ſacroſ. Miſſae Sacrific. Lib. II. cap. 23. n 21.* complectitur, ac reprehendit his verbis. „ Gaudemus, inquit, quod „ videamus Rubricae obſervantiam de ſecretis ſtrenue ab eo quoque „ propugnatam. Verum ejus rationibus ſubſcribere omnino non poſ„ ſumus. Exiſtimat enim, idque veriſſimum eſt, Catechumenos, „ Energumenos, Infideles, & publicos Poenitentes dimitti conſue„ viſſe, quum recitari coeperat Canon Miſſae: putat praeterea, iis „ dimiſſis, quum ſoli fideles, neque Energumeni, nec Poenitentes, „ nec Catechumeni remanerent in Templo, reliquum Miſſae elata „ voce dici conſueviſſe; quod tamen eſt falſum: Arcani enim diſci„ plina vetabat, ne Sacroſancta myſteria vel Fidelibus ipſis enun„ ciarentur. Tandem cenſet octavo ſaeculo, quum ad Miſſam uni„ cuique pateret aditus, opportunum viſum eſſe, ut quemadmodum „ olim neque Catechumeni, neque Energumeni, neque Poenitentes „ Ca-

„ Canones, ideoque nec conſecrationis verba audiebant, ita dein-
„ de unumquemque hominum, qui Miſſae adeſſet, totum id cela-
„ retur, quod a veritate quantum abſit, ſatis apparet. „

VAN DER VEKEN (*Franciſcus*)

Belga, *Romae*, quo ab ALEXANDRO VII. evocatus fuit, ac ſacrae Poenitentiariae Theologus conſtitutus, obiit 29. Aprilis MDCLXIV. (a)

In Canonem Sacrificii expoſitionem brevem *Coloniae* apud *Joh.* KINCKIVM MDCXLIV. in 12. vulgavit poſtea ab Archiepiſcopo *Coſentino Coloniae* Nuntio Apoſtolico Italice verſam, ac *Romae* edidit *Joh.* CASONVS MDCLXV. 16. Latine recuſa eſt *Florentiae* MDCCLXXIII. apud Cajetanum CAMBIAGI, & Caeſenae MDCCLXXV.

(a) Vide HARTZH. *Biblioth. Colon. p.* 85. & ALEGAMBIVM in Bibl. S. I.

VATAR (R.)

Des Proceſſions de l' Egliſe, de Leurs antiquitez, utilitez, & des Manieres d' y bien aſſiſter, Pariſ. MDCCV. 8. (a)

(a) Confer *Trivultianorum* Ephemerides ejus anni M. Sept. art. CXXXVII. p. 1573.

A S. VBALDO (*Euſtachius*)

Auguſtinianus Excalceatus plura vulgavit, quae inter

De Dei Benedictione eruditum opus, *Mediolani* MDCXCV. 4. (a)

(a) Poſt hunc Commentarium exſtant diſquiſitiones duae, altera de hymni *Te Deum* auctoribus (*pag.* 229.-271.), altera de cantu a D. AMBROSIO in *Mediolanenſem* Eccleſiam inducto (p. 272-312.)

VEGIVS (*Maphaeus*)

Laudenſis MARTINI V. Datarius, & primariae aedis in Urbe Canonicus *Romae* anno I. PII II. Pontificis obiit, conditusque eſt apud *Auguſtinianos* in ſacello S. MONICAE, cujus *officium Eccleſiaſticum* compoſuerat (a)

(a) Vide de eo MIRAEVM *in Auctar. de Scriptor. Eccleſ. cap.* 473. VVARTHONVM in append. ad CAVEI hiſtoriam litterariam, FABRICIVM *in Biblioth. Med. & inf. latin.*

VEGLIA (*Petrus Dionyſius*) Ord. *Servorum*

Computo Eccleſiaſtico ſopra le pieghe, e nodi delle dita, *Peruſiae* apud *Annibalem Aluigi* MDCXXVI. 12.

VENANTIVS (*Carolus*)

Pratica delle ſacre Cerimonie diſtinta, e ſeparata per ciaſcun officio e miniſtro in particolare tanto nelle funzioni private, e ſolenni, quanto in quelle della ſettimana Santa, con le note del canto fermo &c. *Viterbii* apud *Julium de* IVLIIS MDCCX 4.

de VENETIIS (*Bernardus*)

V. CHARDON

de VERT (*Claudius*)

Cluniacenſis Monachus obiit Kal. Maiis MDCCVIII. Ediderat praeter *Cluniacenſium* Breviarium (a)

1. *Diſſertation ſur les Mots de Meſſe, & de Communion avec quelques d'greſſions ſur les Agapes, les Eulogies, le pain benit, l'ablution &c.* Pariſ. MDCXCIV. 8.

2. Explication ſimple, Litteraire, & hiſtorique des ceremonies de l'Egliſe T. IV. in 8. *Pariſiis* MDCCVI. editio prima, MDCCX-MDCCXIII. ſecunda, & MDCCXX. apud Florentinum de LAVNE (b)

(a) Vide *Lib. I. cap. 4. artic. 6. num. 3.*

(b) Audacem hominem refellunt Illuſtriſſ. LANGVET, le BRVN praeſertim Praef in Tom. I. p. XXIII. ſeq., VALLEMONT; tum etiam TOVRNELIVS, BOVCAT in ſua *Theologia Patrum Scholaſtico dogmatica*, SALA in BONAM, & BENEDICTVS XIV. *de Sacroſ. Miſſae Sacrific.*

VESTRINI (*Bernardinus*)

Cleric. Regul. *Scholarum piarum* Academicus *Etruſcus* diſſertationem edidit

Sopra l'uſo ſacro, e profano degli Agnelli (a)

(a) Exſtat T. V. operis, cui titulus: *Saggi di diſſertazioni Accademiche pubblicamente lette nella nobile Accademia Etruſca dell' Antichiſſima Città di* Cortona, Romae MDCCLI. 4.

VEZZI

Presbyter *Venetus* ſuppreſſo nomine edidit

Pratica delle ſacre Cerimonie della Santa Meſſa, e d'altre

tre Eccleſiaſtiche funzioni, diſtintamente trattate per cioſcun Ufizio e Miniſtro in particolare, tanto nelle private e ſolenni di tutto l' anno, quanto in quelle della ſettimana ſanta, Venetiis apud *Benedictum* MILOCCVM MDCCLIII. 4. (a)

(a) Videtur idem liber, qui a *Carolo* VENANTIO, ut ſupra vidimus, editus eſt.

VEZZOSI (*Antonius Franciſcus*)

Arretinus Cl. Reg. *Theatinus*, hiſtoriae Eccleſiaſticae in Archigymnaſio *Romano* Profeſſor, & inclytae ſuae Congregationis Praepoſitus Generalis nuper plaudente Urbe ſecundo renunciatus Card. THOMASII opera collegit; iterumque edidit *Romae* Tom. VII. doctiſſimis Praefationibus, & adnotaionibus illuſtrata, cum aliiſque codicibus magno labore collata. V. THOMASIVS

VGONI (*Matthias*)

V. HVGONIVS (*Matthias*)

VGONIVS (*Pompejus*)

Vir eruditus, a Bibliotheca *Aſcanii* Card. COLVMNAE, & in *Romano* Archigymnaſio Eloquentiae Profeſſor. Obiit 28. Aprilis MDCXIV. De eo TORRIGIVS in libro inſcripto *Sacre Grotte Vaticane* p. 60. Edidit

L' Iſtoria delle Stazioni di *Roma*, che ſi celebrano la Quareſima, Romae apud *Bartholomaeum* BONFADIVM MDCLXXXVIII. 8.

VICECOMES (*Joſeph*)

Ambroſiani Collegii doctor. de quo conſulendi PICINELLVS in *Athenaeo*, & ARGELATVS in Scriptoribus *Mediolanenſibus*, edidit opus, quod integrum in Bibliothecis non ita obvium eſt

Obſervationes Eccleſiaſticas; volumen I. in quo de antiquis Baptiſmi ritibus agitur, *Mediolani* per *Pacificum* PONTIVM MDCXV. 4. & *Pariſiis* MDCXVIII. 8.

Volum. II. quo veteres Confirmationis caeremoniae demonſtrantur ibid. in typogr. Colleg. Ambroſ. MDCXVIII. 4.

Vol. III. in quo de antiquis Miſſae ritibus ibid. MDCXX. 4.

Vol. IV. in quo de Miſſae apparatu, ibid. MDCXXVI. 4

VICECOMES (*Zacharias*)

Complementum artis exorciſticae, cum Litaniis, benedictionibus, & doctrinis novis (a)

(a) Libellus in *Colonienſem* Exorciſmorum Theſaurum pridem illatus (vide Anonymos *num.* 1.) ſed *Romae* a. MDCCIX. 4. Martii confixus.

A VICENTIA (*Angelicus*)

Ord. *Min.* quos *Reformatos* appellant, Theologus edidit

L'uomo addottrinato nelle più conſiderabili erudizioni Eccleſiaſtiche concernenti la materia de' Sagramenti, eſpoſte metodicamente con diſſertazioni ſtoriche dogmatiche: e con una dovizioſa notizia dell'antica, e più pura diſciplina, *Veronae* MDCCLIV. apud *Dionyſium* RAMANZINI T. II. 4. quos tres alii ſequi debebant: ac forte etiam ſequuti ſunt.

VICTORINVS *Novarienſis*

Ord. *Capuccinorum*, edidit

Synopſim Sacrorum Rituum in uſum Fr. *Minorum* S FRANCISCI *Capuccinorum*, *Placentiae* MDCCXVIII. 12.

VICTORELLVS (*Andreas*)

Baſſianenſis edidit

1. *L' Iſtoria de' Giubilei Pontificj da* BONIFACIO VIII. *ſino a* CLEMENTE VIII. Romae per MASCARDVM MDCXXV. 8.

2. *De' Giubilei di* SILVESTRO II. *e di* VRBANO VIII. *e di quello d'* INNOCENZO X. Romae per *Joh. Petrum* COLLIGNI MDCL. 12.

VICTORIVS (*Marianus*)

Reatinus, Epiſcopus *Amerinus* celebris *Hieronymianorum* operum editor (a) commentarium publici juris fecit

de Sacramento Poenitentiae, & de antiquis poenitentiis, *Romae* MDLXII. & MDLXVI. typis *Manutianis* (b).

(a) Confer de eo MIRAEVM *in Scriptor. Eccleſ. ſaec. XVI. cap.* 79.

Ejus

(b) Ejus *de antiquis poenitentiis* diſertiſſimam hiſtoriam recudi T. XII. *Theſauri Theol.*

de VILLA DEI (*Alexander*)

Aremoricus Dolensis Ord. *Min.* claruit *Pariſiis* a. MCCIX. (a) OVDINVS in *Ultrajectina* Bibliotheca exſtare ait *Maſſam Computi* ab ALEXANDRO metrice compoſitam ad jura Matris Eccleſiae obſervanda (b).

(a) TRITHEMIVS floruiſſe ait a. MCCXL.

(b) Utique idem opus eſt, quod TRITHEMIVS indicat *de computo Eccleſiaſtico*.

de VILLADIEGO (*Gundiſalvus*)

Editus eſt ejus Tractatus *de Cardinalium excellentia, & dignitate* abſque anni, locique deſignatione; *Romae* tamen fortaſſis, annoque MCCCCLXXXV., quo ibidem ejuſdem Tractatus *de Legato* prodiit (a).

(a) De *Hiſpano* hoc auctore, qui tamen *Nicolai* ANTONII diligentiam fugit, vide MANSIVM ad FABRICII Bibliothecam *Med. & inf. Latinit.* T. III. p. 75.

VILLETTE (*Claudius*)

Les raiſons de l' office, & ceremonies, qui ſe font en l' Egliſe Catholique Apoſtolique Romaine, *Pariſ.* MDCXI. 4. & *Rothomagi* MDCXXXVIII. 8. & iterum ibid. niſi MERATII Index nos fallit, MDCXLVIII. item ibid. MDCLX.

VINCENTIVS

Coventrienſis Ord. S. FRANCISCI Doctor, & Profeſſor *Cantabrigienſis* circa an. MCCLI. ſcripſit

Expoſitionem Miſſae.

Confer WADINGVM *de Script. Ord. Min. p.* 330. LELANDVS eum *Carmelitis* falſo adſcripſit.

de VINEIS (*Raymundus*)

Vulgo *de Capua* Ord. *Praed.* qui *Norimbergae* obiit a. MCCCXCIX. Compoſuit

Officium pro feſto Viſitationis B. Virginis.

VINITOR (*Gerlacius*)

Compendium ſacrorum rituum, & Caeremoniarum, *Coloniae* MDCCXXI. 12.

VI-

VIRINGVS (*Joh. Valerius*)

Lovaniensis, Medicinae in Patria annos plurimos Professor primarius, Sacerdos dein, & Canonicus *Atrebatensis*, Medico-Ecclesiasticos scripsit libros quinque

De jejunio Ecclesiastico, & abstinentia, *Atrebati* MDXCVII. editos.

DE VITA (*Antonius*)

Manuale Decretorum S. C. & Constit. Apostolic. Messanae 4.

VOELLVS (*Johannes*) (a)

Index in Breviarium Romanum ad conciones formandas aptissimus, *Moguntiae* sumptibus *Petri* HENNINGII Bibliop. *Colon.* MDCXIV. 12.

(a) De eo praeter ALEGAMBIVM agit MIRAEVS *de Scriptor. saec. XVII. cap.* 151.

VOIS (a)

(a) Vide librum I. ubi de Missalis *Romani* versionibus.

de VOISIN (*Johannes*)

Quasdam in Card. BONAE opus Liturgicum animadversiones scripsit, quae a *Roberto* SALA editae sunt cum BONAE epistolis *p.* 189. Confer ad eas BONAE responsionem *p.* 192. Opus elaborabat, in quo singulorum saeculorum latinas Missas integras ex variis MSS. Codicibus erutas repraesentare instituerat. Vide ejus hac de re ad BONAM epistolam inter ejusdem BONAE epistolas *p.* 194. cum BONAE responsione p. 198. & *Richardi* SIMONIS Epistolas selectas *T. II. p.* 225.

VOISIN (*Joseph*)

Missale Romanum *Gallice* versum edidit MDCLX. Quam quidem editionem *Galliarum* Episcopi non solum in Cleri Gallicani Comitiis eodem anno sub anathematis poena vendi, ac legi vetuerunt, sed etiam litteris XII. Januar. a. sequentis ad ALEXANDRVM VII datis Apostolica quoque illud damnari sententia curarunt. ALEXANDER enimvero VII. Februarii anni MDCLXI. ejus Missalis damnationem confirmavit.

Ejus est etiam Tractatus *de Jubilaeo secundum* Ebraeorum, *& Christianorum Doctrinam*, Parisiis *per Lud.* BVLENGERVM MDCLXXVIII. 8.

de

de VRSINIS (*Vincentius Maria*)
Vide BENEDICTVS XIII.

de VVALTERSHAVSEN (*Bruno*)
Canonem divini Miſſae Sacrificii expoſuit. SCHVLTINGIVS *T. I. P. II. p.* 195.

VVICELIVS (*Georgius*)
Senior, qui anno MDXXXII. e *Lutheranis* ad Eccleſiam reverſus eſt, ſcripſit
Defensionem Liturgiae Eccleſiaſticae,
& Liturgica exercitamenta Chriſtianae pietatis (a)

(a) Vide MIRAEVM *de Script. Eccleſ. ſaec. XVI. cap.* 39. SERARIVM *Moguntin. lib. I. cap.* 40. ac noſtrae hujus Bibliothecae *Lib. I. cap.* 3. *art.* 2. § 1. *n.* 10.

VVIMPHELINGIVS (*Jacobus*)
Alſata Civitate *Stletratenſis* Presbyter Eccleſiae *Spirenſis*: Obiit pene octogenarius an. MDXVIII. (a). Edidit
De Hymnorum, & Sequentiarum auctoribus tractatum. Vetus editio
Ad inſtantiam, inquit TRITHEMIVS cap. 925. LVDOVICI Spirenſis *Epiſcopi officium* de Compaſſione B. M. ſemper Virginis *compoſuit*, *quod per eamdem dioeceſim annuatim ſolemniter peragitur*
Item ſcripſit ad eumdem LVDOVICVM *Spirenſium* Epiſcopum *de Laudibus & Caeremoniis Eccleſiae* carmen.
Exſtant quoque hymni de tempore, & de Sanctis (ab eo) emendati, & interpetrati, Argentinae MDXIII. 4.

(a) De eo SIMLERVS *Biblioth. Tigur. pag.* 326. CAVEVS, aliique.

X

XIMENES (*Franciſcus*)
Vide quae de Miſſali, & Breviario *Mozarabum* Libro ſuperiore diximus.

Z

ZABARELLA (*Franciſcus*)

Patavinus, Epiſcopus *Florentinus*, & Cardinalis *Conſtantiae* obiit MCCCCXVII., quo legatus fuerat a Pontifice ad Concilium. Praeter alia, quae ſcripſit,

Tractatum *de horis Canonicis* memorant SCHVLTINGIVS, & VVARTHONVS in CAVEI appendice

de ZABERNIA (*Conradus*)

Germanus claruit a. MCCCCLXX. Inter alia, quae a TRITHEMIO *cap.* 851. commemorantur, ſcripſit

de modo bene cantandi Lib. I.

de fine collectarum Lib. I.

ZACCARIA (*Franc. Antonius*)

Auctor hujus Bibliothecae edidit

1. Ordinem ad Catechumenum faciendum ex veteri codice Bibliothecae *Magliabechianae* adnotationibus illuſtratum (a).

2. Diſſertationem de uſu librorum liturgicorum in rebus Theologicis (a).

3. *Dell' Anno Santo, opera diviſa in quattro libri, ſtorico l' uno, l' altro Ceremoniale, il terzo Morale, l' ultimo Polemico. T. II.* 8. Romae *MDCCLXXV. apud* Johannem BARTOLOMICCHI (c)

Vide LVNADORO.

Alia habet edenda, ut diſſertationes duas Italicas, alteram de veteribus concionibus Eccleſiaſticis *Lucae* habitam, alteram *Auximi* de ſalutatione Angelica propediem vulgandas cum aliis alterius argumentis.

(a) Exſtat T. XXXVI. *Sylloges* Opuſculorum *Caloger.* p. 83-133.

(b) Exſtat T. I. *Theſauri Theolog.* eamque ſuperiore hujus Bibliothecae volumine paullo auctiorem iterum exhibui.

(c) Siquando recudendum hoc opus fuerit, T. I. p. XXVII. in Indice Auctorum, qui de Jubilaeo tractarunt, addendus erit de LVTZEMBVRGO (*Bernardus*), cujus eo de argumento opuſcula duo ſupra recenſuimus.

Eodem T. I. lib. I. cap. I. num. 7. pag. 23. ad ea verba *Però il fare con Monſignor* SVAREZ *ſino al ſecolo* VII. *e più oltre ſalire l' epoca degli Anni Santi, è urtare in uno ſcoglio, da cui non v' ha*

ha riparo, cioè un contrariare la disciplina Penitenziale allor dominante, haec adscribetur adnotatio in extrema paginae ora.

„ TEODORICO *di Paolo* Cronista del XV. secolo di SALLV-„ STIO nel CCCCLXXXVI. ordinato Patriarca di *Gerusalemme*, „ e morto nel CCCCXCIII. scrive, che *Jubilæum suæ Ecclesiæ cum* „ *omni humilitate, & devotione celebrans quemdam Leprosum solo osculo* „ *sanavit*. Ma non ci spaventiamo. PAPEBROCHIO ci trae d' „ ogni imbarazzo n. 112. della sua storia Cronologica de' Patriarchi „ Gerosolimitani, dove avverte: *Credat de miraculo qui volet*: de IVBI-„ LAEO *saltem nemo negaverit, figmentum esse, ex posteriorum saeculorum* „ *usu sumptum*. „

Tandem eodem Tom. I. lib. II. cap. 3. pag. 160. addi velim, quae ex *Michaelis* LONIGO epistola, ac libello supplici recitavimus, ad reformandum portae Sanctae ritum ab eo propolita.

ZALLVVEIN (*Gregorius*)

Ord S. Bened. Monast. *VVessofontani* in superiore *Bavaria* Professus. & *Salisburgensis* Academiae Rector magnificus quatuor tomis in 4. edidit *Aug. Vindelicorum*, & *Oeniponti* MDCCLXIII. *principia juris Ecclesiastici universalis*, & *particularis* Germaniae. Tomo autem II. q. I. cap. II. pag. 37. - 174. copiose disserit

De Liturgiis, Libris Liturgicis, & studio Liturgico

ZALVSKI (*Josephus Andreas*)

Analecta historica de sacra in die Natali Domini a Romanis Pontificibus usitata caeremonia ensem, & pileum benedicendi, eaque munera Principibus Christianis mittendi, *Varsaviae* MDCCXXVI. 4.

ZAMBONI (*Balthassar*)

Brixiensis in patrio Episcopali Seminario Theologiam non multos ante annos docuit. Edidit porro dissertationem ita inscriptam: *Dissertazione sopra di un antico Rituale MS. che si conserva nell' insigne Archivio Capitolare della Cattedrale di* BRESCIA, *recitata nella Letteraria conversazione tenuta in* Brescia *in casa del Sig. Conte* Giammaria MAZZVCHELLI *alli 24. di Maggio* MDCCLV. Exstat T. V novae Collectionis opusculorum a P. D. *Angelo* CALOGERA' *Venetiis* editae MDCCLIX. p. 213. & T. II. operis praenotati: *Dissertazioni Istoriche, scientifiche, erudite recitate da diversi Autori in* Brescia *nell' adunanza Letteraria del Sig. Conte* Giammaria

MAZZVCHELLI, Brixiae MDCCLV. 4. pag. 81.

ZANOBETTI (*Joh. Baptiſta*)

Florentinus nunc in *Romana* Curia Advocatus edidit in ſymbolis *Gorianis* Decadis *Romanae* T. IX. p. 201 - 224.

Veteris Eccleſiae obſequia erga morientes Fideles, mortuoſque ex antiquo MS. Codice *Magliabechiano*.

ZANOLINI (*Antonius*)

I. V. D. & in Seminario *Patavino* Linguarum Orientalium Lector edidit

Diſputationem de Euchariſtiae Sacramento cum Chriſtianorum *Orientalium* ritibus in eo conficiendo, & adminiſtrando, *Patavii* MDCCLV. 8.

ZITTARDVS (*Matthias*)

Aquiſgrani natus, Ordinemque *Dominicanum* profeſſus obiit a. MDLXXI.

Latinam concionem edidit *Venetiis* MDLXVII. *de ſupplicatione, ſeu proceſſione cum geſtatione ſacroſanctae Euchariſtiae*.

De eo praeter POSSEVINVM, & ECHARDVM HARTZHEIM *Bibl. Colon. pag.* 244.

CAPVT IV.

INDEX

Praecipuorum recentium Haereticorum, qui de re Liturgica, ac Rituali aliquid ſcripto tradiderunt.

A

ABICHT (*Joh. Georgius*)

De Sabbato Chriſtianorum ex hiſtoria N. T. *Vittemb.* MDCCXXXI.

De ritibus ſepulcralibus Chriſtianam fidem indicantibus ibid. MDCCXXXVI.

AGGERVP (*Petrus*)

Diſſertatio hiſtorico-Eccleſiaſtica de praecipuis Chriſtianorum feſtis, *Hafniae* MDCCXXXIII. 4.

ALLIX (*Petrus*)

Diſſert. de ταξαγμα origine, *Rothomagi* MDCLXXIV 8. (a)

(a) ALLIXIVS hanc diſſertationem nomine ſuo primis tantum litteris indicato ediderat: Quamobrem quum de auctore non certo conſtaret, facilius fieri potuit, ut illam non ſine laude Diarii Romani Litteratorum Virorum Scriptores a. MDCLXXV. *pag.* 144. incaute commemorarent. Deinde tamen 17. Octobris MDCLXXVIII. inter vetitae lectionis libros a S. R. C. proſcripta fuit

ANCILLON (*Carolus*)

Diſſertation ſur l'uſage de mettre la prémiére pierre au fondement des edifices publics, adreſſée au Prince Electoral de *Brandebourg* a l'occaſion de la prémiére pierre, qu'il a poſée lui méme au fondement du Temple, qu'on conſtruit pour les *Francois Refugiez* dans le quartier de *Berlin* nommé *Friderichſtad*. *Berolini* MDCCI. 8. (a)

(a) Indicatur haec diſſertatio a *Cartario*; pauca quoque de illa exſtant apud *Bernard. Nouvell. de la Republ. des Lettres* 1701. menſe Octobri *pag.* 458., ubi nihil de primis hujuſce moris originibus exploratum haberi animadvertit.

ANONYMVS

Supplementum libris tribus de funere Christiano (a) utiliter adhibendum de exequiis Rom. Pont. *Vittembergae* MDCXII. 4.

(a) GRETSERI scilicet. Confer superiorem iudicem, ubi de GRETSERO egimus.

ARNDIVS (*Iosua*)

Denatus 7. Apr. a. MDCLXXXV. edidit

Lexicon Antiquitatun Ecclesiasticarum, ex optimis quibusque Auctoribus ad seriem Alphabeti concinnatum, *Griphiswaldiae* MDCLXIX. 4.

B

BAIERVS (*Ioh. Guillelm.*)

De flagellationibus Pontificiis *Jenae* MDCLXXXVIII.

De Aqua Lustrali Pontificiorum, *Jenae* MDCXCII. 3.

BARTELS (I. A.)

Diss. de statu die veterum Christianorum (a), *VVitebergae* MDCCXXVII.

(a) PLINIVS scilicet in celebri ad TRAIANVM de Christianis epistola scripserat eos solitos fuisse, STATO DIE *ante lucem convenire*. V. infra BOEHMERVS.

BARTHOLINVS (*Johannes*)

De Baptismo per adpersionem legitime administrato, *Hafniae* MDCLVII.

BAVMAN (*Ioh. Godofredus*)

De hymnis, & hymnopoeis veteris, & recentioris Ecclesiae, verae atque Christianae Religioni promovendae, ac propagandae inservientibus, Bremae MDCCLXV. 8. (a)

(a) Libellus nullius frugis, de quo contemptim agunt auctores Commentariorum *de libris minoribus Vol. I. p. I. p.* 10. *seq.*

BAVMGARTEN (*Sigismundus Jacobus*)

Commentatio de veterum temporibus memoriae Christi vitae

tae reſtituti ſacris, *Halae* MDCCXXXVI.

Programma de ſolemnium Chriſti ſacrorum originibus (a)

Hiſtoria Triſagii, ibid. MDCCXLIV,

De procraſtinatione Baptiſmi apud veteres, ejuſque cauſſis diſſertatio, ibid. MDCCXLVII.

Primae lineae Breviarii Antiquitatum Chriſtianarum, ibid. MDCCXLVII. 8.

Diſſ. de Miniſtrorum Eccleſiaſtic. apud veteres Chriſtianos ope ſortitionis deſignatione, ibid. MDCCLI. (b)

(a) Inter ejus programmata, *Halae* MDCCXL. *pag.* 117.-144.

(b) Hujus tamen diſſertationis, quae BAVMGANTENO praeſide propugnata fuit, verus auctor fuit *Fridericus Villhelmus* CARSTED.

BEBELIVS (*Balthaſar*)

Exercitatio de aris, & menſis veterum Euchariſticis, *Argentor.* MDCLXVI.

De Feſto Corporis Chriſti, *Argentorati* MDCLXXXV.

Diſſert. de veterum in Lapſos diſciplina Eccleſiaſtica, *Lipſiae* MDCLXXXVII.

BEDE' (*Johannes*) *de la Cormandiere*

Andinus apud Senatum *Pariſienſem* advocatus *Calvinianorum* partes quum ſequutus eſſet, edidit

La Meſſe en Francois, *expoſée*: Genevae MDCX. 8. quod opus in Anglicanam linguam translatum *Oxoniae* MDCXIX. prodiiſſe in 4. diſcimus ex *Bodlejanae* Bibliothecae Catalogo

BEHM (*Johannes*)

Diſſ. de nimbo Sanctorum, *Regiomonte* MDCCXVI. 4.

BENZELIVS (*Henricus*)

Exercitatio de Peregrinationibus Religioſis (a).

(a) ſcripta a. MDCCXXIV. Exſtat in *ſyntagm.* ejus *Diſſertationum* P. I. *pag.* 51. *Francof.* & *Lipſiae* MDCCXLV. 4.

BERGER (*Joh. Guil.*)

Diſſ. de ritu aperiendi capitis in Sacris, *Vvitteb.* MDCCIII.

BERNHOLDVS (*Joh. Balthaſar*)

De doxologia Eccleſiaſtica GLORIA PATRI, *Altdorfii* MDCCXXVII.

BE-

BEYER (*Chriſtophorus*)

Exercit. de magno veteris Eccleſiae circa poenitentes rigore; *Lipſiae* MDCCXXV.

BINGHAM (*Joſephus*)

Origines Eccleſiaſticae, or the antiquities of the Chriſtian Church (a)

Quatuor diſſertationes, quarum tribus prioribus certae quaedam materiae, in jam editis originibus eccleſiaſticis breviter ac ſummatim deſcriptae copioſius, & enodatius explicantur (b); quarta & poſtrema autem articuli, homiliae, Liturgia, & canones Eccleſiae Anglicanae ab obiectionibus domeſticorum adverſariorum principiis Eccleſiae reformatae Galliae defenduntur. (c)

(a) Hoc opus *Anglico* ſermone *Londini* publicam lucem vidit, prodiitque illius volumen primum MDCCVIII. atque iterum MDCCX. ſecundum MDCCIX. tertium MDCCXI. quartum MDCCXV. quinctum MDCCXIX. ſextum MDCCXIX. ſeptimum MDCCXX. octavum MDCCXX. nonum MDCCXXII. decimum idque ultimum MDCCXXII. 8. Denno typis illud itidem Lingua *Anglica* deſcriptum *Londini* MDCCXXVI. fol. duobus voluminibus. Exſtant ejuſdem duae interpretationes, altera *Belgica Lugduni Batavorum* MDCCXVI. 8. altera *Latina* a *Joh. Henrico* GRISCHOVIO facta, atque edita *Halae* ab anno MDCCXXIV. uſque ad a. MDCCXXIX. cum *Jo: Franciſci* BVDDEI praefatione decem voluminibus 4. Priora octo volumina harum *Originum* in epitomen redegerunt BLACKAMORIVS, & LEYVS, eamque *Anglice* evulgarunt ſub titulo: *Eccleſiae primitivae notitia, or a ſummary of chriſtian antiquities* Londini MDCCXXII. 8. duobus tomis. Priori praemiſſus eſt *index haereticus*, poſteriori vero in fine addita *Conciliorum octo priorum generalium notitia*. Epitomen hanc tantum abfuit, ut BINGHAMVS adprobaret, ut graviter eam reprehenderet.

„ Conflat opus hoc, ut WALCHII verbis utar *Bibl. Theol. T. III.* „ *pag.* 671. tribus ac viginti Libris, quorum *primo* BINGHAMVS „ exponit de Chriſtianis generatim, de diverſis eorum nominibus, „ diſtinctionibus, & gradibus catechumenorum, Laicorum, & Cleri„ corum: *ſecundo* de diverſis Clericorum ordinibus in primitiva Eccle„ ſia: *tertio* de inferioribus Clericorum ordinibus in Eccleſia pri„ mitiva: *quarto* de electione, & ordinatione Clericorum, & praeci„ puis Ordinandorum qualitatibus: *quinctо* de privilegiis, immunita„ tibus, & redditibus Clericorum in Eccleſia primitiva: *ſexto* de „ diverſis legibus, ac regulis, quae ad munera, vitam, & conver„ ſationem veterum Clericorum adtinent: *ſeptimo* de aſcetis in Ec„ cle-

„ cleſiis & diverſis earum partibus, vaſis, conſecrationibus, im-
„ munitatibus, & id genus aliis: *nono* de diviſione antiquae Eccleſiae
„ in provincias, dioeceſes, & parochias, & de prima hujus diviſionis
„ origine: *decimo* de inſtitutione Catechumenorum, & de primo ſym-
„ boli Eccleſiaſtici uſu: *undecimo* de ritibus & conſuetudinibus, in
„ adminiſtratione Baptiſmi in Eccleſia obſervatis: *duodecimo* de Con-
„ firmatione, aliiſque caeremoniis Baptiſmum conſequutis, ante-
„ quam homines Euchariſtiae participes redderentur: *tertio ac decimo*
„ de divino cultu veteris Eccleſiae: *quarto & decimo* de illa divini
„ cultus parte, quam veteres ſub generaliore nomine *Miſſa Cate-*
„ *chumenorum* comprehenderunt: *quinto & decimo* de Miſſa fide-
„ lium: *ſexto ac decimo* de unitate, ac diſciplina veteris Eccleſiae:
„ *ſeptimo ac decimo* de diſciplinae exercitio inter veteris Eccleſiae
„ Clericos: *octavo & decimo* de diverſis poenitentium ordinibus, &
„ de ratione agendi poenitentiam publicam in Eccleſia; *nono ac decimo*
„ de abſolutione, ſive ratione reſtituendi poenitentes in Eccleſiae
„ communionem: *vigeſimo* de feriis, ſive diebus feſtis, in Eccleſia
„ primitiva obſervatis: *primo ac vigeſimo* de jejuniis veteris Eccleſiae:
„ *ſecundo & vigeſimo* de ritibus nuptialibus in antiqua Eccleſia obſer-
„ vatis: *tertio* denique *& vigeſimo* de ritibus funebribus, ſive de
„ conſuetudine & ratione ſepeliendi mortuos in Eccleſia antiqua. „

Non inficias imus, opus hoc eruditionis copia, & qua ſcriptum eſt, ordinis perſpicuitate laudari poſſe; ſectae tamen, cui auctor addictus fuerat, erroribus ita inquinatum eſt, ut jure illud *Roma* 17. Mai MDCCXXXIV. vetuerit. Utinam vel MAMACHIVS quod inchoavit, opus *Binghamiano* oppoſitum perficiat, vel alius quiſpiam ex Catholicis illud adgrediatur, abſolvatque, ne Proteſtantes BINGHAMVM tam ſaepe oſtentent, nullumque, qui de ſacris antiquitatibus tam copioſe egerit, apud nos eſſe glorientur.

(b) In his *hiſtoria Scholaſtica Baptiſmi Laicorum*.

(c) Diſſertationes hae itidem a *Joh. Henrico* GRISCHOVIO ex ſermone *Anglico* in *Latinum* converſae ſunt, atque editae, *Halae* MDCCXXXVIII. 4.

BLOCHIVS (*Matthias*)

Diſſ. de Pſaltarum, ſive Cantorum origine in Eccleſia, *Haſniae* MDCCXI.

BLONDELLVS (*David*)

De Euchariſtia veteris Eccleſiae MDCXL.

BLOSSIVS (*Ludovic. Chriſtian.*)

Programma de igne, ut vocatur, *Johanneo*, *Rudolſtadii* MDCCVII. 4.

BLVMENBACHIVS (*Henricus*)

Antiquitates Epiphaniorum, *Lipſiae* MDCCXXXVII.

BOC-

BOCHART (*Matthaeus*)
De dignitate feriae VI., *Mecrinae* MDCLII. 8.

BOEHMERVS (*Juſtus Henningus*)
Diſſertationes Juris Eccleſiaſtici antiqui ad PLINIVM ſecundum, & TERTVLLIANVM, *Lipſiae* MDCCXI. & auctiores *Halae* MDCCXXIX. 8.

Agitur in his de Chriſtianorum ſtato die (a): antelucanis coetibus, confoederata diſciplina, coitionibus ad capiendum cibum, coetibus in vicis & agris, de differentia inter Ordinem Eccleſiaſticum, & plebem, de conſeſſu Ordinis Eccleſiaſtici, de Eccleſiae ſtatu antiquo, de jure laicorum Sacerdotali, ac de jure dandi Baptiſmum.

(a) Eo ſpectat hac diſſertatione BOEHMERVS, ut oſtendat PLINIVM per *ſtatum diem* non intellexiſſe diem Dominicam, ſed Sabbatum, ſive ſeptimum hebdomadis diem, quo ſacris operabantur Judaei. BOEHMERI argumenta examinavit, atque refellit *J. Laurentius* a MOSHEIM in Inſtitutionibus hiſtoriae Chriſtianae majoribus, ſaec. I. *pag.* 379. *ſeq.* ubi ille nihil obeſſe exiſtimat, quin PLINIVS ſolum TRAIANO generatim indicare voluerit, ſtato die Chriſtianos convenire.

BOEKELMANNVS (*Chriſtianus Julius*)
Apparatus Agendorum Eccleſiaſticorum antiquorum, & recentiorum MDCCXXI. 4.

BONIFACIVS (J. B.)
Miſcellanea hymnorum, *Dantiſci* MDCXCIX. 4.

BORNIVS (*Jacobus Henricus*)
Commentatio de Communione peregrina, veteri Clericorum cenſura, *Lipſiae* MDCCXLII. 4.

BOTSACCIVS (*Bartholomaeus*)
De formula SVRSVM CORDA diſſertationes duae, *Hafniae* MDCXCVI. & MDCXCVIII.

BRETT (*Thomas*)
Edidit *Anglice* collectionem praecipuarum Liturgiarum (a)

(a) Vide hujus Biblioth. *Lib. I. cap. III. art. I.*

BVD-

BVDDEVS (*Joh. Franciſcus*)
De origine Cardinalitiae dignitatis, *Ienae* MDCXCIII. 12. (a)
Duplex Diſſertatio de ritibus Eccleſiae Latinae Judaicis, *VVittebergae* MDCLXXXVIII. & MDCLXXXIX. 4. (b)

(a) Recenſetur hic liber in actis Eruditorum *Lipſienſibus* a. MDCXCIII. *pag.* 206. *ſeq.* 4.
(b) Confer etiam, ſi licet, ejus parerga Hiſtorico-Theologica, *Halae Magd.* MDCCIII. 8. diſſ. III. & IV.

BVRSCHER (*Joh. Fridericus*)
De ritibus nuptialibus Chriſtianorum Graecae Eccleſiae addictorum commentatio Germanico ſermone edita *Lipſiae* MDCCLIV. 4.

BVSCH (*Petrus*)
Apud Hannoveranos Miniſtellus a. MDCCXXXVI. volumen *Hannoverae* edidit in 8. inſcriptum: *animadverſiones Theologicae, & hiſtoricae* in Hymnum TE DEVM

C

CALIXTVS (*Frid. Vlric.*)
Diſputatio de Baptiſmo, & antiquis circa eum ritibus MDCL. (a)

(a) In ea §. 25. fatetur auctor, ſe ex adnotationibus, & adverſariis parentis ſui GEORGII, de quo mox, profeciſſe.

CALIXTVS (*Georgius*)
De jejuniis Commentariola *Georgii* CALIXTI, & H. HOPFFNERI, *Hannoverae* MDCLV. 4.

CALVOERIVS (*Caſpar*)
Rituale Eccleſiaſticum, *Jenae* MDCCV 4. Vol. II. [a]

(a) In his CALVOERIVS quondam, ut vocant, *Superintendens Zellesferdenſis* in ditione *Brunſvvico-Luneburgenſi* Eccleſiae, ſi placet, *Lutheranae* ritus potiſſimum perſequitur, & cum antiquis confert. Prius volumen origines, ac cauſſas rituum, quos *Lutherani* in vitae ingreſſu, & egreſſu uſurpant, explicat; poſterius de locis agit, temporibus, perſonis ſacris, aliiſque ad antiquitatem, remque Eccleſiaſticam pertinentibus.

CARPZOVIVS (*Joh. Benedictus*)
Dissertatio ad Librum AVGVSTINI de catechizandis rudibus, *Lipsiae* MDCLXXXVIII. (a)

(a) Exstat in ejusdem disputationibus Academicis p. 757.

CARPZOVIVS (*Joh. Benedictus*)
Proximi filius, & alterius *Joh. Benedicti* celebrioris nepos dissertationem edidit.

De non temere abrogandis pericopis Evangeliorum, & Epistolarum, *Helmstadii* MDCCLV. & *Lipsiae* auctiorem MDCCLVIII.

CAVE (*Guillielmus*)
Apud *Anglos* Canonicus *VVindesorienſis* postrema praeteriti saeculi parte claruit, ediditque

Dissertationem *de Libris & officiis Ecclesiasticis* Graecorum (a).

(a) Exstat in calce *historiae Litterariae Scriptorum Ecclesiasticorum* ab eo conscriptae. Vide lib. I. hujus Biblioth. cap. I.

CELLARIVS (*Balthasar*)
De Catechumenis, *Helmestadii* MDCLVII. 4.

CELSIVS (*Olaus*)
Diss. de Baptismo Infantum, *Upsaliae* MDCCXXXV. 8.

CHAIS (*Carolus*)
Lettres historiques, & dogmatiques sur les Jubilés & les Indulgences, Hagaecomitum MDCCLI. 8. Vol. III. (a).

(a) Conferenda sunt, quae de impudentissimis hisce epistolis adnotavimus in Tract. *de anno Sancto T. I. p. XIII.*

CHLADENIVS (*Ernestus Martinus*)
Comment. de altaragio, ejusque infeudatione, *Vitteb.* MDCCXLVI. 4.

CHLADENIVS (Joh. *Martinus*)
Commentarius de stationibus veterum Christianorum, *Lipsiae* MDCCXLIV. 4.

CHLADENIVS (*Martinus*)
Disputatio de diptychis veterum, *Vitteb.* MDCCIII.

CHRY-

CHRYSANDER (*Chriſtian. VVilhelm. Juſtus*)

Obſervationes Antiquariae (Germanico idiomate) de die Paraſceves MDCCLIV. 8.

Hiſtorica commentatio (item Germanice) de organis Eccleſiarum, *Rintelii* MDCCLV. 8.

CLAIVS (*Chriſtianus*)

Diatriba de die Magnae Paraſceves, *Lipſiae* MDCXCVII.

CLARKSON (*David*)

Diſcours ſur les Liturgies, Rotterodami MDCCXVI. (a)

(a) Haec *Gallica* verſio eſt. Liber autem *Anglice* ab Auctore ſcriptus, edituſque, ubi *impudenti ſane audacia*, ut ait BENEDICTVS XIV. de Sacroſ. Miſs. Sacrif. lib. II. cap. 19. n. 3. *oſtendere nititur, nullam primis quinque ſeeve ſaeculis fuiſſe conceptis verbis Liturgiam in Eccleſia, nullam precationum formulam, neque in Sacramentis adminiſtrandis, neque in celebrando Sacrificio, nec in Baptiſmate conferendo; quae omnia plane abſurda, & abſona ab immoderata quadam libidine oriuntur ſacratiora quaeque permiſcendi, & evertendi*. Recenſetur hic liber a Johanne CLERICO *Biblioth. Univerſ. T. XVI. p.* 138. *ſeqq.* Vide qui ſequitur, COMBERVM.

COMBER (*Thomas*)

Edidit *Anglice* hiſtoriam de primitivo & generali uſu Liturgiarum in Eccleſia Chriſtiana contra CLARKSONIVM (a).

(a) Confer Acta Eruditorum *Lipſienſia* ann. MDCXCI. p. 123. & CLERICI *Biblioth. univerſ. T. XVII. p.* 138. *ſeq.*

CRAMER (*Daniel*)

Inferenda apologetica ad inferenda Jac. GRETSERI de *funere Chriſtiano* Vitteb. MDCXII. 4.

CRVGER (*Theodorus*)

Obſervationes ſelectae ad hiſtoriam Cenſurae Eccleſiaſticae, *VVitteb.* MDCCXVIII. 4.

Commentatio de veterum Chriſtianorum diſciplina arcani per veram μυσταγωγίαν, non per ἱερους παιδεας interpretanda ibid. MDCCXXVII. 4.

CRVSIVS (*Jac. andreas*)

Liber de nocte, & nocturnis officiis tam ſacris, quam profanis, *Bremae* MDCLX. 12.

CYPRIANVS (*Erneſtus Salomon*)
Diſſertatio de Omophorio Epiſcoporum Graecorum , *Helmeſtadii* MDCXCVIII. 4.
De Eccleſia ſubterranea liber, *Helmeſtadii* MDCXCIX. (a)
Diſſertatio de Natalitiis Epiſcoporum (b)

(a) Multa heic habes de catacumbis.
(b) Inter ejus Programmata *Coburgi* MDCCVIII. 8. *pag.* 66 - 71.

D

Van DALE (*Antonius*)
De hiſtoria Baptiſmorum Hebraicorum, & Chriſtianorum (a)

(a) Subiicitur ejuſdem Van DALIS libro adverſus *Ariſtaeam* de LXX. Interpretibus, *Amſtelodami* MDCCV. 4. eamque Auctor promiſerat in lib. de *Origine idololatriae p.* 554.

DALLAEVS (*Johannes*)
De jejuniis, & Quadrageſima , Libri quatuor, *Daventriae* MDCLIV. 8. (a).

(a) Aliqua in hoc opere reprehendit vel ipſe heterodoxus *Guilelm.* BEVEREGIVS in *Codice Canonum vindicato*.

DANNHAVER (*Joh. Conradus*)
Diſſert. de Feſto Corporis Chriſti , *Argentorati* MDCLXVII. (a)

(a) Exſtat etiam *p. II. pag.* 1125. *ſeqq.* Diſſertationum ejus junctim editarum *Lipſiae* MDCCVII. 4.

Van DASSEL (*Georgius*)
De jure temporis Quadrageſimalis, *Argentorati* MDCXVII. 4.

DEYLINGIVS (*Salomon*)
De Euchariſtiae origine ex ritu Judaeorum Paſchali non repetenda , *Lipſiae* MDCCXXXIV. 4.

DIECMANNVS [*Johannes*]
De uſu pericoparum Evangelicarum , & Epiſtolicarum , quas Eccleſia diebus Dominicis , feſtiſque legendas proponit , atque ejus origine , & antiquitate diſputavit in Praefatione ad Germanicas *Henrici* MVLLERI , & *Joachimi* LVTKEMANNI homilias MDCCV. [a]

Ea

(a) Ea porro Praefatio recusa est in ejusdem DIECMANNI opusculis Germanicis p. II. pag. 128. seq. *Stadae* MDCCIX. 4.

DODVVELLVS [*Henricus*]

A Treatise concerning the Lavvfulnesse of instrumental-music in holy offices &c. de usu scilicet instrumentorum musicorum, & organorum in Ecclesia Christiana, *Londini* MDCC. 8. secunda editio locupletior

Epistola de usu thuris in sacris [a].

(a) Hunc usum *Dodvvellus* reijcit in medium aevum. Conferatur *Bibliotheque Angloise* T. II. P. I. artic. 1.

DOVGHTHAEVS [*Johannes*]

Liber de calicibus Eucharisticis veterum Christianorum cum praefatione, & Mantissa *Joh.* FAES, *Bremae* MDCXCIV. 8.

DRESSERVS [*Matthaeus*]

Lib. de Festis Christianorum, Judaeorum, & Ethnicorum, *Lipsiae* MDXCIII. & MDCII. 8.

DVRELLVS [*Johannes*]

Historia rituum S. Ecclesiae *Anglicanae* ex omni antiquitate eruta, nec non de jure Episcoporum &c. *Londini* MDCLXXII. 4.

E

ECKHARDVS (*Christ. Henric.*)

Dissertatio de ritu sanctiori coetui olim solemni acclamationibus Sacrorum Antistites eligendi (a).

(a) Exstat in Actis *Soc. Lat. Jenensis* Vol. II. *Lipsiae* MDCCXLIII. *p.* 125.-134.

ECKHARDVS (*Tobias*)

De pedo Episcopali, *Goslariae* MDCCXXXIV.

EGGERS (*Nicolaus*)

Diss. de origine, & nomine campanarum, *Jenae* MDCLXXIV.

EHRLICH (*Joh. Gottlieb*)

Diss. de Quadragesimae jejunio, *Lipsiae* MDCCXLIV. 4.

EL-

ELVIVS (*Petrus*)
Diſſ. de Feſtis Chriſtianis, *Upſaliae* MDCCVIII. 8.

ERDMANNVS (*Joh. Frider. Gottlob.*)
Commentatio de ovo Paſchali, *Lipſiae* MDCCXXXVI.

F

FABRICIVS (*Johannes*)
De Aris veterum Chriſtianorum, *Helmſtadii* MDCXCVIII.
Oratio de Templis veterum Chriſtianorum, *Helmſtadii* MDCCIV. 4.

FABRICIVS (*Joh. Albertus*)
Liturgiae SS. Apoſtolis IACOBO, PETRO, IOHANNI, MATTHAEO, *& Apoſtolicis viris* MARCO ac LVCAE *tributae* (a)
Calendarium Vetus HAMBVRGENSIS *Eccleſiae una cum precum quarumdam, Litaniaeque formulis in illa olim uſitatis* (b)

(a) Exſtant in ejus *Codice Apocrypho* N. T. P. III. *Hamburgi* MDCCXLIII. 8.
(b) Vide FABRICII *Memorias* HAMBVRGENSES T. IV. p. 99.-160. Prompta autem haec ſunt ex *Curſu* de DOMINA *Roſtochii* edito MDXXII. de quo in addendis ad primum noſtrae Bibliothecae volumen aliqua indicavimus.

FAES (*Johannes*)
De Jubilaeis Romanorum Pontificum, *Helmſtadii* MDCLXXVI. 4. (a)
Obelus Peregrinitati Communionis peregrinae *Joh.* TILEMANNI in gratiam verae, ac ſincerae antiquitatis fixus, *Bremae* MDCXCIV. 8. (b)
Libri tres de Hebdomada Magna, *Bremae* MDCXCV. 8.
Liber de cereis Baptiſmalibus, *Helmſtadii* MDCCVII. (c)

(a) Infelix hic pſeudo-Paſtor *Stadenſis* a. MDCCXII. demortuus incredibili auſu edidit etiam *anatomen Bullae Jubilaeae* INNOC. XII. *Helmſtadii* MDCCII. 4. & CLEMENTIS XI. ibid. MDCCV. 4.
(b) Agunt de hoc libro *Acta Lipſienſia* ejus anni p. 373. Vide infra TILEMANNVM.
(c) Vide ſupra DOVGHTAEVM.

FAR-

FARSKIVS (*Franciſcus*)

Commentatio de roſa aurea, omnique aevo ſacra, MDCCXXVIII. 4.

FASCHIVS (*Aug. Johannes*)

V. SCHMID *Joh. Andr.*

FEHMELIVS (*Amandus Gotth.*)

Diſſertationes duae de Catacumbis Romanis, *Lipſ.* MDCCV & MDCCXIII.

FISCHER (*Erdmannus Rudolphus*)

Diatriba de Θεοδέξομοις, ſive legatis Eccleſiaſticis, *Coburgi* MDCCXVII. 8.

FISCHER (*Joh. Michael*)

Diſſ. de ſolemnibus vet. Eccleſiae antepaſchalibus, *Lipſiae* MDCCIV. 4.

FLACCIVS (*Matthias*)

Matthias FRANCOVVITZ FLACCII nomine notior Illyricus Centuriatorum *Magdeburgenſium* princeps, quum *Baſileae* apud *Oporinum* a. MDLVI. 8. *Severi* SVLPICII hiſtoriam ſacram ederet, appendicem adjecit de *Liturgia, & Miſſa Latina* ex variis Auctoribus decerptam. Sequenti vero anno MDLVII. *Argentinae* ex libraria MYLII officina Miſſam latinam (a) evulgavit hoc titulo

Miſſa latina, quae olim ante *Romanam* circa annum Domini DCC. in uſu fuit, bona fide ex vetuſto, authenticoque Codice deſcripta; item quaedam de vetuſtatibus Miſſae ſcitu valde digna: adiecta eſt BEATI *Rhenani* Praefatio in Miſſam CHRYSOSTOMI a LEONE THVSCO, ann. MLXX. verſam; edita vero a *Matthia* FLACCIO Illyrico. 8.

(a) Confer dicta *lib. I. cap. III. art.* 4. §. 1. *n.* 13. Epiſtolam S. HIERONYMI ad CONSTANTIVM, in qua COMITIS videtur meminiſſe, ediderat a. 1549. *ibidem num.* 8.

FRANCISCI (*Georgius Gregorius*)

Diſſ. de Litaniis, *Lipſiae* MDCXCIII.

FRANCOVVITZ (*Matthias*)

Vide FLACCIVS.

FRANZENIVS (*Joh. Erneſtus*)

Commentatio de funeribus veterum Chriſtianorum, *Helmſtadii* MDCCIX. 8.

FREI-

FREIBER (*Joh. Fridericus*)
De ritu Altarium verſus Orientem, *Jenae* MDCLXVIII.

FRIDERICI (*Johannes*)
Liturgia vetus, & nova, ſive collatio rituum Liturgicorum Eccleſiae Chriſtianae priſcae, & hodiernae [Lutheranae], *Jenae* MDCCV. 4.

FROMMANN [*Joh. Chriſtianus*]
Tractatur de anſere MARTINIANO, editio ſecunda *Lipſiae* MDCCXX. 4.

G

GERBERS [*Chriſtianus*]
De Eccleſiaſticis caeremoniis Germanicum opus edidit, quod non ſemel appellat EABRICIVS in *Bibliogr. Antiquar.*

GESNERVS [*Joh. Matth.*]
De Hymnis veterum, maxime Graecorum, Gottingae M. DCCXLII.

GILL [*Johannes*]
The ancient mode of baptizing &c. ſeu de antiquo more baptizandi per immerſionem MDCCXXVI. 8.

Quem librum quum *Matthias* MAVRICIVS *Anglice* oppugnaſſet *Lond.* MDCCXXVII. ibid. eodem anno GILL defenſionem ſuam evulgavit

GLEICH [*Joh. Andreas*]
Diſſ. de S. Euchariſtia moribundis, & mortuis olim data, *VVittemb.* MDCXC. 4.

GNOSPIVS (*Andreas*]
Germanice reddidit Liturgias IACOBI, MARCI, & PETRI [a].

(a) Vide *Lib. I. cap. III. art. II. §. 1. n. 14.*

GOEDINGIVS [*Andreas*]
De ritu veterum precandi anatolico, *Upſaliae* MDCXCIII. 8.

GOETZIVS [*Georgius Henricus*]
Diſſert. hiſtorica de vigiliis Paſchalibus veterum Chriſtianorum, *Lipſiae* MDCLXXXVII. Diſſ.

Diſſ. de Archidiaconis veteris Eccleſiae, *Lipſiae* MDCLXXXVII.

Diatriba de Peregrinationibus religioſis, & de peregrinationibus orientalis eruditionis cauſſa ſuſceptis, *Lubecae* MDCCVI. 4.

De Calice ablutionis Ecloga Antipontificia, *Lubecae* MDCLXI. 4.

Diatriba de Baptiſmo Campanarum, *Lubecae* MDCCXII.

Diſſertatio Theologica de Benedictione Papae, *Lubecae* MDCCXV. 4.

De nomine unda ſacra Abluendis impoſito, *Lubecae* MDCCXXVIII.

GOTH (*Laurentius*)

Archiep. *Vpſalenſis* praefationem, & notas adjecit ad Liturgiam *Svecanam* editam MDLXXVI. (a)

(a) Vide Libr. I. ubi de hac Liturgia aliqua diximus.

GRABENER (*Chriſtianus Godofr.*)

Programmata III. de Acoluthis, *Dreſdae* MDCCXLVIII. & MDCCXLIX. 4.

Stricturae hiſtoricae de formula *Kyrie Eleiſon*, ibid. MDCCXLIV.

GRAPIVS (*Zacharias*)

Schediaſma hiſtoricum de Roſa aurea a Papa R. quotannis ſolemniter conſecrata, *Lipſiae* MDCXCVI. 4.

Diſſ. de Menaeis, & Menologiis *Graecorum*, *Roſtochii* MDCXCVII.

GVDIVS (*Marquardus*)

Diſſ. de Clinicis, ſive Grabatariis vet. Eccleſ. *Jenae* MDCLVII. (a).

(a) Habuit eam diſſertationem GVDIVS praeſide I. *Andrea* BOSIO. Quare *Joh. Georgius* VVALCHIVS eam addidit ejuſdem BOSII Introductioni *in notitiam Scriptorum Eccleſiaſticorum*, *Jenae* MDCCXXII. *pag.* 568.

H

HAEBERINVS (*Franc. Dominicus*)

Selecta quaedam de S. MICHAELE Archangelo, feſtis, &

cultu in primis *in Monte* Gargano, *atque in Monte* Tumba, *illucque factis peregrinationibus*, Helmſtadii MDCCLVIII 4.

HAGER (*Matthias*)
Diſſ. de dedicationibus Templorum, *Hafniae* MDCCXIX. 4.

HAGERVP (*Matthias*)
Diſſ. de ſacro luminum uſu, *Hafniae* MDCCXVIII. 4.

HALLBAVER (*Frid. Andreas*)
Priſtina Chriſtianae rei facies a PLINIO repraeſentata. *Jenae* MDCCXXXVIII.

HAMMERICH (*Joh. Matth.*)
Diſſ. hiſtorico-critica de uſu Evangelici Codicis apud Veteres Chriſtianos, *Hauniae* MDCCII. 4.

HARENBERG (*Joh. Chriſtoph.*)
Commentatio de ovorum Paſchalium origine (a).

